te principali. s. in themate assumpto ostendit mors est bona et vtilis: et ideo dicit bonũ. Ubi aduertẽdũ aliqd põt esse sm se malũ: qd tñ in cõparatiõe ad maius malũ videtur habere rationẽ boni. sicut pijcere merces suas in mari sm se malũ est: et in cõparatione submersionis nauis et psonarũ bonũ reputat et vtile tpe tẽpestatis vt nauis alleuietur: et hoĩes euadãt. Et sic mors sm se sit mala: qz est priuatio vite tñ in cõparatiõe ad maius malũ sicut esset perdere gloriã vite eterne vel etiã pscie mori dicit esse bonũ. Et hoc est qd dicit apostolus. j. Cor. ix. Bonum est mihi magis mori. vt gloriam meam quis euacuet. In quibus quidẽ verbis possum de ipsa morte considerare tria.

Primo ipsius cõmẽdationẽ. quia dicit mori bonum est.

Scdo ipsius appropriationẽ: quia mihi:

Tertio vero ipsius comparationem: quia magis mori.

Circa primũ notandũ mori põt dici in bonũ pter tria. Primo quidẽ quia in eo humiliatur superbia propter duas causas. Primo quidẽ quia inequalitas hoĩm puta quia vnus excedit alium vel in diuitijs vel in sciẽtia et huiusmodi: est causa superbie et appetitus dominij et excellentie. Sed per mortem omnia adequãtur: quia licz diues dũ viuit sit inequalis pauperi et doctus indocto: et dñs seruo: in morte tñ oẽs adequãtur: qz morit doctus pariter et indoctus. et ita diues sicut mẽdicus: et ita dñs sicut seruus. Unde mors assimilatur porte multũ basse: in qua oportet oẽs trãseuntes se inclinent equaliter ad mensuram bassitudinis eius: et ideo tollit mors causam superbiẽdi. Alia vero causa est: qz alia mala mũdi potest homo interdum euadere: et in eis pter spem euadendi nõ humiliat totaliter cor superbum. Sed non sic est de morte quã nullus euadere potest. Et ideo ij. Machabeorum. ix. Antiochus ad mortem percussus ex graui superbia deductus cepit ad agnitionem sui venire. Et dixit. Justum est subditum esse deo: et mortalem non paria deo sentire. Et octouianus imperator considerans se esse mortalem noluit a romanis adorari. Et ideo dauid ps. cxviij. dicebat. Bonum mihi quia humiliasti me: scilz ex mea mortalitate. Unde ps. xliij. Idem dicit. Humiliata est in puluere anima nostra. Secundo mori dicitur vtile: quia in eo terminatur miseria. Nam sicut felix appetit vitam: ita infelix dicitur appetere mortem: quia melior est mors vita amara. Et ideo dicebat apostolus ad Roma. vij. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius. Et si dicas mors aliquibus auget miseriã: puta quia mittit ad damnationem. Dicendũ per se non est ex morte: sed ex ipsorum prauitate aut negligentia: sed bonis dicit esse requies a laboribus et miserijs suis. Unde dicitur Gen. xlix. Uidit requiem scz mortis esset bona. Tertio mori dicitur bonum esse: quia per ipsam certificatur ignorantia scz futuri euẽtus: de quo omnes in dubio sumus omnis status vite huius mortalis est: siue diuitis siue iusti siue domini. Et ideo nescit homo finẽ suum: sed omnia in futurum reseruantur incerta. Eccl's. ix. Sed mors ponit hominem in statu certo a quo nõ debeat vlterius mutari. Quãdiu enim hõ est in certamine vel in cursu non habetur certum iudicium de victoria vel de vi

sua: sed finito certamine ꝛ cursu completo. Et ita finito certamine. ꝛ cursu cōpleto vite presentis per mortem: tūc bonus miles xpi ꝛ bonus viator dicere potest illud ij. Timo. iiij. Bonum certamen certaui ꝛc.

Scḋo in auctoritate inducta ostendit vtilitas mortis quoad appropriationem cū dicitur. mihi. Nam sanctis viris ꝛ amicis xpi vita est vtilis: quia auget eoꝝ meritum: sed vtilior est illis mors per quā merentur premiū. Et ideo dicebat aplˢ Philip. j. Mihi viuere xp̄o est: ꝛ mori lucrum. Ubi nota meritū ꝓfectus ex amore xp̄i. Nā intēsus amor trāsformat amantem in amatū. Et ideo aplˢ qui xp̄m diligebat intense vitā suā reputabat vitā xp̄i. Uñ etiā dicit ad Galathas. ij. Uiuo autē iā nō ego viuit ṽo in me xp̄o. Et ex hoc amore semꝑ crescebat ī merito: q2 amor dei nō est ociosus. vñ semꝑ facit opari: ꝛ operādo ex charitate mereri: q2 charitas est radix merēdi.

Scḋo nota lucrū premij ꝑ mortē. q2 mori lucrū. Nā ꝑ mortē expectabat recipe gloriā vite eterne. in qua est eterna salus aīarū. Uñ sine hoc lucro omne aliud lucrum est damnū. Marci. viij. Quid ꝓderit hoī si lucretur mūdum totū ꝛ detrimentuꝫ aīe sue faciat. Et q2 illa gloria erit in visione diuinitatis ꝛ hūanitatis xp̄i. ideo apostolus omnia alia lucra spernebat vt christuꝫ posset lucrari. vñ ait Philip. iij. Oīa detrimentū feci ꝛ arbitror vt stercora vt christū lucrifacerē. Tertio in auctoritate inducta debemus cōsiderare cōparationē: cum dicit. magis mori. Ubi aduertendū est ꝙ duplex est gloria bone fame. Una in p̄senti. Et hec est testimoniū bone ꝛ pure ↄsciētie sicut aplˢ ip̄e ait. ij. Coꝝ. j. Gloria inquit nostra hec est testimoniū cōscientie nostre. Alia ṽo gloria est in futuro. de qua dicit in ps. cxlix. Exultabunt sancti in gloria. Et de prima gloria verū est ꝙ prius debet hō velle mori; seu occidi corꝑaliter ꝙ̄ ꝑdere eā. Et ratio est: quia talis gloria nō ꝑditur nisi per culpā scꝫ ꝑ petm̄ mortale. Et ideo euacuatio talis glorie est ꝑ peccatū mortale. ꝛ ex peccato mortali: mors aīe est pena quedā. Cū ergo maius sit malum culpe ꝙ̄ malū pene: potius debet hō sustinere mortem ꝙ̄ per mortalē culpā gloriā cōscientie euacuare vel ꝑdere. Sed ꝙ̄ ꝙ̄ ↄsciētie gloria nō perdat per peccatū veniale: nihilominus dicūt doctores ꝙ potius deberet homo eligere mori ꝙ̄ venialiter peccare: quia peccatum inquantū peccatū nunꝙ̄ est eligibile. Si em̄ esset eligibile inquantum peccatum: semper esset eligibile: ꝛ sic nunꝙ̄ esset peccatum ꝛ ita non peccaret si faceret qḋ est falsum. Multo ergo magis debet homo potius velle mori ꝙ̄ peccare mortaliter. ꝛ cōsciētie sue gloriam totaliter euacuare. De hoc habetur exemplū. ij. Macha. vj. in eleazaro qui potius voluit occidi ꝙ̄ contra preceptū diuine legis faciendo mortaliter peccare. Uñ dicitur ibi ꝙ ille gl'iosam mortem magis ꝙ̄ odibilem vitā eligēs volūtarie preibat ad supplicia. Multo ergo magis expedit mori ꝙ̄ ꝑdere gloriā futurā. Et ratio est: q2 neqꝫ mors neqꝫ oēs passiones mūdi sunt aliquid ad cōparationē glorie illius. Propterea dicebat aplˢ Ro. viij. Nō sunt cōdigne passiones huius temporis ad futurā gloriam q̄ reuelabitur in nobis.

Tertio in auctoritate

principali. i. in themate assumpto ostēdit mors esse terribilis ꝓpter examen iudicij qḋ sequitur ad mortē: cū dicitur. iudiciuꝫ tuū. Nā sicut dicitur Hebre. ix. Statutum est hoībus semel mori: ꝛ post hoc iudiciū. Naꝫ post mortē cuiuslibet hoīs particularis sequitur particulare iudiciū: ī quo aīa ꝭm suo merita iudicatur a deo ad gloriam vel ad penā: ꝛ post mortē generaleꝫ oīm sequet oīm resurrectio ꝛ etiā generale iudiciū. Utrūqꝫ iudiciuꝫ terribile est valde ex eo ꝙ vtrūqꝫ sic fiet: ꝙ ī eo nulla ṽitas poterit celari: ꝛ nulla falsitas poterit ꝓbari: ꝛ sñīa illi⁹ iudicij ꝑ appellationē vel aliaꝫ quācūqꝫ viā nō poterit reuelari seu mutari ꝛ pena finalit' iudicata q̄ personalis erit nullo p̄cio poterit redimi. Sꝫ stabit supi⁹ iudex iratus: inferi⁹ ad recipiendum infernus paratus: interius cōsciētia accusans extra demones ad capiendū parati: vt eaꝫ cito ad penā perducāt. Propter hoc territus propheta dicebat ps. cxlij. Non ītres in iudiciū cum seruo tuo domine ꝛc. Ille qui habet ire ad forū iudiciale primo prouidet sibi parando omnia illa que faciunt pro iusticia sua ꝓbanda vel defendenda: vnde portat secū suā instrumentā. studet ibi habere procuratorē bonū. Item aduocatū bonū vnum vel plures. Et prelati qui habent ꝓcuratores ī curia romana mittūt

eis munera. vt sint de factis eorum magis solliciti. Ergo tu si vis euadere duram sententiã illius iudicij studeas portare te cũ bonũ instrumentũ. i. bonã conscientiã. cuius littere sunt bona opa. sed caue ne sint falsa sicut sunt opa hypocritarũ. Itez pcuratorem bonũ & hic est pauper cui bñ fecisti. sicut xp̃s pro ipsis pauperib⁹. qz ipse dicet. Qđ vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Mat. xxv. Cuius salariũ hui⁹ procuratorio est elemosyna paupib⁹ data. Stude etiã vt habeas bonũ aduocatum vnũ vel plures. i. aliquem sanctũ vel aliquos sanctos quos habueris in speciali deuotiõe. Et mũera eis missa erunt orones eis facte vel reuerẽtie vel quecũqz bona ad reuerentiã & honorez eoꝝ facta pcipue in festis eorũ. Et possunt esse aduocati pro te in curia celesti: nõ solũ viri put sunt in curijs mundi: sed etiã femine. i. nõ solũ sancti: sed etiã sancte. Hec ergo sunt illa que si tibi paraueris inuenies tibi iustam causam: & inuenies bonum iudicium. Unde dicit Eccli. xviij. Ante iudicium para iusticiam. Et sic recipies non sentẽtiam dãnationis: sed iudicium approbationis & remunerationis eterne glorie. Ad quam nos perducat iesus iudex misericordie. Amen.

¶ Explicit distinctio scđa que egit de morientibus & eoꝝ conditionibus.

¶ Incipit distinctio tertia in qua tractatur simul de vita & morte: & de cõditiõibus vtriusqz cuius sunt sermones octo.

¶ De necessitate moriendi que omnes tangit. Sermo. j.

Uis ẽ homo qui

viuet & non videbit mortem ps. lxxxviij. Sicut Boetius dicit in libro de consolatione philosophie. Omne aĩal vitam tueri laborat. Mortẽ ꝗo perniciemqz deuitat. Sed neqz homo aut aliqđ aĩal potest vitã suaz semp conseruare: neqz finaliter ipsam mortẽ vitare. Quãuis eñ hõ in statu innocentie non ex natura sed ex dei gratia esset immortalis. i. ꝙ poterat nõ mori: ꝓpter peccatũ tñ primi hominis ipse cum tota posteritate sua facti sunt mortales. i. necessitati mortis addicti. Propter quod apl's dicit Rom. v. ꝙ ꝑ vnũ hoĩem peccatũ intrauit in mundum: & per pctm̃ mors. i. moriendi necessitas. Et hoc qđ est propheta inquirit in verbis ꝓpositis dicens. Quis est homo qui viuet: scz semp: & nõ videbit. idest non experietur aliquando mortem: q. d. nullus Sic ergo de duobus inquirit.

Primo de vite perpetuitate: cum dicit quis est homo qui viuet.

Scđo de mortis euitabilitate: cuz ait & non videbit mortem.

Est ergo prima questio

vtrũ vita homĩs posset semp perpetuari. Ad qđ responderi potest ꝙ duplex est vita hominis. Una corporalis ẜm naturam et alia spũalis ẜm gratiã. Prima vita scz corporalis ẜm naturã perpetuari non potest Et ratio est: quia in quolibet aĩali est consumptio & restauratio. Consumptio per actionem calidi: & restauratio ꝑ acceptionem alimenti. Si eñ non esset ibi consumptio non posset corrumpi nisi ab agente exteriori per violentiam: & non ex pugna quã haberet in seipso. Et sic nõ esset necesse naturaliter ipsuz corrumpi. Rursus si posset tale restaurari: quale est illud qđ deperditur: posset semp perpetuari in vita aĩal. Sed his duobus concurrentibus: quia est ibi continua deperditio: & illud qđ restaurat per alimentũ non est ita purum sicut illud qđ deperdit: ideo necesse ẽ aĩal corrumpi. Nã si quis acciperet de vino qđ esset ĩ dolio & restauraret ibi de aqua: ad vltimum oporteret ꝙ esset vinum ita aquosum ꝙ esset ibi corruptio vini. Sed si restauretur ita purum vinuz sicut extrahitur inde: posset perpetuari huiusmodi doliũ vini. Sic quia quod deperdit in aĩali est magis purũ ꝙ̃ illud qđ restaurat: ad vltimum est caro ita impura ꝙ non potest facere carnis opus: ideo necesse est aĩal corrũpi. Et propterea đı Eccl's. ix. Nemo est qui semper viuat. Nec obstat qđ đr Sap̃. v. Iusti in perpetuum viuent: quia non loquitur de vita p̃senti: sed futura post resurrectionem: que quidem ꝑpetua erit & incorruptibilis tam in bonis ꝙ̃ in malis. Partim quidez ex natura: partim ex diuina iusticia. Ex natura quidem: quia cessante motu locali celi: qđ est per talem motũ qđ est primuz alterans nõ remanebit aliqđ aliud agens qđ possit per alterationez aliquã corpus hoĩs vel aliud a sua naturali qualitate remouere: cũ omnia alia agentia scđa virtute ipsius agãt. Et ideo post resurrectionem cessante

motu celi: nulla qualitas erit sufficiens vt corpus humanum altare possit a sua naturali qualitate: neqꝫ per cõsequẽs corrum pere: cũ corruptio sit terminus alterationis. Et ideo incorruptibilitas illa erit per naturã: sicut dicit sctũs Thomas nõ ꝙ sit aliqđ incorruptiõis principium ꝓpriue in corꝑibus dãnatoꝝ: sed propter defectum mouẽtis ad corruptionem. Alia ṽo causa erit diuina iusticia: cui etiã natura deseruiet: vt scꝫ ipsi dãnati nõ solum in aĩa: sed etiã in corporib⁹ possint perpetua puniri: sicut in vtroqꝫ peccauerunt: qꝛ hoc diuina iusticia requirit: sicut etiã in saluatis requirit vt etiã in vtroqꝫ ꝑpetuo ꝓmientur. In corporibus ergo sctõꝝ gꝉiosis erit duplex mod⁹ incorruptiõis ⁊ ꝑpetuitatis. Unus ꝑ naturã scꝫ ꝑpter defectum mouentis ad corruptionẽ vt dictũ est. Alius ꝑ gꝉiam qꝛ si corpus hoĩs in statu innocentie incorruptibile erat ex eo ꝙ ꝯtrarie qualitates in corꝑe hoĩs existentes continebanť per gratiã innocẽtie ne ad dissolutionem corporis ei⁹ agere possent: multo plus continebunť in corꝑib⁹ gꝉiosis que erunt aĩe subiecta spiritui. Et ideo ꝑ gloriam incorruptibilia ⁊ perpetua erũt. Unde sicut in vita ista nemo est qui semꝑ viuat: ita in illa futura nemo erit qui vnꝙ̃ moriatur. Ita ꝙ iusti in ꝑpetuũ viuẽt: ⁊ reprobi etiã dãnati: sicut dr Apocal. ix. Desiderabunt mori ⁊ fugiet mors ab eis. B Et si tu dicas damnati sunt in summa miseria: ꝙ̃ videtur ꝙ mors que summa penarum est ſm pħm in. iij. Ethi. non debeat subtrahi ab eis. Respondendũ est ꝙ ꝙ̃uis sit simpliciter maxima penarũ: ſm quid tñ nihil prohibet mortem esse in penaꝝ remediũ. ⁊ ꝑ cõsequẽs ablationẽ mortis in penaꝝ augmentum. Uiuere em̃ vt dr. ix. Ethi. videtur oĩbus delectabile esse: eo ꝙ aĩa esse appetunt. Nõ oportet aũt vt ibidẽ dicił accipere malam vitã neqꝫ corruptam: neqꝫ que in tristicijs est. Sic ergo viuere simpliciter est delectabile: non autẽ vita que est in tristicijs. Ita et mors q̃ est priuatio vite simpliciter est penalis ⁊ maxima penarum inquantũ subtrahit primũ bonum scꝫ esse cum quo oĩa alia subtrahũtur. Sed inquantũ priuat malam vitam ⁊ que est in tristicijs est in remedium penarũ quas terminat. Et per consequẽs mortis subtractio est in augmentum penarũ quas perpetuas facit. Si autẽ dicatur mors esse penalis ꝑpter corporalem dolorẽ quẽ sentiũt morientes: non ẽ dubiũ quin multo maiorẽ dolorẽ dãnati cõtinue sustinebunt. vnd̃ in ꝑpetuũ morte esse dicunť sicut scriptum est in ꝑs. xlviij. Mors depascet eos. Alia ṽo vita est spũalis qua aĩa viuit deo ꝑ gratiã ⁊ charitatẽ: sicut dicitur j. Joh. iij. Scim⁹ qm̃ translati sum⁹ de morte ad vitã: qm̃ diligamus. Et ista vita non ꝑditur nisi per pctm̃ mortale: ⁊ ista bñ potest perpetuari: sicut perpetuatur in innocentibus qui nunꝙ̃ mortaliter peccant: vt fuit beata virgo: beatus iohannes baptista ⁊ plures alij. Nã de btõ petro martyre de ordine fratrũ ꝑdicatoꝝ testať innocentius papa ꝙ nunꝙ̃ sensit contagiũ mortalis pcti. et tales vitã spũalem gratie nunꝙ̃ amiserunt per mortẽ culpe. Et ideo ex persona cuiuslibet talium dicebat propheta in ꝑs. cxvij. Non moriar sed viuã. In quibus quidem verbis duo multum desiderabilia sed habiturum promittit.

Primo preseruationem a defectu culpe quia inquit. non moriar.

Scdo conseruationem in statu gratie: cum ait; sed viuam. C

Circa ꝑmũ attendendũ est ꝙ quattuor accidentia sunt quibus corpora preseruantur a corruptione nature: que etiam spũali modo accepta ꝑseruant aĩam a corruptione siue morte culpe: Primum est em̃ calor siue caliditas ꝑcipue intẽsa. Res em̃ multũ calide nõ putrescũt ꝑcipue cũ siccantur. vt piper ⁊ galanga: zinziber autem putrescit propter innatum humidum. Similiter aqua q̃diu feruet non putrescit: quia calor ignis maior est in ea q̃ calor aeris: ĩdo non vincitur sed vincit. Similiter anima a corruptione ⁊ morte pcti que fit ꝑ tentationẽ preseruať per feruẽtẽ orationẽ. Uñ dñs hortabať discipulos suos Luce. xxij. dicens. Orate ne intretis in tentationem. Huius figura habeť Esaie. xxxviij. in Ezechia rege: cui propheta dixerat. Morieris tu ⁊ non viues. Sed post feruentem orationem quam Ezechias fecit: propheta dicit ei. Hec dicit dominus deus dauid patris tui. Audiui orationem tuam et vidi lachrymas tuas. Ecce ego adijciam super dies tuos annos. xv. Und̃ sicut vna oratio feruens preseruauit ezechiã a morte corporali ⁊ augmẽtauit vitã: ita orationes multe continue ⁊ ferventes preseruant semper

sanctos viros a spirituali morte peccati et augmentāt eis gratiam ex qua est spūalis vita. Scd̄m quo ꝯseruant̄ aliqua a corruptione putredinis est frigiditas siue sit ab intrinseco siue ab extrinseco. Nam si frigus sit extrinsecū precipue est īpediens. qꝛ per se repugnat calido alieno: ꝛ extrinseco. Vñ in hyeme ꝛ vniuersaliter ī aere frigido conseruant̄ corpora: qꝛ calidū extrinsecū ē paruum ꝛ frigus sibi cōtrariū est multum. Nec in talibus apparet mo₉ putrefactionis nisi recedēte frigore. Si aūt est frigus intrinsecū sic etiam impedit putrefactionē: quia coagulat nec permittit illud exhalare sicut est in omnib₉ metallis frigido coagulatis in quibus frigus claudit poros ꝛ vincit calidum extrinsecum: ne de humido aliquid exudet nisi parum vt qū generatur rubigo Et maior est in eo duratio. qꝛ eius humidū naturale magis constat. Tanq̄ frigus extrinsecuꝫ est tribulatio mundi seu afflictio carnis: que calorē extraneuꝫ. i. ardorem cōcupiscentie seu luxurie: que extraneam carnem cōcupiscit: mitigat vel extinguit. Naꝫ vt dicitur Eccli. xi. Malicia vni₉ hore obliuionem facit luxurie. Et ex hoc p̄seruat etiā a morte aīe. de qua dꝛ Ro. viij. Si ꝺm carnē vixeritis moriemini. si aūt spū facta carnis mortificaueritis viuetis. Sed tāq̄ intrinsecū frigus est intrinsecū refrigeriuꝫ cōtēplationis celestiū. Hec est eñ que potentias vel potius poros. i. corpis sensus claudit. hec ē q̄ deuotiōis humoreꝫ coagulat nec exhalare p̄mittit: hec insup est q̄ calorē extraneuꝫ. i. amore mūdi supat ꝛ vicit. Quia aīa: sicut dicit Grego. quanto maiori studio exercet̄ ad summa. tanto maiori fastidio frigescat ad infima. Vñ licꝫ talis contēplatio faciat videri hoīem mortuū mundo nō p̄mittit tñ hominē mori deo. Vñ talib₉ dicebat apl's Collos. iij. Mortui eñ estis ꝛ vita vestra abscondita est cuꝫ xp̄o in deo.

Tertiū quo ꝯseruat̄ res a corruptione ꝛ putrefactione est mobilitas. Nā aqua vel vinuꝫ qđ mouet̄ impedit̄ putrefieri. eo q̄ calor naturalis excitat̄ a motu: ꝛ nō preualet ei calor extrinsec₉. Vñ vinū potens efficit̄ melius ex motu: qꝛ calor naturalis magis digerit subtile humidū: ex quo etiaꝫ sapor melioꝛat̄. Et ledulū vinū ex motū etiaꝫ si sit corruptū q̄nq꜃ reuertit̄ et reparat̄. Et econtra vinū non motū ꝑpetue soli expositū corrūpit̄ et in acetū conuertit̄ qꝛ duꝫ calor exterior exinanit calidū interius ꝛ humidum subtile exhalat cū ipso ꝛ perit vinum Similiter mobilitas obediētie vel motus. frequens bonoꝝ operū ꝯseruat aīaꝫ a pctī putredine. ad quā pigricia et ociuꝫ inducit qꝛ multam maliciā docuit ociositas. vt dꝛ Eccli. xxxiij. Vñ Leuiter. xxij. Custodiāt precepta mea vt nō supiaceāt pctō ꝛ moriant̄

Quartū aūt putrefactionē impediēs est cōtinuitas. Nam mare totū nō putrefit sed diuisum per partes paludales putrscit. In naturalibus eñ multiplicato subiecto multiplicātur qualitas ꝛ virtus. Et ideo totuꝫ simul pl₉ pōt cōtinere q̄ calor aeris possit dissoluere: si tñ ipse partes sint in toto cōtinue: al's nō. qꝛ videm₉ q̄ grana multa et germina simul adunata citius putrescūt q̄ pauca: ꝓpter hoc qꝛ illa grana non sunt cōtinua: ꝛ cū sint parua egredit̄ naturale calidū ab vnoquoq꜃ eoꝝ et trahit secū humidū: ꝛ calidū exiens fit alienū: ꝛ cum exit a multis confortat̄ ꝛ corrūpit̄. Ita q̄ñ est cōtinuitas cōcordie ꝛ vnitas amoris īter bonos vn₉ cū alio ad cōseruādum se et p̄seruādū a malis: imo q̄cunq꜃ separāt se ab vnitate ꝛ cōtinuitate charitatis ꝛ dilectionis p quā mēbra eccl'ie inuicē cōnectunt̄ ꝛ vniunt̄ necesse est vt moriat̄ et corrumpat̄ sicut et mēbrū separatū a corpe: ꝓpter qđ dꝛ. i. Jo. iij. Qui nō diligit manet in morte. ¶ Scd̄o in auctoritate p̄s. superi₉ inducta agit̄ de cōseruatione in statu grē: cū dꝛ: sꝫ viuā. Ubi notandū q̄ sicut bona nutrimēta cōseruāt vitā corporalē. Nā sicut dicit ph's: tandiu viuit aīal q̄diu pōt suscipe nutrimentū. Sic q̄ꝫ bona opa ꝯseruāt vitā spūalem: sicut ignis ꝯseruat̄ p nutrimēta lignorū: qꝛ vita spūalis est ī amore charitatꝫ q̄ nutrit̄ p bona opa sicut ignis p ligna. Hmōi aūt sunt opa pnīe et opa obedientie ꝛ opa iusticie. ꝛ hoc est qđ dꝛ. Eze. xviij. Si egerit pniam ab oib₉ pctīs suis: ecce opa pnīe. Et custodierit oīa precepta mea: ecce opa obediētie. Et fecerit iudiciuꝫ et iusticiā. ecce opa iusticie. sequit̄. Uita viuet et non morietur. Siq̄dē opa pnīe defēdunt ab oī picl'o pctī. Et ideo dꝛ Lu. xiij. Nisi pniaꝫ egeritis oēs simul pibitis. Nota si aliq̄s esset script₉ in libro condēnationis alicuius dñi seu ciuitatis ꝓpter pctm̄ suū vt caperet̄ cū forbannitis seu exulib₉ ꝛ suspēderetur si posset teneri: multum gauderet si posset deleri de libro illo. et posset

esse securus in domo sua. Sic certe peccõr est scriptus in libro condemnationum dei cum forbannitis exulantibusq; a curia paradisi: iudicatus ad mortem: q2 stipendia peccati mors. Ro. vj. Et tñ si vult penitere ⁊ conuerti ad dñm per veram pñiam delebitur de libro condemnationum: et erit securus de sñia peti sui. Et ideo dr Act. iij. Penitemini et conuertimini vt deleantur peccata nostra. Opera aũt obediẽtie custodiunt ab incursu oĩs mali. Vñ Eccl's. viij. Qui custodit preceptuz non experietᷣ q̃cq̃ mali. Nota qñ fit preceptũ alicui qd non ĩportat magnam penam non multum curatur: sed qñ intimatur magna pena vite vel mortis: multum timetur. Sed de transgressione diuini precepti incurritur pena eterna: ⁊ nulla finaliter inuenitur vtilitas ⁊ ideo multuz debet vitari. ij. Paral'. xxiiij. Quare transgredimini preceptum dñi qd vobis non ꝓderit. Opera aũt iusticie protegunt ab omni calũnia et impugnatione aduersarij diaboli. Vñ in ps̃. cxviij. Feci iudiciũ ⁊ iusticiam: non tradas me calumniantib9 me. Nota ꝙ si aliquis esset in homicido deprehensus ⁊ coniunctus: nõ esset magnũ iudiciuz nec magna iusticia obscindere ei aurez: sz potius deberet adiudicari morti ⁊ ad supplicium trahi. Sic peccator debet trahinari in cõfessione: cõfitẽdo perfecte tatum ꝓcessum peccati ⁊ diuturnitatem ⁊ circũstantias: deinde debet suspendi per satisfactionez ligãdo oculos cõtra aspectus illicitos: et cor cantra inordinatas affectiones: et manus post tergum ne currat post peccata ꝑterita. Et chardo in collo debet esse cuz tribus chordonibus. scz ꝙ habeat puram conscientiam: asperaz penitentiam. ⁊ maturã campositionez. Et sic fieret verum iudicium ⁊ vera iusticia que sufficeret deo: ⁊ que ipm peccatorem iustificaret ⁊ beatificaret. Unde in ps̃. cv. Beati q̃ custodiunt iudicium et faciũt iusticiã in omni tempore. Sed post meritũ dictorum in auctoritate Ezechielis superi9 inducta adiungitur ⁊ premiũ: quia vita viuet. Nota qñ aliquis est ingressus aliquaz religionez debet si vult religiose viuere ⁊ se in sancta religione conseruare: custodire et obseruare statuta regule sue ⁊ sui ordinis: q2 in talibus obseruãtijs custaditur vita aĩe sue: et vitatur mors culpe. Vñ debet dicere illud Esa. xxxviij. Domine si sic viuitur: et in talibus vita spiritus mei.

Secundo in auctorita

te principali. i. in themate ꝓposito inquirit ꝓpheta de mortis euitabilitate. scz q̃s est homo qui viuet ⁊ non videbit mortem. Ubi aduertẽdũ est ꝙ si loquamur de morte corporali facilis est huius questionis solutio: q2 nullus est qui nõ videat mortez. i. qui nõ experiatur mortem. Eccl'i. viij. Oẽs morimur ⁊ in gaudiuz volumus venire scz eterne beatitudinis: quã quidez oẽs volũt sed non omnes ad eam perueniunt: q2 nan oẽs tenent rectam viam scz bene viuendi. Sed si loquamur de morte spirituali et finali que erit in priuatione vite eterne ⁊ in cruciatu gehenne: sic ista questio determinatur a Christo Jo. viij. vbi dixit ips̃. Si quis sermonem meum seruauerit mortem non videbit in eternum. In quibus quidẽ verbis duo de sua doctrina dominus noster ostendit.

Primũ est ꝙ inquirit obedientiam: cuz dicit. si quis sermonẽ meũ seruauerit.

Scd̃m est ꝙ hz infinitam efficaciam: q2 mortem non videbit in eternum.

Circa primũ notanduz ꝙ valde detestabile est ꝙ hoĩes multũ curant de salute corporis: et nihil de salute anime respectiue. Nam quando medicus dicit aliqua esse facienda ad salutem alicuius infirmi: statim festinant facere illi quibus dictuz est: ⁊ nihil pretermittũt de his que medicus dixit esse necessaria fieri. Et ecce tota die auditis verba ⁊ sermones medici celestis xp̃i de his q̃ necessaria sunt ad salutem anime vestre vt non moriotur in eternũ. Siue de medicina charitatis. vt cũ dicit iniuriatis. Lu. vj. Diligite inimicos vr̃os: benefacite his qui oderũt vos. Siue de medicina equitatis. vt cũ dicit vsurarijs vbi prius. Date mutuuz nihil inde sperãtes. Siue de medicina pietatis. vt cũ dicit Lu. xj.. Qd̃ superest date elemosynam. Et sic de alijs multis q̃ mandat fieri ad salutẽ animarũ vestrarum: qui tñ nihil hoꝝ facitis: ⁊ de seruando sermone nihil curatis. Sed ego dico vobis causaz vñ accidit vobis hoc maluz: q2 totũ ꝓcedet ex defectu amoris. Nã quando aliquis nõ diligit aliquẽ: solet dicere. Ego nihil facerẽ eorum que ipse diceret mihi. Et ista est causa quare homines non faciũt ea que spiritus dicit nec sermonẽ eius seruant.

quia nō diligūt eū. sicut ipse xp̄s dic̄ Joh.
xiiij. Qui nō diligit me sermōes meos nō
seruat. ⁊ econtrario qui multum diligit
amicuz facit illa que scit sibi placere. sicut
sunt illa que ipse mādat ꝙ faciat. qꝛ ꝓba-
tio dilectionis exhibitio est operis. sicut
Grego. dicit. Uñ etiā ipse dicit. Joh. xiiij.
Qui habet mandata mea ⁊ seruat ea. ille
est qui diligit me. Debemus aūt sermonē
idest doctrinā eius seruare. Primo ꝑ fidem
⁊ iugem meditationē. Prouer. xxij. Appone
cor tuū ad doctrinaz meā que pulchra erit
tibi cū seruaueris eam in corde tuo. Item
per operis īpletionē. ⁊ de talibus sic seruā-
tibus cōmendat se dn̄s. Johan. xv. dicēs.
Si sermonē meū seruauerunt. ⁊ vestrū ser-
uabunt. ¶ Scd̄o ostēdit dn̄s doctrine
sue efficatiam. quia si quis seruauerit eam
mortē nō videbit in eternū. i. non experiet̄
mortē eternam. Sicut em̄ hō ꝙdiu conser-
uat lucē non experitur tenebras: ita ꝙdiu
seruat vitā non videt mortem. Sed verba
xp̄i vita sunt. ꝫm illud Joh. vj. Uerba que
ego locutus sum vobis sp̄us et vita sunt:
⁊ ideo ꝙdiu hō seruat ea non experit̄ mor-
tem. Itē quia verba xp̄i seruata perducūt
ad vitam eternā: quā qui adipiscitur non
videt mortē in eternū. i. euadit mortē eter-
nam. Consistit enim vita eterna in visione
seu cognitiōe dei. ꝫm illud Joh. xvij. Hec
est autē vita eterna vt cognoscant te soluz
deum verū. Huius autē cognitiōis seu vi-
sionis quasi quoddā seminariū principiū
est verbum xp̄i: quia ipse dixit ꝙ semen est
verbū dei. Sicut ergo qui seruat semen ar-
boris aliquando ꝑuenit ad fructū: ita ille
qui seruat verbum dei peruenit ad visionē
dei: que est vita eterna. Unde petrus dixit
Joh. vj. Dn̄e ad quē ibimus? Uerba vite
eterne habes: i. vite eterne inchoatiua: vel
ad vitam eternam perductiua. Eccli. xxiiij.
Qui operantur in me non peccabūt: ⁊ qui
elucidāt me vitā eternam habebūt. Eluci-
dant me scꝫ nō tm̄ verbo docendo sed ma-
gis opere implendo. Nā sicut dicit Grego.
nazanzenus. Clara illa sapientia est non
que in verbis volebat: sed que in virtuti-
bus constat. Itē verba xp̄i audita causant
in nobis fidē: quia sicut dicitur Roma. x.
Fides ex auditu: ⁊ auditus per verbuz xp̄i
Sed seruata faciunt nos iuste viuere. Ti.
ij. Apparuit benignitas ⁊ humanitas sal-
uatoris nostri dei: omnibus hominibus
erudiens nos: vt abnegantes impietatem
⁊c. Et qui ita viuit ⁊ habet rectam xp̄i fi-
dem euadet mortez eternā. Unde Joh. xj.
Omnis q̄ viuit scꝫ iuste quoad proximuz.
pie quoad deum: ⁊ sobrie quoad seipsum
⁊ credit in me scꝫ vera ⁊ formata fide: non
morietur in eternū: idest non erit in morte
eterna pene infernalis: qꝛ erit in vite eter-
ne sempiternis gaudijs. Ad que eterne fe-
licitatis gaudia glīosus iesus eterni pa-
tris vnigenitus dilectissimus sua pietate
nos perducere dignetur. Amen.

¶ De cōparatiōe vite ad mortē. Ser. ij.

Melior ē dies mor-
tis die natiuitatis. Eccl'a.
vij. De his rebus q̄ in hoc
seculo ⁊ in mūdo accidunt
multi propter defectum co-
gnitiōis decipiūtur: quia q̄ dā videntur
interdum esse suis contrarijs meliora que
tm̄ sunt deteriora. et econtra Sicut sauli
⁊ populo expugnato amalech: visum est
melius reseruare meliora pecora ad sacri-
ficandū ea ꝙ occidere ⁊ ꝑijcere sicut man-
dauerat deus. Unde ait saul samueli. Pe-
percit ppl's melioribus ouibus ⁊ armen-
tis vt immolarentur dn̄o deo tuo: reliqua
vero occidim⁹. Et tm̄ samuel ondit ꝙ fuit
deterius dicens. j. Regū. xv. Nūquid vult
dn̄s holocausta ⁊ victimas ⁊ nō potius vt
obediat̄ voci dn̄i? Melior est em̄ obedien-
tia ꝙ victime: ⁊ auscultare magis ꝙ offer-
re adipē arietum. Item consiliū qd̄ dedit
chusi absaloni cōtra consiliuz achitofel: vi-
sum ē absalōi ⁊ suis ꝙ esse melius ⁊ vti-
lius ꝓ se. Uñ dr̄. ij. Reg. xvij. ꝙ dixit absa-
lon ⁊ oēs viri israel: melius est consilium
chusi arachite cōsilio achitofel. Et tm̄ ex fa-
cto postea ostensum est ꝯtrariū. scꝫ ꝙ fuit
periculosum ⁊ mortiferū. Unde dicitur ibi-
dem: ꝙ dn̄i nutu dissipatum est consilium
achitofel vtile vt induceret dn̄s sup absa-
lon malum. Sic videtur cōmuniter homi-
nibus ꝙ melius sit esse diuitez ꝙ paupe-
rem. ⁊ ꝙ melius sit habere multū ⁊ dete-
rius habere parū. Et tm̄ in ps. xxxvj. dicit̄
cōtrariū: ꝙ melius est modicum iusto sup
diuitias peccatoꝝ multas. Et etiam Pro-
uerb. xv. dicit̄ contrariū: ꝙ melius est pa-
rū cum timore dn̄i ꝙ thesauri magni ⁊ in-
satiabiles. Sic ergo similiter accidit de vi-
ta ⁊ de morte; quia quidā seculariter viuē

tes omnino dicunt vitã meliorem esse mor
te. Quorum ratio esse potest: quia nihil di
ligit nisi bonum: ⁊ magis bonõ magis di
ligitur et illud maxime diligit qḋ maxime
custoditur. Et hoc in plãtis ⁊ aĩalibus vi
detur esse. Unde planta radicẽ contiguaz
vbi est vita eı⁹ abscõdit sub terra vt meli⁹
custodiatur a cõtrarijs. Et serpens pcipue
custodit caput: et homo cor. Juxta illud
Prouer. iiij. Omni custodia serua cor tuuz
qm̃ ex ipso vita procedit. Sed sapientes
viri quedã altiora cõsiderãtes tenent con
trariã sententiam: sicut apparet in verbis
ppositis ex auctoritate salomonis q̃ ait:
ꝙ melior est dies mortis die natiuitatis.
A In quibus quidem verbis ad nostroz
instructionem loquitur de tribus.

Primo de humone vite terminatione:
qꝛ loquitur de die mortis.

Scḋo de eius inchoatiõe: quia de die
natiuitatis.

Tertio de vtriusqꝫ cõparatione: quia
vnus melior alio.

Loquitur ergo primo

de terminatione hũane vite: cũ dicit. dies
mortis. Qñ aliquis certus ẽ ꝙ debeat sibi
euenire aliquid infallibiliter: qḋ si non sit
premunit⁹ debeat sibi inferre maximũ pe
riculũ: sed ecõtrario si sit premunit⁹ possit
sibi nihil vel parum nocere: sed nescit qñ il
lud debeat contingere: semp talis est in ti
more: ⁊ est semp sollicit⁹ se premunire con
tra illud: sicut est de exercitu qui expectat
insultũ hostiũ potẽtiũ. Sic est de die mor
tis. qꝛ infallibiliter est vnicuiqꝫ venturus:
sed nescitur qñ: scꝫ qua septimana: vl' quo
mense vel quo anno. Et si inuenit mors im
paratũ: pducit ad eterna tormenta: p̃para
to aũt ⁊ armis penitẽtie premunito: paruz
vel nihil nocere potest. Et dico parum pro
pter priuationez vite corpalia: que parum
est respectu vite eterne. Et ideo diez illum
quilibet debet timere ⁊ ad ipsuz semper se
sollicite p̃munire. De quo habetur figura
Genesis. xxvij. in ysaac: ꝙ dixit esau filio
suo. Uides inquit ꝙ senuerim: ⁊ ignorem
diem mortis mee: sume arma tua ⁊ pharetram:
⁊ arcum: ⁊ egredere foras.
B In quib⁹ quidem verbis de die mor
tis quattuor cõditiones ostenduntur.

Primo ꝙ quibusdam est propinqu⁹: si
cut senibus: ⁊ hoc tangitur: cũ dicit. vides
ꝙ senuerim. Senes enĩ sm̃ cõem cursum
nature propinquiores sunt morti q̃ iuuen
tes. Frequẽter tamen accidit aliter ex im
petu fortune vel casus: quia mors aliquan
do citius inuadit iuuenẽ q̃ senem: inimo
forte plures moriuntur iuuenes q̃ senes:
sicut de aĩalibus accidit q̃ plures occidũ
tur agni q̃ pecudes. Et ita citius frangi
tur vas nouũ q̃ antiquum. Et similiter ci
tius scinditur arbor iuuenis q̃ antiqua.
Sed licꝫ ita accidat tñ sm̃ cõem cursum
nature quãto senior tanto morti propin
quior. Unde apl'a Heb. viij. Qḋ antiqua
tur ⁊ senescit: prope interitũ est. Et ideo se
nex est sicut castrũ expugnatum: cuius mu
ri partes continue corruũt: ⁊ ideo deberet
se reddere per penitentiam in manu boni
dñi scilꝫ dei misericordis q̃ diu durat ter
minus vite vt possit se reddere: vt ex dila
tione nõ capiat castrum corpis a morte: et
habitator eius: idest anima veniat in iroz
dñi: ⁊ tradat in manib⁹ hostis crudelis scꝫ
diaboli ⁊ ducatur ad carcerem inferni ad
perpetuũ cruciatũ. Job. xxj. Cuz autem se
nueris scꝫ in peccato: ali⁹ cinget te: scꝫ dia
bolus alligando cingulo pctĩ: ⁊ ducet te
quo tu nõ vis scꝫ ad infernũ. C Scḋo
ostenditur in auctoritate predicta ꝙ dies
mortis est occultus: ⁊ ideo dicit in auctori
tate predicta: ꝙ ignorẽ diez mortis mee ⁊
hec est communis ignorantia omniũ. quia
scꝫ ignorat homo quo tẽpore vel die mori
debeat. Et hec ignorantia bonis quidem
⁊ prudentibus viris est ad maiorẽ cautelã
quia ego ipo ꝙ ignorãt quãdo debeãt mo
ri. cogitãt ꝙ omni die ⁊ omni hora potest
mors aduenire eis. Et ideo magis vigilant
vt semper inueniãtur parati. secũduz illud
Mat. xxv. Uigilate qꝛ nescitis diem neqꝫ
horam. Sed imprudentes ⁊ peccatores
homines ex hoc ignorãtia accipiũt stultaz
spem. ⁊ periculosam audaciam. Nam quia
nesciunt quando debeant mori. sperant se
diutius viuere. ⁊ ex hoc accipiunt maiorez
audaciã peccandi. ⁊ in peccatis permanẽ
di. ita ꝙ frequẽter mors talibus ex īspato
superuenit subito preoccupans eos. Et sic
pctĩs alligatos ad eternuz interitũ mittit
sicut accidit illi diuiti. de quo Luce. xij.
dicitur. ꝙ dicebat aĩe sue. Anima habes
multa bona posita in annos plurimos. re
quiesce. comede. bibe. epulare. Dixit autez
illi deus. Stulte hac nocte animã tuaz re

petent a te: Que aūt parasti cuius erunt. Et hic tangitur alia ignorātio auari: qr nō solū ignorat diem mortis sue: sed etiā sicut dr in ps. xxxviij. Thesaurizat et ignorat cui congregabit ea. Aduerte ꝙ homo habet triplicem ignorantiā: ſm triplex tempus. Est eñ tempus ante mortem. et tempus mortis et tempus post mortem. In primo tempore ignorat homo quid sibi debeat contingere. De scḋo scȝ de tempore mortis nescit quando debeat esse. qr nescit numerū dierum vite sue. De tertia scȝ post mortē ignorat etiam quid sit futurum. Et ista triplex ignorantia deberet hoīes ab oī ambitione retrahere. Primo qr vñ credit exaltari frequenter contingit eū deprimi. Scḋo qr mors oēm dignitatē terminat et deprimit.

Tertio qr post mortē q̄ maiora ambierunt et habuerunt: magis punient. Vñ de his dicit Eccl's. vij. Quid necesse est homini maiora se querere: cū ignoret quid cōducat sibi in vita sua numero dierū peregrinationis sue. et tpe qḋ velut vmbra p̄terit. Aut q̄s ei poterit indicare quid post eū futurum sub sole sit. Que auctoritas breuiter sic exponitur. Quid necesse est etc. Et subdit pro causa triplicem ignorantiā. Prima quia nescit quid inde debeat sibi ꝯtingere ante mortē. Vñ subditur. Cum ignoret q̄d conducat sibi: scȝ ipsa dignitas vel ipsa ambitio in vita sua. qr forsitan conducet ei magnam deiectionem. Scḋa ignorantia est in numero dierum vite sue. qr ꝙuis dies hominis apud deum sint numerati: tamen homo nescit quot sint: nec quando debeāt terminari. Vñ ps. xxxviij. Notum mihi fac dñe finē meum. Et numerū dierū quis est. Et frequēter decipitur homo de tpe scȝ vite sue. quia velut vmbra preterit. ita ꝙ citius finitur ꝙ̄ homo credat. Et totum hoc debet hominem retrahere ab ambitione cum vita cito terminetur. et finis eius ignoretur. Tertia ignorantia est de eo quod vē turum est post mortem. qr quis ei poterit indicare quid post eum venturum sit: scȝ super eum an pene an glorie. ¶ Tertia conditio diei mortis est. quia est valde mirificus. quod tangitur in auctoritate inducta. eoipso ꝙ nominat diem mortis. Ex eo videlicet ꝙ ad mortem quattuor valde miranda consequunt. Primum est ꝙ stabilitur illud qḋ in vita hoīs nunꝙ̄ potuit stabiliri scȝ voluntas eius. Nam omnes mutationes que sunt in actibus humanis a voluntate procedunt quantū ad imperium et ipsa volūtas est maxime variabilis et instabilis. Et rō huius est. qr voluntas semꝑ inclinat et ordinatur ad bonum. Unde quicunꝙ vult aliquid. vult illud propter aliquod bonum. Et ideo etiam ille qui fornicatur vult bonum. qr vult delectationē et non peccatum: vel diuinam offensam. Et vsurarius non vult peccatum. sed lucrum Et homicida non vult peccatum. sed vult honorē vindicte. Et sic omnes isti claudūt cor ad pctm̄ et aperiūt ipsum ad bonū delectationis vel lucri vel honoris. Et sic ſm Dionysium semꝑ volūtas ꝑ se tendit ad bonū. qr nullus intēdens ad malū opat. Sed tū ꝓpterea pctōr non excusat a peccato. qr scit illud opus per quod vel in quo consequit illud bonū esse malū et pctm̄ puta fornicationē vel vsurā vel homicidiū. Et sic illud qḋ facit malū est. et nō sunt faciēda mala vt eueniant bona. sicut apl's dicit Ro. iij. verūtamen per se volūtas semꝑ tendit ad bonū. Sed in hoc mundo non est in tpalibus rebus aliquod purū bonū quin habeat admixtū aliquid mali. vel pene vel culpe. Nā scientia ſm pħm i primo de aīa est de genere bonoꝝ: sed tū habet cū labore studij q̄ est penalis: Vñ Eccl'e. j. dicitur. Qui addit scientiā addit et laborem. Silr dignitas et potestas est bonū honorabile et cōcupiscibile. et tū cōiter annectunt ei iniurie vel aliquoꝝ inuidie. Pulchritudo etiam est quoddam bonū delectabile ad qḋ plurimū sequit malū cōcupiscētie vel vane glie. Et ideo volūtas nō firmat in aliquo bono. qr inquantū est ibi bonū vult illud inquantū ꝟo est mixtū vel annexū ibi malū nollet illud. Et sic volūtas fluctuat īter diuersa bona et appetendo bonū post bonū et sic i nullo tali bono firmari potest. Sed aduenit mors et ita firmat volūtatem supremam hoīs ꝙ nūꝙ̄ postea mutat. Nam si morit homo in pctō: ita firmat in malo ꝙ nunꝙ̄ pōt resurgere ad bonum: sicut nec diabolus post casum suū: Vñ Damasce. dicit ꝙ hoc est hominibus mors qḋ fuit angelis casus. Si aūt morit in grā: ita firmat in bono ꝙ nunꝙ̄ pōt flecti ad malum ſm illud Eccli. xv. Firmabit in illo. s. in vltimo fine. s. volūtas in fruitiōe summi boni: et nō flectet. s. ad aliqḋ malū contrarium seu pctm̄. Et ideo dies mortis multū dz prequeriri sit bona: qḋ ē

quādo homo bene dispositus moritur: qꝛ tunc est vere bono: quia mittit ad fruitionem summi boni. ſm illud Eccl's. vij. In die bona fruere bonis. Sed si homo moritur in peccato tūc est ve mala: quia mittit ad eternū malū. Et ideo ibidem subditur. Et diem malom precaue. ¶ Scdm mirum quod facit mors est: quia satiat illud quod nunq̄ in vita potuit satiari. et hoc est cor hominis. Omnia enim bona huius mundi non possent satiare cor hominis. Et istud contingit ex tribus ¶ Primo ex eius capacitate. Nam nihil satiatur nisi repleatur. Oportet autem q illud quod replet sit ſm mensuram capacitatis illius quod repletur. quia si vos esset capax centum modiorum vini, non repleretur de viginti. Anima autem hominis est tante capocitatis q potest capere ꝛ continere in se deum Et ideo dicit Augustinus. animam dei capacem nil minus deo replere potest. ¶ Sed respectu dei qui est bonum infinitum ꝛ immensum. tota vniuersitas creaturarum cū sit finita ꝛ terminata et finiti ad infinitum nullo sit proportio. est sicut quid minimum ꝛ sicut gutta quedam bonitatis eius immense. Etiam si omnia bona mundi haberet homo non possent satiare cor eius.

¶ Scdo puenit hoc ex rerum diuersitate quia bona huius mundi vt pecunia et similia sunt bano corporalia: animo autem res spiritualis est. Tanta autem est diuersitas et improportionalitas rerum spiritualium a corporalibus q inuicem se replere non possunt. Unde sicut tota sapientia mundi non repleret minimam bursam: ita tota pecunia mundi non repleret vnam animam et ideo non satiat animam. Proptrerea dicitur Eccl's. v. q auarus. i. cor auari non implebit pecunia. Et ratio est satis euidens qꝛ sicut medicina nō sanat plagam nisi apponatur super plogam. Et tota aqua fontis non extingueret sitim: nisi biberetur et ingrederet illuc vbi est pruritus sitis. Sic est de pecunia et alijs rebus corporalibus qꝛ ardor cupiditatis qui est in anima non extinguitur per liquorem qui est in ere: vel per pecuniam que ponitur in anima sed in burso. Tertio prouenit hoc ex cupiditatis imensitate ꝛ infinitate. Nam sicut dicitur Eccli. xxiij. Anima calida q̄si ignis ardens: sed ignis nunq̄ dicit sufficit: sed quanto magis ligna apponuntur tanto magis ignis augetur: ꝛ non diminuitur. vnde ſm ligna illuc sic ignis exardescit. vt dicitur Eccli. xxviij. Et ito est de appositione diuitiarū. qꝛ vt inquit Juuenalis. Crescit amor nummi quantū ipsa pecunia crescit. Et hoc pfecto est valde miserabile ꝛ penosum q homo sit in aqua vsq ad guttur ꝛ semp bibat. et semper iterum sitiat. Et sic est auarus qui semp lucratur: ꝛ semper pl' cupit Sed mors est tante potētie q satiat aīam quia si homo moritur in pctō mortali anima vadit ad infernū vbi satiatur tota ꝛ repletur supplicijs ꝛ penis. ps. xxxvj. In diebus famis saturabunt: qꝛ peccatores peribunt. dies em̄ peccatorum qui pereunt et damnant dicunt esse famis ꝛ saturitatis. Famis pp̄ter carentiā bonorum: et saturitatis pp̄ter abundantiam malorum. Uel quia sicut fuerunt famelici in peccatis: ita saturantur supplicijs. Si hō mortuus sit ī gratia. tunc deus replet in bonis scꝫ eternis et summis desideriū suum. Et ideo pp̄heta dicebat ps. xvj. Satiabor cum apparuerit gloria tua. ¶ Tertium mirabile qd̄ facit mors siue dies mortis est: quia ordinat illud quod in mundo non potest ordinari. Nam ex hoc apparet ordo vniuersi: qꝛ deus ex suo sapientia in pp̄rijs locis oīa collocauit. Nam que a deo sunt ordinata sunt: vt dicit apostolus Ro. xiij. quia sapientis est ordinare prout philosophus dicit. Unde deus qui est sapiētissimus vnūquodq collocauit prout competit propria officio suo. Unde quia officium solis est illuminare: positus est in alto. Et qꝛ plantarum est fructificare ꝛ fructus ex humore generantur: posite sunt in terra a qua possint attrahere humorem: ꝛ vt possint fructum p̄stare animalibus in terra existentibus que ex eis nutriunt: ꝛ sic de olijs. Sed iste ordo non videtur seruari in hominibus dū sunt in mundo: qꝛ peccatores qui deberent esse in imo aduersitatis sunt frequenter in alto prosperitatis. ſm illud ps. xxxvj. Uidi impium superexaltatum et eleuatum sicut cedros libani. Et ideo Hieremias de hoc admirans dicebat. Quare via impiorum prosperatur. bene est oībus qui preuaricantur et inique agunt. Hiere. xij. Et contra boni qui deberēt esse in prosperitate sunt in aduersitate. ſm illud Eccl's. viij. Sunt iusti quibus mala proueniunt: quasi opera egerint impiorum. Sed ista inordinatio que

sic videtur esse in hominibus per mortem
reducitur ad ordinez. qz mors vnunquēqz
transmittit ad sibi congruum τ debituz lo
cum. qr morientes in originali peccato mit
tit ad limbum. morientem in mortali ad
infernum. in veniali ad purgatoriuz. τ mo
rientez in gratia τ charitate absqz veniali
mittit ad paradisi locum. Unde dicitur
in ps. cxviij. Ordinatione tua perseuerat
dies. Dies enī mortis. i. illud qđ fit in die
mortis. scz de collocatiōe anime in paradi
so vel inferno vel limbo perseuerat o deus
ordinatione tua. i. sm ordinationem tuaz
B Quartū mirabile quod fit in die mor
tis est. quia puniunt̄ ea que non possunt
in vita ista puniri. quia in hac vita sm iu-
sticiam humanam possunt puniri opera.
sed nō voluntas sola. nec omnia opera pu
niuntur vel puniri possunt. sed solum que
sciuntur τ punitur hic corpus sed non ani
ma. Sed ibi scz in morte omnia hic gesta
puniuntur. iudicantur. τ premiantur si bo
na sint. qr scz ista est dies retributionis in
qua vnicuiqz redditur sm opera sua. Un-
de Eccli. xi. Facile est coraz deo in die obi-
tus retribuere vnicuiqz sm vias suas. D
Quarta cōditio diei mortis que tangit̄ i
auctoritate allegata est. qr quibusdā mo-
rientibus est tutus τ securus. sicut his qui
armis penitentie bene se premunierunt. s.
ante mortem. Et de istis armis dicit ani-
me. Sume arma tua pharetram τ arcum
τ egredere foras. Per pharetram in qua
sunt sagitte acute ad pungendum intelli-
gitur contritio in qua sunt remorsus τ do
lores de pctīs cōmissis pungētes τ perfo-
rantes cor. Hiere. li. Acuite sagittas τ im-
plete pharetras. Sed per arcum qui emit
tit sagittas intelligitur cōfessio qua pecca
tū proditur qđ quasi sagitta in pharetra
conscientie latebat. ps. xi. Ecce peccatores
intenderunt arcum. parauerunt sagittas
suas in pharetra vt sagittēt in obscuro re-
ctos corde. Quando enim habetur in solo
proposito. tunc est quasi arcus extensus.
sed tunc emittitur sagitta quando actu
confitetur. Sed primo debent sagitte pec
catorum parari in pharetra. i. disponi in
memoria. Sed tunc penitēs foras exit qñ
ad opera satisfactionis procedit. ps. ciij.
Exibit homo ad opus suum. s. penitens qđ
est satisfacere τ restituere male ablata Uel
debet penitens egredi foras. i. totaliter a
peccato exire. Quod figuratum est in pe-
tro. de quo dicitur Luce. xxij. qꝫ egressus
foras fleuit amare. I

Secundo in themate

ꝓposito agit̄ de vite humane inchoatiōe
quia nominat̄ dies natiuitatis. Ubi ad-
uertenduz est qꝫ quidā astronomi dixerūt
qꝫ sm diem natiuitatis hominis disponit̄
τ statuitur tota vita hominis sequēs. sm
scz virtutem τ complexionem planete vel
stelle dominātis in hoīs natiuitate. Quo
rū errorē secuti sunt qdā heretici q̄ genea
tici dicti sunt. Dicebāt tamen dispositionē
humane vite esse a deo q̄ talem virtutem
dedit stelle vl̄ planete. Et huic errori faue
re videbatur qđ scribitur Osee. ij. vbi dicit
deus. Statuā eū sm diē natiuitatis eius.
Et intelligit eam scz vitam hominis: qr si-
cut vita hoīs est ab anima: sic ab ipsa etiā
anima disponitur τ regitur per eius actio
nes. Eorum aūt effectum q̄ sunt ad anima
corpora celestia non sunt cause nisi per ac-
cidens. Quod q̄dem quantum ad actiōes
virium sensitiuarū manifestuz est qꝫ in vi-
res sensitiuas q̄ sunt actus organoꝝ nō di
recte imprimūt: sed ꝑ accidēs rōne. s. orga
noꝝ corporeoꝝ in q̄ imprimere possunt q̄
bus organis impeditis necesse est impedi
ri actus ipsarū potentiaruz: sicut oculꝰ tur
batus non bene vidit. Quātū vo ad actio
nes q̄ sunt a libero arbitrio qđ est facul-
tas voluntatis τ rationis: adhuc est ma-
gis manifestū qꝫ corpora celestia non sunt
eorum cause: qr intellectꝰ siue rō sicut non
est corpus: ita nec actus organi corporei τ
per ꝯsequēs nec voluntas que est in ratio
ne. vt pꝫ per philosophū tertio de anima.
Uñ impossibile est qꝫ corpora celestia dire
cte imprimant in intellectū τ voluntatez.
Nullum enim corporeū pōt imprimere in
rem incorporeā. Unde corpora celestia nō
possunt esse cause per se operum liberi ar-
bitrij. Possunt tñ ad hoc dispositiue incli-
nare. inquātū imprimūt in corpus huma-
num. τ in vires sensitiuas que sunt actus
corporalium organorum que inclinant ad
humanos actus. Sed quia vires sensitiue
obediunt rationi. vt pꝫ per philosophuz
tertio de anima. τ. j. Ethicorum. nulla ne-
cessitas hinc libero arbitrio imponit̄. Et
idcirco erroneū est dicere qꝫ a stella q̄cūqꝫ
vel planeta dominātē in natiuitate hoīs

Dicit ergo ꝑmo veniet dña serui illius. Nota si aliquis fuisset alicui furatus aliq̃d ⁊ dominus rei veniret ad domuȝ furis vt quereret ibi rem suā si fur suspicaretur de aduentu eius preueniret ⁊ asportaret furtum de domo sua ⁊ reponeret alibi vt non inueniretur in domo suo ⁊ caperetur cum eo ⁊ suspēderetur. Sic debet homo eijcere furtum peccati de domo cōsciētie ⁊ asportare per penitentiā ⁊ ponere in aure cōfessoris: vt quando veniet dñs in morte non inueniatur in domo anime sue q̃ condēnetur ⁊ rapiatur ad patibulum inferni: ⁊ ita poterit euadere. Luce. xij. Beatus ille seruus quem cum venerit dominus eius inuenerit ita facientem ⁊c. Sed quidam faciunt sicut rachel. Geñ. xxxj. que veniente patre ad requirendū idola que furata fuerat abscondit ea et sedit super illa vt pater nō inueniret. Sic sunt quidā peccatores qui etiā veniente morte volūt occultare sacerdoti qui venit ad eos vice domini furta vel rapinas vel vsuras vel alia que libet peccata que fecerunt: ⁊ nolunt ea confiteri pure sicut debent: immo vel non dicunt se teneri vel non dicūt totam quantitatem vel celant aliquam aliam circūstantiam necessariam ⁊ sic occultant ⁊ sedent super ea qaia nolunt surgere per penitentiam. Sed licȝ tales aliquando decipiant sacerdotem: tamen dominuȝ non possunt decipere: quia omnia nuda ⁊ aperta sunt oculis eius: vnde ipse iudicando eos reuelabit ea nec poterāt abscōdere. Unde apostolus. j. Cor. iiij. Ueniet dominus qui illuminabit abscondita tenebrarum ⁊ manifestabit consilia cordium. Sed sancti ⁊ prudentes viri sic se preparant ad aduentuȝ domini ꝙ quacūq̃ hora dies domini. idest mortis vel iudicij venerit semper sint parati: ⁊ ideo nō condēnabuntur sed beatificabuntur. ſm illud Luce. xij. Et si venerit in scda vigilia: ⁊ si in tertia vigilia venerit ⁊c. Ubi nota ꝙ tres vigilie significant tres etates hominis pricipales. Quarum prima est etas augmenti: secunda est etas status que dicitur etas virilis: tertia est etas declinationis que dicitur etas senilis. In quacūq̃ ergo haruȝ etatū mors eueniat hominibus si dominus inuenerit eos vigiles. i. sollicite preparatos saluabūtur ⁊ erunt beati. Scdo in auctoritate inducta describitur culpa hominis qui contemnit considerare diem mortis et qui negligit ad horam mortis se preparare. vnde dicit. in die qua non sperat: quia hanc considerare contemnit: ⁊ ideo subito ei ⁊ ex insperato superuenit: cum dixerunt pax ⁊ securitas: tunc repentinus eis superueniet interitꝰ. j. Thessaloñ. v. et Esaie. xxx. Subito dum non speratur veniet contritio eiꝰ. Et hoc accidit ex ignorantia ⁊ ex stultitia hominis. Ex ignorantia quidem: quia sicut dicitur Mat. xxiiij. De die illa nemo scit: scilȝ determinate quando debeat esse. Et licȝ hoc dicatur de die generalis iudicij: tamen sub tali die sicut dicit beatꝰ Augustinus comprehenditur etiaȝ dies mortis: quia qualis quisq̃ in die mortis egressus fuerit: tale tunc iudicium habebit scȝ in extremo iudicio mundi: ⁊ ideo qḋ de illa die dicitur etiam de die mortis verificatur: quia necistam diem potest homo scire etiam senex. Unde ysaac Gene∂. xxvij. Uidea inquit ꝙ senuerim ⁊ ignorem dieȝ mortis mee. Et ex hac ignorantia negligit

homo se preparare. ⁊ tamen deberet fieri
contrarium: quia quanto est magis igno/
ta tanto deberet ei esse magis suspecta: et
magis sollicite sese preparare ad eam. Et
ideo Gregorius dicit: ꝙ idcirco omnipotēs
deus extremā diem voluit nobis esse igno
tam: vt possit semper esse suspecta: vt dum
illam preuidere non possumus ad illam si
ne intermissione preparemur. Cōtingit au
tem hoc ꝙ non fiat etiam ex magna stul/
ticia ꝙ eoipso ꝙ homo ignorat qn̄ dies il
lo debeat esse nunꝗ̄ sperat eam adesse: q2
semper putat eam esse adhuc diferendam:
ita ꝙ etiam quantūcūꝗ̄ infirmus: sperat
tamē euadere pro tunc: ⁊ ex hac frequēter
accidit ꝙ nō curat se preparare: ⁊ mors ex
insperato superuenit ⁊ eā imparatuz edu
cit: ⁊ diuino iudicio ꝯdēnatur. Unde dn̄s
Mat. xxiiij. Sicut fuit in diebus noe: ita
erit ⁊ aduentus filij hominis. Sicut enim
erant in diebus noe ante diluuiū comedē
tes ⁊ bibētes nubētes ⁊ nuptui tradentes
vsꝗ ad eum diem in qua introiuit in arcā
noe: ⁊ non cognouerunt donec venit dilu/
uiū ⁊ tulit oēs: ita erit aduētus filij hoīs.
Sic ergo quia venit die qua non speratur
⁊ hora qua ignoratur debemus semp esse
parati. ꝑm illud Matth. xxiiij. Et vos esto
te parati: quia qua nescitis hora filiꝰ hoīs
venturus est. Et tūc si fuerimus parati in
trabimus cum eo ad nuptias celestes. Si
cut dicitur de virginibus prudentibꝰ per
quas significantur omnes electorum: ꝙ q̄
parate erant intrauerūt cū eo ad nuptias
scz celestis glorie.

¶ Tertia in auctoritate allegata determi
natur pena: cum dicitur. diuidet eum ⁊c.
Et tangitur triplex pena.

Prima erit separatio a consortio bono
rum quia diuidet eum.

Secunda erit applicatio ad consortiuz
malorum: quia partem eius ponet cum hy
pocritis.

Tertia erit afflictio eternoꝝ suppliciorū
quia ibi erit fletus ⁊ stridor dentiū.

Primo ergo dicit ꝙ diuidet eū scz a cō
sortio beatorū: quia ꝗ̄diu z. zania sunt in
agro sunt mixta simul cū tritico: sed calle/
cta separātur vt purū triticū in horrea re/
ponatur. Sic in mūdo viuētes mixti sunt
simul boni cum malis: sed post mortē sepa
rantur ⁊ diuiduntur vt boni sint in celo ⁊
mali in inferno. ps. lxiij. Diuisi sunt ab ira
vultus eius: vel diuidet eū: quia animam
dabit demonibus corpus vermibus ⁊ di/
uitias heredibꝰ vel alijs hominibus. Lu.
xv. Diuisit illis substantiam. Secūda pe
na erit applicatio ad consortium maloruz
quia partem eius ponet cum hypocritis.
Hypocrita enim aliud apparet ⁊ aliud est
apparet bonꝰ ⁊ est malus. Tales sunt ma/
li christiani qui inquantum habent fidem
⁊ baptismū ⁊ vadunt ad ecclesias viden/
tur boni: inquantum ꝟo praue viuunt sūt
mali: ⁊ ideo habebunt duplicem penam. s.
quia priuabuntur bonis: ⁊ implebuntur
malis. Unde dicit Matthei. xxiij. Ue vo/
bis hypocrite qui similes estis sepulcris
dealbatis: que a foris parēt hoībꝰ specio/
sa ⁊c. ps. lxij. Partes vulpiū erunt: q̄ sunt
animalia fraudulēta: ⁊ hypocritas repre/
sentant. Tertia pena erit afflictio duplex.
Una ex ardenti calore q̄ designatur in fle/
tu. Alia ex intolerabili frigore qđ signatur
in stridore dentiū. Transibūt em̄ ab aquis
niuiū ad calorem nimium. Job. xxiiij. Uel
stridebūt dentibus pre ira ⁊ furore interio
ri: sicut iudei pre ira contra stephanum stri
debant dentibus in eum. Actuū. vij. Sed
flebunt pro tormenta exteriori. Esa. xxiij.
Amore flebunt. Sed ecōtra de sanctis di/
citur ꝙ exultabunt sancti in gl'ia. Ad quā
gloriā ꝑducat nos iesus christus dei filius
benedictus qui viuit ⁊ regnat cum deo pa
tre omnipotente ⁊ spiritusancto in secula
seculorum. Amen.

¶ De remissione peccatorum ante mortem
impetranda. Sermo. v.

Emitte mihi

r

vt refrigerer ꝑusꝗ̄ ab
eam ⁊ amplius nō ero
ps. xxxviij. Sic hō na
turaliter appetit habe
re bonum ita ⁊ carere
malo. Malū autē duplex est: scz culpe ⁊ pe
ne. Maluꝫ aūt culpe detestabiliꝰ est ꝗ̄ ma
lum pene: Prima quidem quia culpa facit
hoiem malum: nō autē pena. Unde btūs
Dionysius dicit. iiij. ca. de diuinis noībus
ꝙ puniri non est malum: sed fieri pena di
gnum. Deinde quia a deo qui est summuz
bonū magis est aliena culpa ꝗ̄ pena: nam
deus est auctor pene non aūt culpe. Item
qr deus inducit malum pene ad vitanduz
malum culpe; siue ab eo q̄ punitur; siue ab

Alijs: Malum autem culpe qđ separat hominem a deo: sicut est peccatum mortale ꝛ est in offensam dei: non potest tolli nisi remittatur a deo qui offensus est. Et remissio talis culpe non conceditur hoī a deo nisi in vita ista: scꝫ ante mortem. Nam sicut Damascenus dicit. qđ fuit angelis casus hoc est hominibus mors. Unde sicut angeli post casum nō recipiunt remissionem peccati: ita nec homines post mortem: lꝫ quedam leuiora peccata post mortem in purgatorio expientur: sed nunq̄ mortalia. Et ideo hoc attendens Dauid ex persona hominis in hac vita existentis: et ad mortem tendentis remissionem petebat a deo anteqū moreretur orans scꝫ et dicens. Remitte mihi vt refrigerer priusq̄ abeam et amplius ero. A

In quibus quidem verbis tria facit.

Nam primo postulat beneficium diuine pietatis in miseratione desiderabili: cuꝫ dicit. Remitte mihi scꝫ peccata ex tua pietate ꝛ misericordie immensitate.

Scđo optat remediū ignite ꝯcupiscibilitatis in mitigatione delectabili. vt refrigerer scꝫ a viciorum estuositate.

Tertio formidat iudiciū diuine equitatis in alteratione terribili: scꝫ anteq̄ abeā et amplius nō ero: scꝫ in vera entitate que scꝫ est esse cum deo vt dicit glosa.

Circa primum notandum

ꝙ ſm iusticie ordinem non debet remitti offensa nisi primo sit facta emenda. et propterea dicit beatus Augustinus ad macedonium: ꝙ non remittitur peccatum nisi restituatur ablatum. scilicꝫ quia offensa iniuste ablationis emendatur per equalitatem satisfactionis ꝛ restitutionis. Emenda autēꝫ quam deus requirit pro offensis peccatorum nostrorum est penitentia que precipue manifestatur in varietate et integritate confessionis. Quia vera et humilis confessio necessaria est ad remissionem peccati. Et dico necessaria vel in facto quando fieri potest: vel saltem in ꝓposito: quia licꝫ peccatum remitti possit in interiori contritione: tenetur tamen contritus habere propositum cōfitēdi; sine quo non fieret remissio. Et hoc ostendit Dauid ps. xxxi. dicens Dixi scꝫ in corde confitebor aduersum me iniusticiam meam domino: idest habui ꝓpositum confitendi. et sequitur: et tu scilicꝫ deus remisisti impietatem peccati mei. Sed queres: si remissum est iam peccatum ex contritione interiori et proposito confitendi: ad quid valet postea confessio exterius facta: scꝫ sacerdoti? Dicendum est ad hoc ꝙ valet primo vt si cōtritio fuisset minus sufficiens ex confessione suppleatur. Item quia post culpam remissam adhuc est peccator debitor pene temporalis. Sed per confessionem erubescentiam ꝛ vim clauium quibus se confitens subijcit et per satisfactionem iniunctā quam sacerdos moderatur ſm qualitatem criminum sibi per confessionem innotescentium: pena temporalis expiatur: vt sic habeat homo per confessionem pleniorem remissionēꝫ. Et ideo dicitur. j. Johānis. j. Si confiteamur peccata nostra: fidelis et iustus est deus vt remittat nobis pctā nostra et emundet nos ab omni iniquitate.

In quibus quidēꝫ verbis tria facit beatus Johannes.

Naꝫ primo presupponit necessitatis remedium: cum dicit. si confiteamur peccata nostra.

Scđo inducit securitatis preconiū. qꝛ fidelis ꝛ iustus est deus.

Tertio concludit pietatis beneficiū, vt remittat nobis peccata nostra

Remedium ergo qđ est peccatori necessarium ad salutem est penitentie sacramentum: idest confessio. et ideo dicit. Si confiteamur pctā nostra. Et rō est sicut dicit Boetius primo libro de consolatione philosophie. Si operam medicātis expectas opꝫ ꝙ vulnus tuū detegas. Ad qđ videtur inducere etiāꝫ natura non solū homines. sed etiam animalia bruta: sicut patet in vita beati Hieronymi de leone siluestri: q̄ monasterium ingrediens: lesum a sente plantam ostendit: quam beatus Hieronym⁹ extrahi fecit ꝛ pedem ablui ꝛ curari. vn̄ postea sicut gratus a monasterij obsequio non recessit. Est aūt de necessitate salutꝫ ꝙ homo de pctīs ablutionem accipiat. ergo et de necessitate salutis est ꝙ morbuꝫ peccati per confessionem detegat. Qđ testimonio btē pauli apostoli doctoris gentiū egregij euidenter comprobatur: vbi sic inqt ad Romanos. x. Corde creditur ad iusticiam. ore autem confessio fit ad salutem. Nota quando apostema cōuertitur ad exteriora indicium est ad sanitatē sed quādo cōuertitur

ad interiora ꝛ in eis erepat signum est mor
tis corporis. Sic peccatum absconditum
causa est mortis eterne: conuersum ꝰo ex-
terius et manifestatum per confessionem
specialis sanitatis est indicium. Augusti-
nus. Si vere fueris confessus saluaberis.
Prouerb. xxviij. Qui abscondit scelera sua
nō dirigetur: qui autem confessus fuerit ꝛ
reliquerit ea misericordiam consequetur.
B Scdo ponit securitatis preconium q2
scꝫ commendat deum de eo ꝙ valet ad se-
curitatez penitētis ī eo ꝙ est fidelis scilicꝫ
in seruando promissa. Et hoc facit ad secu-
ritatem penitētis cui scꝫ ipse deus veniam
promittit Ezechielis. xviij. dicens. Cū auer
terit se impius ab impietate sua quaz opa
tus est. ꝛ fecerit iudiciū et iusticiam: et ipse
aīam suaz viuificabit. Considerans enim ꝛ
auertens se ab omnibꝰ iniquitatibus suis.
quas operatus est vita viuet et nō morieẜ.
Quia ergo deus qui hoc promisit fidelis
est ꝛ displicet ei infidelis et stulta ꝓmissio
non est dubiā quin hoc adimplet ꝛ seruat
qđ promittit. Sed sicut ipse est fidelis in
seruando promissa penitentibus: sic etiam
iustus ī inferendo supplicia cōtemnentibꝰ
vnde de ipso dicitur Deuẜ. xxxij. Deus fi-
delis et absqꝫ vlla iniquitate iustus et re-
ctus. Et exponitur ꝙ est fidelis in promis-
sa reddendo: ꝛ absqꝫ vlla iniquitate scꝫ iu-
dicando. iustus in retribuēdo. ꝛ rectus in
rationez exigendo. Est primo fidelis: idest
verax in seruādo promissa. Deus enī mul
tis multa promittit. Nam promittit peni-
tentibus veniam. Hieremie. xviij. Repen-
te loquor aduersus gentem et aduersus re
gnum. vt eradicem ꝛ destruam et disperdā
illud. Si penitentiā egerit gens illa a ma-
lo suo propter quod locutus suz aduersus
eam: agā ꝛ ego penitētiā super malo quod
cogitaui vt facerē ei. Et loquitur more ho-
minū qui quādo penitent reuocāt vel non
implent qđ cōminati sunt. Unde aduerte
ꝙ prophetia cōminationis non semper im
pletur: sed ꝓphetia promissionis semper.
Quia deus pronior est ad miserandum ꝙ̄
ad vindicanduz. Nec tamen sequiẜ ꝙ talis
prophetia falsa sit: quis non eueniat. quia
in tali prophetia deus reuelat ꝓphete so-
lum illud qđ peccatoribus debetur ꝰm me
rita sua: sed aliquando non reuelat ei illđ
qđ dꝫ contingere postea scꝫ ꝙ debeat pe-
nitere ꝛ ꝰm merita mutari. Et ideo quando
deus loquitur per prophetā aduersus ali-
quam gentem ꝙ disperdet eā: intelligitur
ꝙ merita eius hoc exigunt vt dispdat eam
et hoc non est tunc falsum sed verum. Qđ
eis penitētibus deus dicitur penitere. di-
ctum est metaphorice inquantum ad mo-
duz penitentis se habet prout scꝫ mutat
sententiaz etsi non mutet cōsilium. Item ꝓ
mittit deus innocētibus supernā gloriaz:
dicens per prophetā dauid ps. xxiij. Quis
ascendet in montez dn̄i aut quis stabit ꝛc.
Et postea subdit. Innocens manibꝰ ꝛ mū-
do corde. Itez perseuerantibus salutē eter
nam. dicens Matthei. x. Qui perseuera-
uerit vsqꝫ in finem hic saluus erit. Itez ele
mosynam facientibus celestium diuitiaruz
abundantiam: dicens Matthei. xix. Da
pauperibus ꝛ habebis thesaurum in celo.
Omnia autē ista et quecūqꝫ alia bona deus
promittit fideliter: ꝛ infallibiliter tribuit
quia sicut in ps. cxliiij. dicitur. Fidelis do-
minus in oībus verbis suis. scꝫ promissio
nis. prout exponit glosa: quia omnia que
promittit fideliter reddit. Sed homines
vt plurimum infideles sunt: quia non tm̄
que promiserunt hominibus non exoluūt
immo nec ea que deo vouerunt aliquando
ei reddunt. Et ideo dicitur Prouer. xx. Ui-
rum autem fidelez quis inueniet: Hoc di-
cit quia raro inuenitur saltem qui seruet
pactuz deo in baptismo promissum: scilicꝫ
renunciare diabolo et pompis eius. Se-
cundo dicitur deus esse absqꝫ vlla iniqui-
tate in iudicando: Frequēter iudicium hu-
manum est iniquum. quia iudices in iudi-
cando sunt acceptores personaruz: siue fa-
ciant hoc propter amicitiam aut inimici-
tiaz: siue propter munera: siue propter aliā
causam. Et talis dicitur iudex iniquitatis.
ꝰm illud Luce. xviij. Et audite quid iudex
iniquitatis dicit. Et dicitur iniquitatis. i.
inequalitatis: quia scꝫ inter partes non ser
uat equalitatem iusticie. Et ideo dr̄ Pro-
uerb. xviij. Accipere personam viri in iudi-
cio non est bonuz vt declines a veritate iu-
dicij. Et ratio est: quia cōtingit de iudicio
iudicium sicut videmus in iudicio sensuuz.
Quādiu enī sensus est medio ꝓportio sen-
sibilium et non afficitur ꝰm alteruz contra
rioz. dat rectū iudicium de sensibilibus: vt
ꝙ̄diu lingua nō est infecta aliquo humo-
re: dat rectum iudicium et iudicat amarum
amarum. ꝛ dulce dulce; si ꝰo inficiaẜ chole-

ra vel phlegmate: tunc quasi non existens in medio sed cōtrocta ad aliud cōtrarium: perverse iudicat dicēs dulce esse amarum & ecōverso. Sic iudex debet esse in medio inter litigātes et non declinans ad alterā partem: & tunc quasi regula recta dicet iustum iustū & iniustū iniustū esse. Si vero ad alterā partem declinet p mīam & omiticiā ob altera vero recedat per iraz & odiū: quasi tortuosa regula dat perversum iudicium: dicēs iniustū iustum esse: & hoc est iniquitas. i. inequalitas. Et ideo phs dicit in tertio Ethicoꝝ. ꝙ nō opz iudicem provocare ad iram aut timorē aut inimicitiā: qr hoc esset simile ac si regulam qua homo debet uti faceret distortam. Sed deus semp iudicat sine personarū acceptione: quia non est personarū acceptio apud deū. vt dicit Roma. ij. & idcirco in ipsius iudicio nulla unꝙ invenitur iniqtas. Et ideo dicitur in ps. xcj. Quomā rectus dñs deus noster & nō est iniquitas in eo. Et ideo in ipsius iudicio nō habebit plus locum dives ꝙ pauper. Nec erūt ibi necessarij advocati vel procuratores: sed ipse solus iudex vnūquēqz ſm merita iudicabit. ps. xcv. Iudicabit orbem terre in eqtate & populos in veritate sua. Tertio deus dr esse iustus scz in retribuēdo. sicut dicit glosa reddens scz bonis bona & malis malo. Nunc em in foro mūdi frequēter accidunt & bonis mala & malis bona. ſm illud Eccls. viij. Sunt iusti q bus mala pveniāt quasi opa egerint impioꝝ: & sunt impij qui ita securi sunt quasi iustoꝝ facta habeāt. Non tamen etiaz hoc deus cuz semp iustus sit sine rōne pmittit qr mala q patiunt hic iusti semp ordinat ad eoꝝ pfectuz. Primo quidem vt eis valeant ad eorum purgationem. Nam sicut dicit Bernardus. Qd lima ferro qd fornax auro qd flagellum grano: hoc facit tribulatio viro iusto. scz quia purgat ipm a peccatis vel ab amore mūdi a quo separat eius mentem Item ad eorum eruditionez. Unde Augustinus. iij. de trinitate. Oportet hic erudiri flagellis vt cognoscamus supna. Itē ad tentationum exclusionem. Unde. Gregorius. xxxiij. moraliū. Si sancti qeti in tranquillitate persisterent tētatiōes adversarias ferre non volentes; prostrati mentis vulneribus iacerent. Sic ergo medicina interius curat: vnde exterius sauciat Ergo ꝙ iusti hic affligūtur est ex magna dei dispensatione. ꝙ autem mali hic prosperantur est ex misericordia & benignitate dei; qui impios prosperari permittit in potentie sue ostensionem: & ad eorum ad penitentiam attractionem: sed si hoc non fiat erit ad maiorem eorum damnationē. Unde Gregorius dicit. in. vj. moralium. Eo attrocius in tormentis obruetur quo in pctis elevatur: quia qui honorat in via in pvērsiōe dānabit. Sic ergo est nūc in foro mundi duz est tempus misericordie sed qñ erit forus dei erit tēpus iusticie. ſm illud ps. lxxiiij. Cum accepero tempus ego iusticias iudicabo. Et dicit iusticias i plurali: qr vna iusticia erit reddere bonis tm bona: alia vero erit reddere malis tm mala Matthei. xxv. Ibunt hi scz mali in supplicium eternū: iusti aūt in vitam eternā. Et hoc ideo: qr vt dr ps. x. Iustus dñs & iusticias dilexit: equitatē vidit vultus eius. Quarto dñs erit rectus in rationē exigendo. Legitur ꝙ i arca dei erat māna & virga. Māna habebat dulcedinem: & virga rectitudinē. Et sic deus est dulcis per misericordiam pctā remittendo & rectus per iusticiā rōnez ab hoibus exigendo. ps. xxiiij. Dulcis & rectus dño. ¶ Tertio in auctoritate inducta concluditur pietatis beneficium: cū dicitur. vt remittat nobis pctā nostra & mundet nos ab oī iniquitate. Ubi advertendū ꝙ peccata sicut tribus modis fiunt. s. corde ore & ope: sic sunt tres partes penitētie quibus peccata & iniquitates nostre expiantur: scz contritio per quam peccata remittunt. & cōfessio per quā peccata teguntur: qr si tu in confessione detegis deus tegit. Item satisfactio per quā fit vt pctā ad penam nō imputent. Unde in ps. xxxj. Beati quoꝝ remisse sunt iniqtates. s. per cōtritionem: & quorum tecta sunt peccata p cōfessionem. Beatus vir cui non imputavit dñs peccatum per satisfactionem. D

Secūdo in proposito

themate optatur remedium ignite cōcupiscibilitatis: scz in mitigatione delectabilium cum dicit. vt refrigerer scz ab estu vitioꝝ quibus. scz cōcupiscētia inflāmatur. sicut folles faciunt ardere ignem. sed istum ardorem habet refrigerare ros divine grē. Unde Ecclesiastici. xviij. Nonne ardorem refrigerabit ros. In quibus quidem verbis possumus notare tria.

Primo culpe insatiabilitatē in ardore.

Secundo anime suauitatē in refrigeratione.

Tertio gratie vtilitatem in rore.

De ardore autē sciendū ꝙ sicut nos videmus ꝙ calefacta carne ab ardore febrili sequit̃ aliqñ sitis insatiabilis: sic calefacta aīa ex ardore vitiorꝝ: sequit̃ appetitus insatiabilis. Prouerb. xiij. Uenter impiorꝝ insatiabilis. Sic accidit de auaro qui non satiat̃ de pecunijs. Sic accidit de supbo q̄ nō satiatur de honoribus ⁊ dominijs. Sic accidit de luxurioso qui nō satiat̃ de delectationibus carnis. Narrat iuuenalis satyra. vj. de messalina vxore Claudij imperatoris. ꝙ tāte libidinis fuit vt in ꝓstibulis peccaret claꝫ postea publice oībus se exponeret nō satiata sed lassata recedēs. Unde sicut ignis semꝑ crescit ex appositione lignorꝝ: sic appetitus malus ex actib⁹ vitiorꝫ. Ecclesiastici. xxiij. Anima callida quasi ignis ardens. De refrigerio autem notandum ꝙ sicut remoto igne vel extincto refrigeratur aer circūstans. sic extincto pctō vel sublato per penitentiā refrigerat̃ aīa. Nota ꝙ qñ aliquis comedit cibum noxiū vel contrariuꝫ stomacho: stomach⁹ cruciatur ⁊ estuat et angustiatur donec euomat ipm. sed illo euomito refrigeratur ⁊ liberatur. Quasi cibus noxius ⁊ ꝯtrarius ꝯscientie est peccatū. Nam ꝙdiu manet in ꝯsciētia cruciat cor ex remorsu: ⁊ fac̃ estuare inflāmando concupiscentiā: ⁊ ex vtroqꝫ sequitur angustia: sed si euomatur ⁊ eijciat̃ peccatuꝫ ꝑ penitentiā: tunc cessat ardor male concupiscentie ⁊ conscientia ⁊ anima tota refrigerat̃. ⁊ ideo dicitur Eccli. xxxi. Surge de medio ⁊ euome illud ⁊ refrigerabit te. s. a peccato per pniaꝫ. de medio. i. de corde eijciendo peccatū per cōtritionē ⁊ euome illud per confessionē: ⁊ refrigerabit te propter pctī remissionem ⁊ concupiscētie sedationem. De rore aūt gratie est notandum ꝙ lꝫ in nobis nō totaliter extinguat ardorem fomitis: tamen multuꝫ restringit et mitigat ipm. Eccli. xliij. Ros obuians ab ardore venienti: scꝫ a fomite humilē efficiet eum. Ualet etiam iste ros gratie cōtra ardorem temptationum ⁊ cōtra feruoreꝫ tribulationum. Qđ figuratur Daniel. iij. in pueris missis in fornaceꝫ babylonicā: vbi angelus fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. Et sicut superata fuit flamma ꝙ illos omnino nō tetigit ignis nec quicꝙ molestie intulit. Sic habentibus refrigerium roris diuine gratie non nocet ignis tribulationis aut attentationis. Iste est etiam ros qui in terra carnis nostre facit germinare liliū mundicie ⁊ castitatis. Osee. xiiij. Ero quasi ros: ⁊ israel germinabit sicut lilium. E

Tertio in themate pro

posito ostēdit ꝓpheta se formidare iudicium diuine equitatis in alteratiōe terribili. cū dicit. priusꝙ abeam ⁊ ampli⁹ non ero. Ubi tangit duo terribilia.

Primū est in separatiōe a mūdo ꝑ mortem. vnde dicit. priusꝙ abeam scꝫ de mundo per mortem.

Aliud est in separatione a deo ꝑ eternā damnationē. vñ addit. ⁊ ampli⁹ non ero: glosa. scꝫ. in vero esse cum deo.

Circa primū nota ꝙ mors cōpellit aīaꝫ abire a corpore. ⁊ cōpellit abire a mūdo: ⁊ istud est valde amarꝝ ei q̄ totū affectū suū posuit in rebus mūdanis de quibus nihil secū portare potest. Et qꝛ anima eius diligebat nimio amore delectatiōes ⁊ cōmoda corporis sui: ideo qñ compellitur abire ⁊ corpus deserere est ei magna amaritudo ⁊ indignatio. ita vt possit dicere illō Ezech. iij. Abij amarus in indignatiōe spūs mei. Eccli. xli. O mors ꝙ amara est memoria tua: homini diuiti ⁊ paceꝫ habēti in diuitijs suis: Notādū ꝙ ille q̄ hꝫ exire de terra sua et hꝫ facere longissimā viaꝫ nec spat se cito rediturꝫ: si habet satis de pecunia quā possit portare secum ⁊ facere sibi magnas expēsas ⁊ habere cōmoda sua: talis exit securus. Sed si esset pauper ⁊ nō haberet pecuniā quā posset portare secū: tūc iret tristis ⁊ tutꝰ: qꝛ sciret ꝙ quocūqꝫ ibit male recipietur: ⁊ magna etiā ⁊ multa incōmoda patiet̃. Sic ille qui abit de domo ⁊ de corpore per mortē hꝫ facere certe longam viam siue debeat ire supius ad celum siue inferi⁹ ad infernū aut ad cōmune purgatoriū. Pecunie aūt quas pōt secū portare sunt merita operꝝ que fecit: ⁊ si fuerunt bona opa sunt sicut monete bone q̄ bñ recipient̃ ⁊ bonū forꝝ inueniet. Sed si nihil boni fecit aut bene facta peccando cōsumpsit: tūc est sicut miser ⁊ pauper q̄ vbiqꝫ et ab omnib⁹ male recipietur ⁊ a deo iudicāte ⁊ angelo bono cōtra eum testificante ⁊

a demonibus qui trahent eum ad hospitium inferni. Unde dicitur Proverbiorum vij. Abijt via longissima sacculum pecunie secum tulit in die plene lune reversurus. In quibus quidem verbis possumus considerare tria.

Primo distantiã terminorũ: quia abijt via longissima.

Scdo abundantiã meritorum: quia sacculum pecunie secum tulit.

Tertio resurrectionem futurã mortuorum: quia in die plene lune etc.

Circa primũ notandũ q ille qui moritur dr abire viã longissimã: qr magna distãtia est eorum q sunt in hac vita ad eos q sunt in alia. Et illa distãtia attẽdit dupliciter. Scdm locũ scz: et sm statũ. Scdm locũ: quia finalis locus bonorum est in celo supremo qd est empyreũ: et a loco terre i quo habitãt mortales vsqz ad illũ locũ beatorum maxima est distantia. Nã sicut tradit Alfraganus decimo.xv. libri sui. A terra vsqz ad celum stellatum sunt. c. milia. xcix. milia. et. xxxvij. miliaria. Quantũ aũt sit abinde vsqz ad celũ empyreũ vbi sunt sctĩ sicut nõ est nobis visibile. sm illud Eccli. j. Altitudinẽ celi qs dimensus est? credibile tñ est q sit altitudo maxima: cũ etiã supra celũ stellarũ ponatur a doctoribus etiã celũ aqueũ siue crystallinũ. Et ideo figuraliter dictũ est Helie. iij. Reg. xix. Grãdis tibi restat via. Si autẽ vadit q moritur ad infernũ adhuc est distantia magna etiã localis: quia cõiter a doctoribus infernus dr esse in medio terre. i. infra terram in cẽtro eius vel circa: qr ille est infimus locus et maxime a celo remotus. et idõ cõgruens peccatoribus q infima dilexerũt et celestia spreuerũt. Distãtia aũt a superficie terre vsqz ad cẽtrũ terre est dimidium diametri terre. quãtitatis autem totius diametri terre vt dicit idem Alfraganus sunt sex milia et qngenta miliaria fere: cuius medietas sunt tria milia ducenta qnquaginta miliaria fere. et sic non est modica distantia a superficie terre vsqz ad profunduz inferni. Sz valde mirabile est q qũuis sit tã magna distantia adhuc ad pfunduz inferni. tantuz tñ est põdus peccati q petõres miseri eũ hinc exeunt. sicut dr Job. xxj. In puncto ad infernu descendunt. Scdo attẽditur magna distantia eorum qui sunt hic ad eos qui sunt in alia vita quantum ad statũ quia iste est status mortalitatis et temporalitatis. ille autem est status eternitatis quorum est tanta distantia vt fere non sit comparatio. propterea non immerito qui hinc exit et illuc vadit dicitur ire in longinquum. Qd figuratum est in illo. de quo dicitur Luce. xix. Homo quidaz nobilis abijt in regionez longinquam. Iste nobilis hõ est ipsa aĩa que ab aplo dr hõ interior: qui nobilitatem habet cũ sit de genere dei. qui vadit ad regionem longinquaz cum vadit ad aliã vitã que scz p differentiaz plurimũ longe est a vita ista. Scdo notatur in auctoritate allegata abundantia meritorum cũ dicitur. sacculũ pecunie secũ tulit. Sacculus iste pecunie est ɔgregatio meritoruz que quis ex operibus suis collegit et pcipue de elemosynis datis. quia dr Eccli. xxix. q elemosyna viri quasi saculus cuz ipo. Sed auaro q dare elemosynas noluit et multo magis vsurario qui non solũ sua nõ dedit: sed de laboribus pauperũ potius pecunias exegit et diuitias cõgregauit: dicetur illud Actuũ. viij. Pecunia tua tecũ sit in perditione. Tertio notatur in pdicta auctoritate resurrectio mortuorum: cum dicitur. in die plene lune reuersurus. Luna est ecclesia q tãc erit plena qñ cõpletus erit numerus electorum tunc enim erit: vt dr Eccli. l. quasi luna plena in diebus suis: et in diebus lune plene erit dies resurrectionis ad iudiciũ: tũc enim dies pleni inuenientur in eis. et tũc reuersurus est quilibet cũ anima: et quilibet suum corpus resumet lz immortale: et resurget quilibet in mũdo isto vbi iudiciũ fiet. Danielis. xij. Reuertimini ad iudicium.

¶ Scdo in vltima parte thematis ostendit pphეta se formidare dãnationez eternam in separatiõe a deo: cũ dicit. et amplius nõ ero: quia vt dictũ est glosa exponit non ero. s. in vero esse cũ deo. Nã damnati licz subsistant in esse nature: illud tñ est cũ tanta miseria q sicut dicit beatus Gregorius super Hiere. Melius esset eis nõ esse. Unde quia carent vero et beato esse scz deo in gloria: dicuntur non subsistere. sm illud ps. cxxxix. In ignem deijcies eos et in miserijs non subsistent. Unde etiã dicitur Prouer. xj. Uerte impios et nõ erunt scz cum sctis in celo. Apoca. xij. Non est inuentus locus eorum amplius in celo: nec etiam enim viuentibus hic in mũdo. ps. xxxvj. Uidi impium superexaltatũ et ele. sicut ce. li. Et trãsiui et ecce nõ erat et quesiui et nõ est inuẽtus locus

eius scz qz nō est cū hoībus in mūdo: sz cū
demonib⁹ in inferno exclusus in eternuz a
loco glorioso in quo sunt sancti in eterna
beatitudine. Ad quaz nos pducat deus ⁊c.

¶ De vili et miseria cōditione hominis vi/
uentis et morientis. Sermo. vj.

Omparatus suz

luto. et assimilatus sum fa/
uile ⁊ cineri. Job. xxx. Deus
cōdidit aliquā naturā pure
spūalem: scz naturam ange
licam: et aliquam pure corporalem vt na/
turā elementoꝝ ⁊ mineralium corpoꝝ ⁊ ali
quā ex vtroqꝫ cōpositā: scz ex substantia spi
rituali et corporali: et ista est natura huma
na: que licz ex parte nature spūalis. i. ani/
me habeat nobilitatē: ex parte tñ materie
corporalis habet quandam ignobilitatez. et
hoc prefigurauit illa statua quam somnia
uit Nabuchodonosor Daniel. ij. q̄ superi⁹
erat aurea: ⁊ inferius erat luctea. Sic eñ
hō habet nobilitatē auri ex parte mentis
sed vilitatem luti ex parte corporis. Et ex
hac parte beatus Job miseriā ⁊ vilitatem
hominis in persona sumet tripl'r descri/
bit. s. quātum ad principiū: ⁊ quantum ad
medium: ⁊ quantum ad terminum.

Primū accipitur a primo corporis for/
matione: ⁊ hoc describit: cū dicit. cōparat⁹
sum luto: quia corpus primi hoīs de luto
formatū est. Genes. ij. Formauit deus ho/
minem de limo terre.

Medium vero accipitur in vite duratio/
ne: ⁊ hoc describit. cum dicit. assimilatus
sum fauille.

Terminus attenditur in corpis resolu/
tione: ⁊ hāc describit: cū addit. ⁊ cineri. A

Circa primū attenden

duz est q̄ omne qđ generat̄ vel formatur
ex aliqua materia sequit̄ naturā ⁊ pprieta/
tea ipsius materie sue. vnde qđ natum est
ex carne caro est: ⁊ qui de terra est de terra
loquitur. Et sic qđ factū est de luto luto cō
paratur scz ipsum corpus humanū. Unde
Job. x. Memēto queso q̄ sicut lutum fece
ris me. Et dī hō ex parte corpis esse sicut
lutū: quia lutuz habet coinq̄nare. Nā pes
vel vestis hoīs adherēdo luto coinquinat̄
⁊ imūdiciā contrahit: sic animo ex vnione
ad corpus coinquinatur ⁊ inficit̄ origina/
li pctō. Et similiter q̄n pes anime adheret
luto corporis vt velit sequi desideria car/
nis tota pfecto vita hominis efficitur im
munda ⁊ vilis. Unde de huiusmodi hoīe
dicitur Sap. xv. Vilior luto vita eius. Et
dicitur vita luxuriosi qui sequitur deside/
ria carnis esse vilior luto: quia licz lutum
dicatur vile et impurum: tamē non inge/
rit aspectui hominū pudorem vel honorē.
Sed īpuritas ⁊ corruptio luxuriosi pudo/
rosa est ⁊ fetida ⁊ horenda: ⁊ ideo latibulā
querit ⁊ hominū abhorret aspectum. Itē
lutum habet aggrauare: quia lutum gra/
ue est. Fit eñ lutum ex mixtione aque et
terre que sunt grauiora elementa: in hoc
corp⁹ assimilatur luto: quia vt dicit̄ Sap.
ix. Corpus qđ corrumpitur aggrauat ani/
mam: et terrena inhabitatio deprimit sen
sum multa cogitantē. Et quanto plus ipsa
anima voluptatibus ipsius corporis dele
ctatur: tanto maiori sarcina vitiorum et
peccatorum grauatur. Unde Abachuc. ij.
Usqꝫ quo aggrauat̄ cōtra se densum lutū?
Item lutuz habet debilitare: quia vas qđ
ex luto fit ppter ipsi⁹ luti mollitiē ⁊ passi/
bilitatē est vas debile ⁊ de facili frāgibile.
Et ita est corpus humanū: quia valde fran
gibile ⁊ passibile est ⁊ de facili per mortez
frāgibile: ⁊ ideo significat̄ per illđ vas lu/
teum: de quo dicitur Hieremie. xviij. Dissi
patum est vas qđ ipse faciebat ex luto.
B In quibus quidē verbis de vase hūa/
ni corporis tria figuraliter tangit. s. ipsi⁹ fra
gilitatem: vtilitatem: ⁊ vilitatem.

Siquidē primo ipsius fragilitas ostēdi/
tur ex mortis violētia: quia dissipatuz est.

Secundo ipsius vtilitas ex virtutis con
tinentia: quia vas non solum anime sed
etiam dei.

Tertio ipsi⁹ vilitatē ostēdit primordia
lis materia qđ fecerat ex luto. s. ipse deus

Circa primū aduertendum est q̄ in hoc
ostenditur homo esse omni vase fictili seu
luto fragilior: quia vas fictile nisi percute
retur aut caderet, per se non frangeretur
neqꝫ dissiparetur et p longissima seculoꝝ
tempora solidum permanens: sed vas hu/
mani corporis per seipsuz ⁊ in breui corrū
pitur et consumitur. In hoc tamen corpus
humanum vasi luteo comparatur: qr vas
fictile duobus modis consueuit confrin/
gi et dissipari. Uno modo ex casu puta si
ab aliquo impleatur seu cadere dimitta/
tur: sicut etiam vas corporis nostri ex im/

pulsu tentationis ꝛ diaboli ꝛ casu hominis primi in peccatum cõfringit ꝛ dissipat per mortis corruptiones. ꝛ ideo apostolus ait Ro. viij. ꝙ corpus propter peccatum mortuum est. Nam ex peccato primi parentis omnes alij sunt infecti: ꝛ ex infectione hac corruũt in diuersa peccata: ꝛ oẽs confringunt ꝛ dissipant per mortem. Job. iiij. Catuli leonis dissipati sunt. quasi enim leo fuit primus homo. de quo dicit ps. viij. Omnia subiecisti sub pedibus eius oues ꝛ boues vniuersos insuper ꝛ pecora cãpi. sicut leo dicit esse vt rex bestiarum: cuius catuli sunt oẽs hoĩes ab eo descendẽtes: qꝛ ex eius pctõ oẽs dissipant per mortem. Scdo vas fictile confringit ꝛ dissipatur ex alicuius percussionis ictu. Et sic etiam aliqñ ex leui percussiõe ꝛ ictu corpus humanũ occiditur. Dicunt etiam infirmitates pestilẽtiales ꝛ casus moli q̃ hominibus eueniũt esse quedã percussiones ꝛ flagella dei: quibus scꝫ vasa hominũ idest corpora confringunt per mortem: qꝛ licꝫ talia nobis videant casualia: a deo tñ sunt preuisa ꝛ ordinata. qꝛ sicut dicit Amos iij. Si erit malũ in ciuitate qđ dñs nõ fecerit. Hoc enim intelligitur nõ de malo culpe: sed pene que modis varijs a deo infligitur ad dissipandum vas corporis nostri Et ideo dicit Esa. xxiiij. Ecce dñs dissipabit terram. i. corpus hoĩs de terra formatum. Confringunt etiam aliquãdo vasa ex collisione vnius ad alterũ. Et tunc vnuꝫ vas collidit ꝛ cõfringit ꝛ dissipat aliud qñ vnus homo aliũ percutit vel occidit. Lu. ix. Elidit ꝛ dissipat eum. Monet sapiens. i. ecclesiasticus ꝙ pauper et impotẽs caueat sibi ne habet aliquid commune vel aliquid ad diuidendam cum hoĩe diuite ꝛ potente: qꝛ si vellet litigare cum eo vel non consentire in eo qđ vellet: nihil aliud assequeret nisi ꝙ opprimeretur ab eo ꝛ confringeret. sicut cacabus debilis ꝛ paruus collideret se cum olla magna ꝛ forti ꝛ confrĩgeretur ab ea Unde Eccli. xiij. Ditiori te ne socias fueris Quid communicabit cacobus ad ollaꝫ: qñ enim se colliserint confringetur scꝫ cacabus. i. pauper et minor a ditiore et maiore. Scdo agit in auctoritate allegata de corporis vtilitate: que innuitur i similitudine vasis: cuꝫ dicitur vos. Licꝫ enim sit vas fictile: continentiuum tamen est thesauri preciosi scꝫ virtutis continentie seu virginitatis. Nota si aliquis haberet preciosissimum liquorem balsami in vase fictili ꝛ debili: multum diligenter custodiret illud vas: ne forte frangeretur ꝛ liquor effunderetur. Nullum balsamum est preciosus et deo odorabilius q̃ virtutis continẽtie virtus quia nõ digna ponderatio anime continentis: Sed sicut apostolus dicit. ij. Corinth. iiij. Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. i. in fragilibus corporibus. ꝛ ideo debemus ipsũ vas corporis nostri omni diligentia custodire: ne corrumpatur per luxurie vitium et perdatur continẽtie thesauris. Nota ꝙ diu vas immundum est reputat omnino inutile qꝛ nullus vult ibi ponere aliq̃d vtile. sed qñ bene mundũ est. tunc est vtile et aptum ad ꝯtinenduꝫ omne preciosum. Sic ꝙ diu homo vas corporis sui tenet immunduꝫ ꝛ fedum in peccatis carnalibus non est vtile ad aliquid meriti locandum: quia nec ieiunia nec peregrinationes: nec alia q̃ per corpus facit: prosunt et ad meritũ vite eterne. Sed qñ aliquis habꝫ vas corporis mũdum per continentiam ꝛ vas cordis sanctificatum per mundiciam: tunc est vtile ad omne opus bonuꝫ: quia quicquid boni facit valꝫ ei. Et hoc ẽ qđ apostolus ait. ij. Timo. ij. Si quis emundauerit se ab his scꝫ peccatis erit vas in honorem sanctificatum ꝛ vtile dño ad omẽ opus bonũ. ¶ Tertio agit in auctoritate allegata de corporis humani vilitate: quã ostẽdit pmordialis materia de qua corpus fuit formatũ: qꝛ de luto. ꝛ ideo dicit ꝙ fecerat scꝫ deus de luto qđ scꝫ est materia vilis. Licꝫ enim corpus hominis sit ex quattuor elemẽtis cõpositum scꝫ ex igne aere aqua ꝛ terra: ꝛ apparet virtus ignis in cordis ꝛ stomachi calore: ꝛ virtus aeris i respiratiõe: qꝛ propter cõnaturalitatem aeris ad naturam cordis indiget aeris attractiõe ꝛ respiratiõe: ꝛ est virtus aque in corporis humiditate ꝛ fluxibilitate: tñ magis apparet terre proprietas. scꝫ ariditas in ossibus: grauitas in mẽbris oĩbus. ꝛ grossities in ipsa corpulentia eius. Et sic deus in cõpositione corporis humani multum posuit de luto siue terra ꝛ parũ respectiue de ceteris elementis. Parũ ergo posuit de igne vt homo parũ iñflãmaret igne ire vel auaritie vel carnalis concupiscẽtie. ꝛ tamen videnꝫ aliq̃ q̃si esse facti de igne: quia sunt in talibus vitijs nimiũ inflãmati. Et propterea dicitur. i. Job. v. ꝙ totus mundus in maligno positus est; idest in

malo igne dictoꝝ vitioꝝ. Item parum posuit ibi de aere: vt homo parū haberet de elatione supbie: tñ videntꝰ q̄dam totaliter esse aerei .i. elati et supbi. et isti quasi pascūtur vento vanitatis. Sm illud. Osee. xij. Effraym pascit ventū. Item parū posuit de aqua que molis et instabilis est vt homo parū habeat de mollitate incōstātie: et tñ aliqui videntꝰ de aqua facti: qꝛ leuitate nimia agitantꝰ. Job. xxiiij. Leuis est super faciem aque. Multū autē in cōpositione hūani corporis posuit deus de luto .i. elemēto terre: qꝛ terra est elementū frigidum et infimū et firmū vt homo habeat frigiditatē ꝯ ardorē iracūdie et auaritie et carnalis ꝯcupiscētie. Itē inferioritatē ꝯ tumorē supbie et infirmitatē ꝯ leuitatē incōstātie. Sicut ergo q̄uis homo ex parte aīe habeat similitudinem dei. ex pte tñ corporis ad sui eruditionem et humiliationē habet similitudinem luti. Unde debet dicere homo illud Esa. lxiiij. Nūc domine pater noster es tu nos vō lutum. D

Secundo in themate

assumpto notatꝰ miseria humane vite quātū ad mediū: qd̄ scꝫ attenditꝰ in vite duratione: que notatꝰ cum dicitur. assimilatus sum fauille. Nā fauilla sicut dicit Isidorus est cinis modicus ex instinctione scintillontis materie derelictꝰ. Unde sicut talis materia modica est et talis fauilla cito tollitꝰ a vento vel turbine: ita modica est vita hominis et cito tollitur a morte. Uñ dicitꝰ de hominibus Job. xxi. Erūt sicut palee ante faciē venti. et sicut fauilla quā turbo dispergit. In quibꝰ quidem verbis sm expositionē sancti Thome notatꝰ duplex humane vite fragilitas. Una quātum ad vitam corporalem que non potest resistere aduersitatibus. sicut nec palee ꝓpter sui leuitatē possunt resistere vēto. et ideo dicit. Erunt sicut palee ante faciem venti. Et hoc accidit ꝓpter duo. Aliquādo quidē ꝓpter aduersitatis magnitudinem seu multitudinē. q̄ aliq̄n sunt tot vel tam magne ꝙ tollunt et extinguunt etiā vitam hoīs corporalē. sm illud Job. xxvij. Tollet eū vētꝰ vrens .i. aduersitas et afflictio vehemēs. Quādoq̄ vo ꝓcedit hoc ꝓpter malam hominis dispositionem. qꝛ aliqui sunt ita male dispositi ꝙ aduersitates tollūt eis etiā vitā spiritualem vel eternam. quia non portant eas patienter ꝓpter iracundiam vel impatientiam et desperationem. Job. iiij. Uenit super te plaga et defecisti. Et nota ꝙ palea .i. malorum vita quemadmodum palee sicca est carēs humore deuotionis et vi ignite charitatis: et leuis etiā carens omni pōdere virtutis. Hic in mundo vento aduersitatis concutitur: sed in inferno in extinguibili igne exuritur. Sm illud Mat. iij. Congregabit triticum .i. bonos in horreū suum scꝫ celi paleas autem .i. malos comburet igne inextinguibili. Scd̄o fragilitas humane vite attenditur in auctoritate inducta quantum ad vitam spiritualē que scꝫ tam debilis est ꝙ non potest de se resistere tentationibus: sicut nec etiam fauilla potest resistere turbini. vñ ait: et tāq̄ fauilla quam tur. di. Ubi primo attende spūalis vite hoīs debilitatem in fauilla. et expugnabilitatē in turbine: diuisibilitatem in dispersione. Quantum ad primum nos videmus ꝙ inter oēs fauillas precipue fauilla stupe aduste est debilis et vilis: quia nec vento resistere potest: nec ad vsum alicuiꝰ operis valet. Et talis est fortitudo hominis circa spiritualia. qꝛ nec homo de se sine gratie dei auxilio est potens ad resistendum malo nec ad bonum faciendum sufficiens. Et si ille qui est sine gratia interdū aliqd̄ opꝰ facit qd̄ videtꝰ bonum erit q̄dē apparenter bonū apud hoīes: sed apud deū nihil erit cū nihil mereatur. Et ideo erit sicut scintilla ignis que splendendo apparet et apparēdo deficit. Et ideo bene dicitur Esa. i. Erit fortitudo vestra vt fauilla stupe: et opus vestrum quasi scintilla. Notandum est ꝙ fauilla corporalis vite multū humiliat spirituales viros siue sint spiritu feruentes: siue sint de nouo penitentes. Et de spiritualibus viris feruentibus est rō: qꝛ nos videmꝰ ꝙ fauilla inherēs carbo ignito fulgorem eius occultat: calorem attenuat: et ardorem minorat Tanq̄ aūt carbo ignitus est presens et feruens spūs. qui tñ ex fauille cinere .i. ex vite corporalis resolubilitate occultatur sub corporis humilitate: sicut spiritus feruēs apostoli pauli qui relucebat in eiꝰ scriptura non ostendebatur in corporali eius presentia. Uñ ipse ait. ij. Corinth. x. Graues sunt presentia aūt corporis infirma et sermo cōtēptibilis. Itē attenuatur ex carnis cōtrarietate. quia ex pugna carnis contra

spiritũ feruor spũs contonditur ⁊ remittitur. Job. xvij. Spiritus meꝰ attenuabitur. Gala. v. Caro cõcupiscit aduersus spiritũ ⁊c. Itẽ minoratur ex carnis corruptibilitate. Et ista minoratio fit tripliciter. Primo in cõtemplatione. Sap. ix. Infirmus ⁊ exigui tẽporis, ⁊ minor ad intellectũ. Scdo in dilectione i eodẽ co. Corpus qd corrumpitur aggrauat aĩam scz vt non possit p amorem ad supno eleuari. Tertio in operatione: qr spũs promptus est: caro aũt infirma. Matt. xxvj. Et per ista multũ humiliat homo spũalis quantũcunqȝ sit feruens qui recte videt se esse sicut fauillam: quia fauilla dum est ignita venti raptu sursũ tendit sed extincta proprio ponderead ima ruit. Sic anima hominis in hac vita posita calore charitatis inflammata ⁊ flatu spiritussãcti sursum rapta feruenter ad celestia tendere appetit: sed sibi relicto ⁊ ex proprie prauitatis pondere ⁊ corruptibilitatis corporis mole aggrauato semper ad ima descendit. Esa. xxix. Erit sicut fauilla pertransiens scz de feruore in torpore. Homo autẽ qui ad penitentiam cõuertitur ex duobꝰ pcipue timet ⁊ multum humiliat: scz ex consideratione proprie fragilitatis que designatur in fauilla: ⁊ insup ex consideratione mortis que repsentatur in cinere in quẽ corpus per mortẽ resoluitur. Unde Job. xlij. Ipse me reprehendo ⁊ ago penitentiã in fauilla ⁊ cinere, i. in corpore meo qd est fragille vt fauilla ⁊ resolubile in cinerẽ. ¶ Scdo ꝑ in parte auctoritatis supra allegate debemꝰ considerare expugnationem humane vite ex turbine: cum dicit ꝙ turba dispergit. A turbine enĩ fauilla percutitur qñ ipsa humana vita diabolica tentatiõe impugnatur. De hoc enĩ turbine dicitur Ezech. j. Uentus turbinis veniebat ab aquilone: ⁊ nubes magna ⁊ ignis inuoluens. Et i hac figura prophetico tangitur triplex tentatio qua vita humana precipue impugnatur. Prima pertinet ad vitiũ superbie cuȝ dicit. Uentus turbinis veniebat ab aquilone, Gregorius. Uentus est tentatio mentis. Propria autẽ tentatio mentis est supbia que habet cor eleuare, vnde assimilat vento: quia sicut ventus eleuat corpora leuia: ita quoqȝ superbia eleuat corda vana. Vñ Job. xj. Uir vanus in superbiaȝ erigitur. Sed notat ꝙ qui vẽto flante ascẽdũt: eo quiescente corruunt: quia superbia vel fortuna blandiente extolluntur ea cessante corruunt ⁊ eliduntur. Job. xxx. Eleuasti me ⁊ quasi super ventũ ponẽs elisisti me valde. Sed quia superbia nõ solũ mentẽ eleuat: sed etiã perturbat: ideo tẽtatio superbie vocatur ventus turbinis: quia sicut vẽtus turbinis obscurat ⁊ turbat aerem: sic supbia mentẽ. Job. iij. Noctẽ illã tenebrosus turbo possideat. Tenebrosus enĩ turbo possidet noctem cum superbie tentatio occupat certaȝ mentem: ⁊ dicitur tenebrosus: quia oculum mentis obscurat. Bernardus de duodecim gradibus humilitatis. Superbia oculum mentis obscurat: ⁊ veritatẽ obũbrat. Turbo aũt dicitur quia turbat superbientes animũ: quia facit ipsum amorũ rancorosum ⁊ inquietum. ps. xlv. Conturbati sunt montes: idest superbi. Sed quia tentatio superbie est quasi diaboli propria: scilȝ quia superbie vitiuȝ a diabolo cepit initium: ideo dicit ꝙ iste ventꝰ veniebat ab aqlone, idest a diabolo superbo: ipse enĩ superbiens dixit Esaie xiiij. Sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis: ascendam super altitudinem nubium ⁊ similis ero altissimo. vñ Hugo de sancto Uictore. Supbia in celo nata est: sed velut immemor qua via inde ceciderit illuc postea redire nõ potuit. Secunda tentatio pertinet ad vitium luxurie: ⁊ ista dicitur nubes magna. Nubes quia rationem offuscat: nam sicut nubes densa offuscat aerem lumen solis intercipiendo: sic concupiscentia carnis offuscat mentem lumen rationis obumbrando. Unde Gregorius nazanzenus dicit ꝙ caro velut nubes quedam grossa se anime obijciens considerare eam diuini luminis modos non sinit. Ezechielis. xxxij. ca. Solem idest rationis lumen nube tegaȝ. Sed ista nubes dicitur magna. Primo ratione generalitatis: quia omni homini inest pugna carnis. Gregorius. In hoc mũdo cum nostris tentationibꝰ nascimur: ⁊ caro aliquando nobis auctrix est in bono opere: aliquãdo seductrix in malo. Item est magna ratione continuitatis. Hieronymus in epistola. Quocunqȝ pergamus nobiscum inimicum: idest carnem portamus: ⁊ ideo eius pugna ineuitabilis est ⁊ cõtinua. Itẽ est magna difficultate. Augustinus in quodam sermõe ait, Inter omnia

certamina xpianorum: dubiosa sunt prelia castrata. Naz ibi continua pugna ⁊ raro est victoria. Tertia tentatio est auaricie. Et ista dr ignis pter insatiabilē ardorem cupiditatis hoīs. Prouer. xxx. Ignis nunꝗ̄ dicit sufficit: sed inuoluens propter implicatiōes qr multe sunt implicationes et inuolutiones hominū auarorū. quia inuoluūt se multis curis multis negocijs ⁊ multis pctīs. Job. vj. Inuolute sunt semite gressuū. F Tertio in fine auctoritatis Job superius allegate ostēdit humane mētis diuisio in dispersiōe: cū dicit. quez turbo di. Naz turbo tentationis diabolice dispgit mentē ⁊ diuidit p varia peccata ⁊ vitia. Num diuersis vitijs hominē tentat vt cor eius in diuersas partes diuidat ⁊ dispergat: ita ꝙ aliquaz partem occupet luxuria aliā supbiā aliam inuidia ⁊ sic de alijs. Et in hoc ē diabolus similis Euilmoradach. de quo legit in babylonica historia: ꝙ mortuo patre timens ne resurgeret ⁊ regnum ei auferret. de consilio doloris cor patris in multas partes diuisit. ⁊ diuersis vulturibus tradidit. Dixerūt em̄ ꝙ pater non resurgeret donec vultures in vnū cōuenirēt Sic diabolus timēs ne hō per penitētiaz resurgat ⁊ regnū celoꝝ acqrat: cor humanū diuidit diuersis vulturibus. i. vitijs dispergit. Abachuc. iij. Maledixisti sceptris eius. capiti bellatoꝝ eius venientibus vt turbo ad dispergendū me. Sceptra diaboli sunt pctā quibus in hoībus dn̄atur. Bellatores eius sunt praue suggestiones quoꝝ caput est diaboli malitia ⁊ fraudulentia: ⁊ hic veniunt ad dispergendū cor hominis tanꝗ̄ turbo scilz cū inuolutione ⁊ impetu. Sed tamen deus illis maledicit quando p auxiliū gratie sue ab eis hoīem defendit ⁊ eripit. Itez nota ꝙ per turbinē tentationū dispergit mens hominis per diuersas cogitationes. Nam a mūdo impellitur ad cogitationes curiosas sicut qn̄ mens incaute vagatur cogitando que ad se non pertinēt vel inutilia ⁊ vana: ⁊ tunc diabolus immittit malam suggestionem q̄ mentem corripit. Dicit enim Ambrosius in hexameron: ꝙ cancer qn̄ videt ꝙ ostrea se aperit vt suscipiat rorem: accipit lapillum paruum ⁊ ponit in apertura conche ipsius vt nō possit se claudere cum velit. et sic immittit os et deuorat carnem eius interiorem. Sic diabolus quando inuenit cor hominis apertum vanis cogitatiōnibus ⁊ inutilibus: immittit lapillū praue suggestionis ⁊ bonam interiorem dispositionem euacuat. A carne autē impellitur mens ad cogitationes libidinosas: vt cuz aliquis immoratur in cogitatione alicuius peccati carnalis cuz delectatione: vn̄ cū talibus cogitationibus nō debet hō ludere: qr cuz in animo ludunt: alij alludunt. A diabolo autē impellitur mens ad cogitationes malitiosas vt quādo ꝯ innocētes molitur fraudes. Sed a deo impellit aīa ad cogitationes gratiosas: vt qn̄ aliquis cogitat quō possit placere deo per contemplationē ⁊ primo p edificationez. Hec varietas ⁊ dispersio cogitationum figurata fuit in idolo siue statua quaz fecit Nabuchodonosor. Danielis. ij. cuius caput erat ex auro: pectus ⁊ brachia de argento: venter ex ere: tibie ferree: pedes de luto. Tūc em̄ mēs est aurea vel argētea qn̄ habet cogitatiōes gratiosas scz qn̄ fulget ⁊ coram deo per contemplationez ⁊ coram primo per conuersationem. Sed tunc est quasi enea quādo habet cogitationes curiosas: eā em̄ sonorum est. Sed tūc est ferrea qn̄ habet cogitationes maliciosas p quas ceteros opprimat. Sed tūc lutea est quando habet cogitationes immundas ⁊ libidinosas. Vn̄ de hac dispersiōe mētis in idolo significata dr Osee. ix. Dispgent excelsa idoli. Excelsa idoli sunt cogitationes cordis humani: que a diuersis impulsionibus diuersimode dispergunt. G

Tertio in themate pro

bū thematis aliter exposuerūt. scz ꝙ mor-
tui nihil nouerūt ampli⁹. i. de cetero eoꝝ
s. q̄ fiūt in vita ista: ʒm illđ ꝑs. lxxiij. Nos
non cognoscet amplius. Qđ q̄dē ʒm natu-
ralē cognitionē verū est. s. ꝙ aīe mortuoꝝ
nesciūt q̄ hic aguntur. Un̄ Job. xiij. Siue
nobiles fuerit filij ejus siue ignobiles non
intelligent. Et ʒm ħ dicit Augu. in libro de
cura p mortuis habēda siue agenda ꝙ ne
sciūt scti eriā mortui q̄d agūt viui ꝛ eoꝝ
filij. Et ponitᵘ hoc in glosa sup illud Esaie
lxiij. Abrahā nesciuit nos. qđ verū est quā
tū ad naturalē cognitionē tm̄. Sed ʒm co
gnitionē beatā quaz habēt scti in cognitio
ne dei dicit Greg. ħ nō esse sentiendū: qz q̄
intus dei claritorē vidēt nullo modo cre-
dēdum est ꝙ sit foris aliq̄d qđ ignorēt. Et
ideo aīe sctoꝝ deuz videntes oīa ꝑsētia q̄
hic aguntur agnoscunt. Sunt em̄ angelis
eq̄les de q̄bus etiam Augu. dicit ꝙ ea que
apud viuos agunᵗ non ignorāt. Un̄ dicūt
q̄daz ꝙ etiā de sctis. Augusti. dicit ꝙ ne-
sciūt eo poti⁹ dubitando q̄ asserendo: ꝛ iō
pmittit illi vt volet accipiat quisq3. Pos-
sunt etiā scire mortui q̄ hinc ad eos acce-
dāt: vel p angelos seu demones vel etiam
spū dei reuelante: sicut Augu. in eodē libro
dicit. Et ideo glosa q̄daz ꝑdictū vbū thema
tis exponit dicēs: ꝙ iō nihil nouerunt am
pli⁹: qz nō ꝑficiūt ampli⁹. Sed si ħ intelli-
gatᵘ de ꝑfectu cognitionis. s. ꝙ non possīt
ꝑficere ampli⁹ in cognoscendo: tūc sequitᵘ
ꝙ mortui nihil possunt intelligere eoꝝ q̄
pri⁹ non intellexerūt: qz sic iā ꝑficerēt in co
gnitione. Sed ħ falsuz est: qz constat ꝙ pe
nas inferni q̄s nūc non cognoscunt tūc co
gnoscent. Et iō sicut dicit sctūs. Tho. i que
stionibus de mortuis dicēdū est ꝙ loquitᵘ
de ꝑfectu meriti. Qđ ptz ex alia glo. q̄ ibi
dicit ꝙ quidā asserūt post mortem crescere
ꝛ decrescere merita. Unđ dz intelligi ꝙ ni
hil ꝑficiūt amplius in cognoscēdo: ita vt
ex ħ sint maioris meriti vel ꝑmij: vel ꝙ le-
pidior cognitio eis debeatᵘ non autē sic ꝙ
nihil pus ignotā postea cognoscāt. Meri
to aūt dānati hāc itā dei merenᵗ vt ꝑuati
sint omni noticia vtili: ex eo ꝙ ipsi deum
creatorem suuz non cognouerunt sicut de
buerāt. Unde in ꝑs. lxxviij. Effunde iram
tuā in gētes que te non nouerunt. D

Tertiū bonū quo pri

uati sunt mortui est augmentū pecunie si
ue diuitiarum: vn̄ dicit ꝙ non habēt vltra
mercedē. Nā q̄diu fuerunt in mūdo de di
uersis opibus suis potuerūt lucrari ꝛ di-
uitias suas augere etiam licite: qz dignus
est operarius mercede sua sicut dn̄s dixit Lu
ce. x. Un̄ Mat. xx. Uoca operarios et redde
illis mercedē. Sed postq̄ mortui sūt nul-
lū tale op⁹ agūt: vn̄ vlteri⁹ cōseq̄rentᵘ mer
cedē. i. lucrum. Un̄ Eze. xvj. Mercedes vl
tra nō dabis. Uel pōt vbū ꝑdictū thema-
tis intelligi de mercede spūali: q̄. s. redditᵘ
a deo hoībus p laborib⁹ ꝛ opib⁹ eoꝝ. ʒm
illud apli. j. Coꝝ. iij. Unusquisq3 propriaz
mercedē accipiet ʒm suū laborē. Un̄ mor-
tui ʒm glosam nō habēt vltra mercedē. qz
scz nō ꝑficiunt in merito vel in ꝑmio. Qđ
quidē post diem iudicij de oībus mortuis
tum de damnatis q̄ de saluatis ab oībus
doctoribus catholicis verum esse conce-
ditur. quia tunc erit vltima consummatio

bonoꝝ ⁊ maloꝝ, ita ꝙ nihil erit vlterius nō dēdū de bono vl' de malo. Vñ et bona volūtas in btīs nō erit meritū. sꝫ p̄miuꝫ. Et sic mala volūtas nō erit ī dānatis demeritū sed pena tm̄. Operatiōes em̄ ꝟtutꝫ sunt p̄cipue in felicitate: ⁊ eoꝝ ꝯtrarie sunt precipue in miseria: vt d̄r. s. Et h̄ Sed añ diē iudicij dixerūt quidā ⁊ btōs mereri et dānatos demereri: sed h̄ non pōt esse nisi respectu p̄mij accidentalis vel pene. Sed aīe possunt augeri vsqꝫ ad diē iudicij. ⁊ h̄ p̄cipue in demonib⁹ vl' angelis bonis: quoꝝ officio aliq̄ trahunt ad saluationē ex quo btōꝝ āgeloꝝ gaudiū crescit: vel ad dānationem ex q̄ crescat pena demonum. Sed de hoībus nō est sic: q̄ ad dānatoꝝ hoīm officiū nō ptinet aliquos ad dānationē pertrahere: sicut ptinet ad officiuꝫ demonum: rōne cui⁹ demerent quātū ad aīam ꝫm penā. Et dato ꝙ postea ex doctrina hereticoꝝ dānatoꝝ multi trahāt ad dānationē Dicūt q̄dā ꝙ totū demeritū sequens pertinet ad p̄mā culpam p̄ntis vite: vñ pōt dici de mortuis illud Sap. ij. Neqꝫ mercedem sperauerūt iusticie. s. aliam essentialiter ꝙ habeāt. s. post mortē nequeūt merita mutari: sic dicit glo. sup Lucā. xvj. Inter nos ⁊ vos chaos magnū firmatū est ⁊c.

Quartū bonū quo mor

tui ostēdunt eē p̄uati est affectus amicitie qr etiā ab his q̄ fuerūt amici ⁊ chari obliuioni tradita est mēoria eoꝝ. Et rō huius est: qr amicitia talium erat ꝓpt' vtile qd̄ ex eo habebāt vel gr̄e sꝑabant. Sꝫ sicut dicit Sen. Amic⁹ q̄ vtilitatꝫ cā assumpt⁹ fuerit sicut carnis amplectit' os ꝙ diu fuerit qd̄ rodat de eo postea dimittit. Sic tal' amicus tādiu durat quātū vtilis ei fuerit. Vñ post mortē qr nō sꝑat ampli⁹ vtilitatē ab eo deficit amicitia ⁊ obliuiscit' eius. Unde p̄s. xxx. Obliuiōi dat⁹ suꝫ tanꝙ mor. a corde. Sꝫ nota drīam inter iustos ⁊ iniquos qr. s. de iustis apd̄ h̄ viuentes remanet memoria laudabilis. Sed de ip̄is si aliq̄ memoria ē: est vitupabil'. ꝫm illud Prouer. x. Memoria iusti cū laudib⁹: nomē impioꝝ putrescet. Itē apud deū iusti sūt in eterna recordatione. ꝫm illd̄. In memoria eterna erūt iusti. s. dei ⁊ beatoꝝ. Sed iniqui sunt apud deū in eterna obliuiōe. ꝫm illd̄ p̄s. lxxxvij. Sicut vulnerati dormi. in se. quoꝝ nō est me. ampli. ipsi de ma. tu. re. sunt. In quib⁹ ꝟbis primo nota ip̄oꝝ afflictionē sꝫ qr sūt sicut vulnerati. Nā in inferno habēt vulnera ī sanabilia pctōꝝ: qr vt d̄r Esa. j. Vulnus. s. luxurie ⁊ liuor auaricie ⁊ plaga tumēs supbie nō est circūligata. sꝫ fascia ꝯtritiōis q̄ restringit a pctō ⁊ astringit saniē culpe: neqꝫ lota oleo pietatꝫ p satisfactionē elemosynarū. neqꝫ curata medicamine. s. ꝯfessiōis. Itē hn̄t vulnera affligētis tormētoꝝ. Gene. xxxiiij. Grauissimus dolor vulneꝝ est. Scd̄o nota ip̄soꝝ hūiliationē: qr dormierūt in sepulcris: h̄ sunt palacia ip̄oꝝ. p̄s. xlviij. Sepulcra eorū dom⁹ eoꝝ. Sꝫ dicit dormiētes: qr iterū excitādi sūt vt resurgāt ī die iudicij: vt sic in corpe peccauerunt: ita ⁊ in corpe dānationē accipiāt p̄s. xl. Nunq̄d q̄ dormit non adijciet vt resurgat. Tertio nota ip̄oꝝ desperationē. Primo quātū ad penaꝫ sensus qr nō est memor. s. de⁹ ampli⁹ eoꝝ. s. vt liberet eos de penis. Et hoc merito: quia ipsi nec in morte fuerūt mēores dei vt penitērēt. ꝫm illd̄ p̄s. vj. Non est in morte q̄ memor sit tui: in inferno aūt q̄s ꝯfitebit' tibi q. d. nō hꝫ ibi locū cōfessio vel pnīa. Item nota desꝑationē quantū ad penā dāni: qr de manu tua repulsi sunt. ꝑ quaꝫ nūꝙ deducent' ad gl'iaꝫ. sicut dicebat p̄s. cxxxviij. Etenī illuc ma. tua dedu. me ⁊ te. me. dex. tua. Repulsi sunt ḡ a te dicēte. Discedite a me maledicti. ⁊ ab illa manu. de qua d̄r. Sap. iij. Iustoꝝ aūt aīe in manu dei sunt Et in p̄s. cxliiij. Apis tu ma. tuā ⁊ iples oē aīal. i. hoīem ob cui⁹ ꝟtutē factū est oē aīal: bn̄dictiōe. s. q̄ dicet Mat. xxv. Venite bn̄dicti p̄ris mei possidere paratū vob regnum. Ad qd̄ nos perducat deus ⁊c.

De loco eternitatꝫ ad quē hō vadit. Ser. iiij.

Bit homo ĩ do

mū eternitatꝫ sue. Eccl's. xij. Vos exeūti de terra sua et eūti ad aliū locū multū expedit scire quāto tp̄e debeat ibi stare. Et hīc ē ꝙ angel⁹ qn̄ mandauit ioseph ꝙ acciperet pueꝝ ⁊ matrē ei⁹ ⁊ fugeret ī egyptū: et īdicauit ei quanto tp̄e deberet ibi stare: dicens Mat. ij. Et esto ibi vsqꝫ dū dicā tibi. Et ꝙuis nō determinauerit sibi tp̄s: qr ip̄e curā ei⁹ gerebat: iō voluit eū stare ad ꝓuidentiā suā. Ī alijs hoīb⁹ ē cōit' necessariū scire ⁊ determiare qn̄ sciri pōt ⁊ rō est: qr ꝫm ꝙ dīu stare pl⁹ vel min⁹: sic op

plus vel min⁹ ꝓuidere de necessarijs sibi. Et ideo Prouer. vij. dr de eo q̄ abijt viā lōgissimā: in die plene lune reuersur⁹. i. quo usqꝫ luna esset plena moiatur⁹: ꝙ sacculū pecunie secū tulit. Multo ergo magis expedit aīe de terra sui corpis ꝑ morte͂ exeūti ꝛ viā lōgissimā. s. ꝓpter distātiā stat⁹ abeūti sacculū pecunie. i. thesaurū bone ꝯscie ꝛ bonoꝝ operū cumulū secū ferre: cum debeat nō ꝑ mēse͂ vel ānū: sꝫ ī regiōe ad quā vadit ī eternū manere: ꝛ inde ad hāc vitā nūqꝫ redire. Et hoc ostēdit in ꝟbo ꝓposito: cū dr. Ibit hō ꝛc. A In quib⁹ quidē verbis tria breuiter describunt.

Nam primo describitur transitus mortalitatis. qꝛ ibit scꝫ moriendo.

Scđo excessus nobilitatis: qꝛ homo q̄ oīa aīalia excedit in nature nobilitate.

Tertio terminus stabilitatis. qꝛ in domum eternitatis sue.

Circa primū aduertēdū

est ꝙ licet mori sit cōe bonis et malis: tn̄ post morte͂ ad aliū locū vadunt iusti: ꝛ ad aliū pctōres. Et rō est: qꝛ ꝯꝫ diuersas q̄litates ꝑdominātes res hn̄t diuersos mot⁹: ꝛ diuersi mot⁹ hn̄t diuersos terminos. Nam ea in q̄b⁹ ꝑdominat leuitas ascēdūt: ea ꝟo in quib⁹ grauitas descendūt. termin⁹ aūt ascēsus est locus sursum: sed descensus est locus deorsum. Sic ergo accidit de aīab⁹ hoim de corporibus post morte͂ egredientib⁹: qꝛ ille q̄ sūt alleuiate siue ꝑ baptismū siue ꝑ pniam perfectā ascēdūt sursū ad celū ꝛ eunt ad vitā eternā. q̄ꝟo sunt grauate pctīs descēdūt inferi⁹ ad infernū ꝛ eūt ad eternū suppliciū. qđ magis euidēter et generalr̄ cōplebit. in die iudicij. vn̄ dr Mat. xxv. Ibunt hi. s. mali in supplicium eternū iusti aūt in vitam eternam. B In quib⁹ quidem verbis agitur de duobus.

Primo de damnatione ipiorum.

Scđo de retributione iustoꝝ. Dānatio aūt ipioꝝ oñdit miserabilis triplici rōne.

Primo rōne recessus vitupabilis: q̄ notat: cū dr. ibūt. s. recedētes a ꝯspectu dei ꝛ ꝯsortio sctōrum tanq̄ vitupabiliter expulsi. s. cum dicet eis xp̄s. Discedite a me maledicti in igne͂ eternū ꝛc. Sed quō poterūt discedere a deo cū ipse sit vbiqꝫ. Dicendū ꝙ sicut aīa ꝯm suā essentiā est in toto corpe tota ꝛ in q̄libet pte ei⁹ ꝯm ꝟo diuersas potentias et act⁹ eoꝝ est in diuersis ptib⁹ corpis qꝛ ꝯm potentias ī snsa ꝛ actu videndi ē tm̄ in oculis: ꝛ ꝯm audiētiā ꝛ actū audit⁹ ē tm̄ ī aurib⁹: ꝛ sic de alijs. Sic de⁹ est q̄dē vbiqꝫ ī toto mūdo ꝛ ꝑ suā essentiā ꝛ p̄sentiā ꝛ et potentiā: ꝯm tn̄ aliq̄s effect⁹ determinatos dr esse in determinatis locis: sꝫ magis congruentib⁹ illis effectib⁹: sicut ꝑ actū glificatiōis dr esse in celo siue sup celos. ꝯm illud ps. cxij. sup celos glīa ei⁹: ꝛ xviij. celi enarrant gliā dei. Scđꝫ ꝟo actū vltime ꝛ eterne punitiōis iusticie dr eē in iferno: Et ꝯm h° dānati lꝫ sint sepati a deo glificāte: nō tn̄ pn̄t discedere a deo iuste ꝛ eternalr̄ puniente. Et rō ignis iferni dr eē instrm̄ diuine iusticie. Vn̄ licꝫ ex natura sua ignis non habeat ꝙ possit affliger spm̄: hꝫ tn̄ ex ꝟtute dei cuius est instrm̄. sicut dolabra non ex ꝟtute forme sue sꝫ artificis hꝫ ꝙ faciat scānū. Oꝛ igit diuine iusticie ꝛ ꝟtutis nō pn̄t effugere p̄sentiā dicebat ps. deo. cxxxviij. Quo ibo a spū tuo ꝛ q̄ fa. tua fugiā. Si ascendero in celū tu illic es ꝛc. Scđo oñditur miserabilis ꝯditio impioꝝ rōne reat⁹ inexpiabilis cū q̄ recesserūt hi. s. q̄ nō fuerūt ī vita ista purgati a pctīs ꝑ eccl'ie sacra: quoꝝ reat⁹ post vitā istā nō pōt expiari: sicut nec macule vitioꝝ q̄b⁹ fuerūt maculati: siue maculati fuerint vitio gule: siue supbie siue auaritie siue accidie siue ire siue luxurie siue inuidie. Vn̄ de ipsis dr ī epl'a iude. Hi sunt ī epulis suis macule cōuiuātes sine timore semetipos pascētes: nubes sine aq̄ q̄ a vētis circūferūt: arbores autūnales ifructuose bis mortue eradicate: fruct⁹ feri maris dispumātes suas ꝯfusiōes: sydera errantia q̄b⁹ ꝓcella tenebraꝝ reseruata est. In hac em̄ auctoritate ipij dānati. pmo ostēdunt fuisse maculati vitio gule: cū dr. Hi sunt in epul' suis. s. gule vltra modū studētes: macule ꝯuiuātes. i. ī ꝯuiuijs suis se ꝛ alios maculātes sine tiore dei ꝛ maioꝝ: semetipsos pascētes. nō pauperes xp̄i. Scđo oñdunt fuisse elati vitio supbie. cū subdit nubes. s. supbi ī altitudine͂ extollētia ꝑ appetitum tēdētes. sicut vapores nubiū eleuāt: sꝫ parū durāt ꝛ dispgūt a vēto. Lu. s. Dispsit supbos sine aq̄ gre: qꝛ supbis deus resistit et hūilib⁹ dat graꝫ. Jac. iiij. q̄ a vēto vanitatis circūferūt stabilitate͂ nō hn̄tes. Tertio oñdunt ifructuosi fuisse ꝑ vitiū accidie: sic arbores autūnales. s. carētes hūore deuotiōis ꝛ gre: sic eī arbores ī autūno ifructuose sūt sibi ꝛ alijs: qꝛ nō faciūt fruct⁹ nisi fo ꝛ

te malos: bis mortue q̃ ĩ ramis ꝛ ĩ radice
idest in volũtate ꝛ ope: Quarto ostẽdit ꝙ
fuerunt feruidi per vitium ire sicut fluct⁹
feri maris. s. crudeliter ꝛ amare alios ꝑcu
tiẽtes ꝛ inq̃etãtes. Quinto oñdit ꝙ fuerãt
ĩmũdi ꝑ luxuriã: q: dispumantes suas ꝯfu
siões. i. ĩ spuma luxurie suã ꝯfusionez osten
dẽtes. Sexto oñdit ꝙ fuerũt ꝑuersi ꝑ inui
diã: q: sydera errãtiu q̃b⁹ claritas ꝓsperita
tis aliene vertit in errorez affect⁹: q: odiũt
q̃d deberẽt amare. s. donũ ꝓximi et dolent
vñ deberent gaudere. s. de alioꝝ felicitate.
Septimo ostendit ꝙ fuerũt tenebrosi pro
pter vitiũ auaritie. Naz sicut dicit Chryso.
Tenebra aĩe est diuitiarũ cupido. et iõ eis
ꝓcella tenebraꝝ reseruata. ẽ: ꝓcella ꝓpter
inq̃etudinẽ mẽtis: et tenebra ꝓpter amorẽ
terrenoꝝ. sicut terra ĩterposita inter nos et
solez causat tenebras noctis. Tertio oñdi
tur miserabilis ꝯditio ĩpioꝝ rõne cruciat⁹
ĩterminabilis: q: in suppliciũ eternũ. vbi
notãdũ ꝙ suppliciũ lꝫ oĩm dãnatoꝝ sit eq̃
le quãtũ ad extẽsionẽ. q: oĩz suppliciũ erit
eternũ. tñ nõ erit eq̃le quãtũ ad intẽsionez
q: q̃ plura vel maiora cõmiserãt crimĩa pa
tient acriora supplicia. Sicut illi q̃ direc
te peccãt ĩ deũ ꝛ sic illi q̃ blasphemãt seu cõ
tẽnãt xp̃z ꝛ quãtũ ad diuĩitatẽ ꝛ quãtũ ad
hũanitatẽ. ꝛ q̃ peccãt ꝯ spm̃sctm̃. habebũt
deteriora supplicia ꝙ illi qui directe pec
cãt ĩ ꝓximũ. Vñ Heb. x. Quãto magis pu
tatis deteriora mereri supplicia q̃ filiũ dei
ꝯculcauerit ꝛ sanguinẽ testi polutum dire
rit ĩ q̃ sctificat⁹ ẽ: ꝛ spũi grẽ ꝯtumeliã fece
rit. durnuõe tñ oĩm suppliciũ erit eternuz
vñ. ij. Thes. j. Penos dabũt ĩ iteritu etnas
¶ Et si tu forte dicas quõ hoc ptĩet ad iu
sticiã dei. vt ꝑ pctõ tpali ꝛ finito penã ĩfe
rat infinitã ꝛ eternã. Dicẽdũ ẽ ad hoc ꝙ h̃
nõ est ꝯ rõnẽ diuine iusticie ꝙ aliq̃s penã
ꝑpetuã patiat. q: nec ẽm leges hũanas h̃
exigit vt pena cõmẽsuret culpe in tpe. Nã
ꝑ pctõ adulterij vl' homicidij q̃d ĩ tpe bre
ui cõmittit. lex hũana infert q̃nq̃z ꝑpetuũ
exiliũ aut etiã mortẽ ꝑ q̃ aliq̃s in. ꝑpetuã
a ꝯsortio ciuitatꝫ excludit. Et ꝙ exiliũ nõ ĩ
ꝑpetuũ dat hoĩ ꝑ accidẽs ꝯtingit q: vita
hoĩs nõ est ꝑpetua. sꝫ intẽtio iudicis ad h̃
esse videt. vt euz sicut põt ꝑpetuo puniat.
Vñ etiam nõ est iniustũ si ꝑ momẽtaneo
pctõ ꝛ tpali de⁹ penã eternã ĩferat. Sic ẽt
ꝯsiderãdũ ꝙ pctõri pena eterna ĩfert q̃ de
pctõ non ptĩitet ꝛ sic in ipso ꝑdurat vsq̃z
ad mortem: ꝛ quia in suo eterno peccauit
rationabiliter a deo in eternum punitur.
Habet etiam quodlibet peccatum in deuz
commissum quondam infinitatem ex par
te dei cõtra quẽ cõmittit malũ. Quia quã
to maior ẽ ꝯ quẽ peccat tãto pctm̃ est gra
ui⁹. sicut q̃ dat alapã eq̃ti aurato graui⁹ re
putat ꝙ qui daret rustico: ꝛ adhuc multo
graui⁹ si principi vel regi. Et sic cuz de⁹ sit
infinite magn⁹: offensa ꝯ ipm̃ cõmissa est
quodãmõ infinita. vñ ꝛ aliq̃liter ei peno ĩ
finita debet: nõ aũt põt esse pena infinita
intẽsiue: q: nihil creatũ sic ĩfinitũ esse põt.
Vñ relinquit ꝙ pctõ mortali debet pena
infinita duratiõe. Itẽ in eo q̃ corrigi potest
pena tpalis ĩfert ad ei⁹ correctionẽ vl' pur
gationẽ. Si igit aliq̃s a pctõ corrigi non
põt peno tpali. sꝫ voluntas ei⁹ obstinore
firma est in pctõ sicut est in dãnatis eius
pena terminari nõ dꝫ. vñ claret iusticia dei
eterna in eterna dãnatoꝝ pena: ꝛ sic imple
tur illud ps. cxviij. Justicia tua iusticia in
eternũ. ¶ Tertio in auctoritate allegata
agit de iustoꝝ retributione: cum dr̃. iusti
aũt in vitã eternã. sup. ibũt. Siq̃dẽ vltima
retributio iustoꝝ ꝯsistit in visiõe dei q̃ est
ꝑfecta ei⁹ cognitio. Vñ Aug. dicit ꝙ visio
est tota merces. Et hec visio est rãte ꝟtutis
ꝙ a vidẽte excludit oẽ nociuũ. Cui⁹ figura
hr̃ Nu. xxj. in serpẽte eneo: quẽ aspicientes
ab oĩ nocumẽto serpẽtũ liberi efficiebant
Itẽ est tãte ꝟtutis ꝙ implet aẽ desideriũ
Cuius figura hr̃. iiij. Reg. ij. in helisco cui
helias dixit. Si videris q̃ñ tollar a te erit
q̃d petisti. Vñ si visio helie dedit helisco
q̃d appetiuit et petiuit. multomagis visio
dei impledit appetitum videntis. Visio
autem illa siue cognitio dei est idem quod
vita eterna. ẽm illud Joh. xvij. Hec ẽ vita
eterna et cognoscãt te solũ verũ deuz. Et h̃
solum iustis reddit ꝑ mercede. ideo dicit
Sap. v. Justi autem in perpetuũ viuent:
ꝛ apud dñm est merces eorum. ¶

Secũdo in auctoritate

principali ponitur excessus nobilitatis:
cum subditur homo. quo homo oĩa ani
malia et naturalia ĩ natura nobilitate trã
scendit. Et hoc pꝫ q: tanto creatura est no
bilior quanto est deo creatori similior: sed
hõ inter oĩa aĩalia et naturalia magis est
silis deo. vñ magis representat in se simi
litudinẽ sancte trinitatis. s. patris ꝛ filij. ꝛ

spūsscti. Dicit enī Adam⁹: φ hō est aīal intellectuale arbitrio liberū: ⁊ pceptoriuuz. Jnquātū ẽ est aīal itellectuale. hz silitudinē filij: q̄ est v̄bū intellect⁹ diuini. Jnquātū v̄o est arbitrio liber: hz silitudinem spiritussctī qꝛ sicut dicit apl's. ij. Cor. iij. Ubi spūs dn̄i: ibi libertas. Jnquātū v̄o est pceptatiuū: hz silitudinē pr̄is cui appropriatur potētia. Un̄ Gen. j. dr: φ creauit deus hoiem ad imaginē ⁊ silitudinē suā: qd̄ de nullo alioꝝ aīaliū dr. Sed m̄lti miseri ingrati deo de tāto nobilitatꝫ honore. hanc dei silitudinē depiauāt. Nā nobilitatez intellect⁹ depiauāt per prauas cogitatiōes: nobilitatē liberi arbitrij depiauāt per indebitas electiōes p̄eligēdo mala bonis. sed nobilitatē potestatis ⁊ dignitatis depiauāt p illicitas opatiōes. Et de hm̄oi hoīe dr in ps̄. xlviij. Hō cum in honore esset nō intellexit cōparatus est iumētio inspientibus ⁊ similis factus est illis. F

Tertio ponitur ī aucto

ritate p̄ncipali termin⁹ stabilitatis: qꝛ in domū eternitatꝫ sue. Est enī duplex dom⁹ hoīs post mortē. Una ad recipiēdū corp⁹ ⁊ ista est sepulcrū. ⁊ dr esse dom⁹ eterna sine eternitatꝫ. scḋm illū p̄s. xlviij. Sepulcra eoꝝ dom⁹ illoꝝ in eternū. Qd̄ pōt intelligi esse dictū vel scḋm errorē gētiliū seu saduceoꝝ. qui negauerūt esse futuram resurrectionem corpoꝝ. ⁊ sic semp in sepulcris manebūt. vel dr ꝓpter illos q̄ ad ꝑpetuandū nomen suū faciunt fieri sepulcra sumptuosa ⁊ lapidea. ac si deberet esse domus eoꝝ in eternū. Sꝫ tn̄ nec corp⁹ de h̄ aliqd̄ cōmodū sentit: ⁊ aīa manet ī inferni supplicijs. Un̄ de tali dr Esa. xxij. Quid tu hic aut q̄si qs hic: qꝛ excidisti tibi h̄ sepulcruz excidisti in excelso memoriale: diligenter in petra tabernaculū tibi. Ecce dn̄s asportari te faciet sicut aportaᵗ gallus gallinaceus. Alia dom⁹ est ad recipiēdū aīam: de qua apl's dicit. ij. Cor. v. Scim⁹ aūt qm̄ si terrestris dom⁹ nostra huius habitationis dissoluaᵗ: φ edificationē ex deo habemus domū nō manufactā: sꝫ eternā in celis. Ubi facit mentionē de duab⁹ habitationib⁹ aīe que habēt cōditiones oppositas. Una est terrestris ⁊ ruinosa: de qua dicit: si terrestris domus nr̄a dissoluaᵗ. Alia est celestis ⁊ ꝑpetua: de qua subdiᵗ: φ edificatiōnē ex deo habem⁹ ⁊c. De prima describit primo ei⁹ vilitatem: qꝛ terrestris est scꝫ vel qꝛ de terra facta: vel qꝛ ꝓclivis ad terrā. Job. iiij. Qui habitāt domos luteas et terrenū hn̄t fundamētū. Scḋo ei⁹ incōmoditatē scꝫ ex inq̄etudine: qꝛ hui⁹ habitatiōis vbi semp inq̄etaᵗ aīa: caro enī concupiscit aduersus spm̄. et in. p̄s. cxix. dicit aīa. Habitaui cū habitantib⁹ cedar. cedar enī iterp̄taᵗ meror: qꝛ pugna carnis ꝯtra spm̄ est ei cā merोris ⁊ doloris. Et iō dr. ij. Cor. v. Jngemiscim⁹ habitationē nostrā. Tertio ondit ei⁹ corruptibilitatē: cū dicit dissoluaᵗ. s. p mortē: quā dissolutionez sctī viri valde appetūt vt ad meliorē veniant habitationē: sicut hō vult φ destruaᵗ dom⁹ antiq̄ ⁊ vetusta vt edificeᵗ noua ⁊ pulchra vn̄ apl's Phil. j. Desideriū hn̄s dissolui ⁊ esse cū xp̄o. Sic ẽ dom⁹ corpis nr̄i hꝫ vilitatē in igressu: incōmoditatē in ꝓgressu: ⁊ corruptiuitatē in egressu. Scḋa habitatio aīe est celestis ⁊ ꝑpetua: de q̄ subdiᵗ edifi. habi. ⁊c. Ubi ponuntur tres cōditiones opposite p̄me habitationi. Naꝫ cōtra vilitatē poniᵗ ei⁹ nobilitatē: qꝛ habemus scꝫ nūc ī spe postea in reedificationē. i. mānsionē edificatā ex deo opifice: nō enī hūani labores sufficerēt ad eā edificādaꝫ. p̄s. cxxvj. Nisi dn̄s edifica. do. in. va. la. q̄ edi. eā. Scḋo ꝯtra corruptiuitatē ponit ei⁹ ꝑpetuitatē: qꝛ domū nō manu. i. nō ope humano factā: sed eternā. i. ꝑpetuā sine fine duraturam. Sed aduerte q̄lis est dom⁹ celestis qꝛ est alta localitate. Esa. ij. Erit domus dn̄i mōs in v̄tice mōtiū. Per istum mōtē pōt itelligi loc⁹ celestis glīe. s. celum empyreū qd̄ est sup oēs celos: de q̄ in p̄s. xxiij. Quis ascendet in mōtē dn̄i aut quis stabit in loco sctō ei⁹? Et subdiᵗ. Jnnocēs manib⁹ ⁊ mundo corde ⁊c. Uel iste mons dn̄i est xp̄s. in cui⁹ diuinitatꝫ ⁊ hūanitatis visiōe fundata est btītudo sctōꝝ: ⁊ ip̄e est in v̄tice mōtiū. i. angelis ⁊ hoīb⁹ presidēs G Jtē est ampla spaciositate capiēs sine angustia oēs āgelos ⁊ hoīes btōs. Baruch. iij. O israel φ magna est domus dei: ⁊ ingēs loc⁹ possessionis ei⁹. Est etiā distincta mānsionū varietate. Joh. xiiij. Jn domo patris mei mānsiones multe sunt. Jste mānsiones sunt diuersi grad⁹ btītudinis sctōꝝ. vn̄ sic ī vna domo sūt diuerse mānsiōes: ita in vna btītudīe sunt diuersi gradus: ⁊ isti grad⁹ attēduntᵗ scḋm grad⁹ ꝑfectionis ī operādo. Nā ꝑfectio opatiōis in qua btītudo

consistit ex duob⁹ pensat̄. s. ex pte opantis ⁊ ex pte obiecti. Obiectū autē opatio nisi in qua btitudo cōsistit est oīno vnū ⁊ idem scz diuīa essētia: ex cui⁹ visiōe oēs erūt btī. Vñ ex hac pte nō erit aliq̄s grad⁹ in btitudine: sz ex pte operantiū opatio btitudīs nō erit eodē mō pfecto: qr bm q̄ habitus pficiēs ad opationē pdictā: scz lumen glīe erit pfectior ī vno q̄ in alio. bm h opatio erit perfectior ⁊ delectatio maior. Et sicut ex ista pte erunt diuersi grad⁹ q̄ dicunt diuerse mansiōes in eadē domo: vt sic vnitas dom⁹ rñdeat veritati beatitudinis q̄ est ex pte obiecti: ⁊ pluralitas mansionū respondeat differētie q̄ est in btitudine ex parte btōꝝ. Sic etiaz videm⁹ in naturalibus q̄ est idē loc⁹ sursuz ad quē tēdunt oīa leuia sz vnūquodq̄ ptinet ꝓpinqui⁹ bm q̄ est leui⁹: ⁊ ita habēt diuersas mōsiōes bm differētiā leuitatis. Itē illa dom⁹ celestis est plena bonoꝝ copiositate ps. cxi. Glīa ⁊ diuitie in domo ei⁹. Sed ad istā gloriaz non admittūtur supbi. ps. c. Non habitabit in medio do. mee qui fa. sup. Vñ solū hūiles ibi erūt. bm illud Iob. xxij. Qui hūiliatus fuerit erit in glīa. Ad illas aūt eternas diuitias nō admittit aliquis auarus qr auari regnū dei nō possidebūt. Itē nec piger aut ociosus: sed solum fortis ⁊ operosus. Prouer. x. Manus fortiū diuitias parat. Tertio ꝯtra incōmoditatem inq̄etudinis ponit loci trāquillitatē: qr in celis: vbi est q̄es pfecta ⁊ tranq̄llitas eterna: et iō celū empyreū in q̄ sunt btī est celū oīno imobile: vt sit cōforme eis q̄ sūt in oīmodo q̄ete ex eo q̄ nō est ibi aliq̄d impediēs aut perturbās aut repugnans. Vñ Augu. O vita vita dulcis ⁊ amabilis ⁊ semper memorabilis. vbi nō est hostis īpugnās. vbi nulla illecebra: sz summa ⁊ certa securitas: secura tranq̄llitas: trāquilla iocūditas: ⁊ iocūda tui visio atq̄ laudatio de⁹. Propterea dr̄ Esa. xxxij. Sedebit ppl's me⁹ in pulchritudine pacis: in tabernaculis fiducie: et in requie opulenta. Ad quā nos ⁊c.

¶ De gratie ⁊ cura mortuis impendenda Sermo. v.

Mortuo nō prohibeas gratiaz. Eccli. vij. Quāto aliq̄s est in maiori indigentia: tāto est maior crudelitas negare vel ꝓhibere ei subuētionē. Et rō est sicut crudelitas venit defectu ignis siue caloris: ita crudelitas ex defectu amoris. Sed maxime ostēditur defect⁹ amoris ⁊ charitatis qñ non compatit neq̄ subuenit indigenti. bm illud. j. Ioh. iij. Qui viderit fratrem suū necessitatez habere ⁊ clauserit viscera sua ab eo: quō charitas dei in eo manet? Et ideo crudelitatis indiciū est nō subuenire indigenti: ⁊ maior crudelitas est ꝓhibere subuētionez: ⁊ maxima crudelitas est si istud fiat maxie indigēti. Mortui autez sunt maxime indigentes: qr iuuare se non possunt per seipsos neq̄ in sua indigentia sibimet subuenire. Ne ergo circa mortuuz crudelis sit hō viuens: admonetur in verbo ꝓposito: cum dr̄. mortuo ⁊c. A

In quib⁹ quidē vbis continentur tria:

Nam primo presupponitur necessitas scz in homine mortuo.

Scdo dissuadetur crudelitas scz homini viuo: cū subditur. nō ꝓhibeas.

Tertio psuadet pietas scz in grē suffragio: in eo qd̄ dicit gratiam.

Circa primū aduertēdū est q̄ quādo hō mortuus est hbz duplicē indigētiā siue necessitatē. Vnā quantū ad carnē mortuā. Aliam quantū ad aīam separatā. Quantū quidē ad carnez mortuoꝝ est necessaria sepultura: qr nō dicunt hūana corpa remanere inhumata: sicut corpa brutoꝝ: sed pie sepeliēda sunt. Vñ dr̄ Tobie. iiij. Cū acceperit deus animaz meā corpus meū sepeli. Et debet sepultura corporibus mortuis triplici rōne. Primo ꝓpter exercitiū. Nam sepelire mortuos inter pietatis opa cōputat. de quo ⁊ Tobias laudat Tob. j. vbi dr̄. Esurientes alebat nudisq̄ vestimēto pbebat: ⁊ mortuis atq̄ occisis sepulturam sollicit⁹ exhibebat. Et hec exhibitio sepulture erat opus deo tā gratū q̄ reddebat ei orōnes acceptas: sicut dr̄ Tobie. xij. q̄ dixit angelus ei. Qñ orabas cū lachrymis: ⁊ sepeliebas mortuos: ⁊ derelinquebas prādiū tuū: ⁊ mortuos abscōdebas p diē in domo tua ⁊ nocte sepeliebas: eos ego obtuli orōnē tuā dño. Scdo debetur sepultura corpori mortuo ꝓpter testimonium vtutis morientiū: sicut ecōtra dictū fuit viro dei q̄ nō obediuit domino. iij. Reg. xiij. Nō inferet cadauer tuū in sepulchrum patrū tuoꝝ. Propter qd̄ de rege

ioas qui verbis dñi obediēs fuit in ꝑncipio sed non in fine dicitur .ij. Paral. xxiiij. Mortuus est ioas ⁊ sepelierunt eum in ciuitate dauid sed nõ ĩ sepulcro regũ. Quia enĩ benefecerat in principio sepultus est. sed qꝛ male cõsummauerat sepulturã nõ habuit in sepulcris regũ. Et de iosia rege iusto ⁊ sctõ dicit̃ .ij. Paral. xxxv. Mortuꝰ est iosias ⁊ sepultꝰ est in mausoleo patruꝫ suoꝝ. Tertio debet̃ sepultura corporibus defunctoꝝ ꝓpter articulũ resurrectionis cꝑoꝝ. Propter qđ ⁊ patriarche mãdauert̃ sua corpora sepeliri in terrã ꝓmissionis. sicut ptꝫ Gen̄. l. vbi ioseph dixit. Pater meꝰ adiurauit me dicēs. En morior ĩ sepulcro meo qđ fodi mihi in terram chanaam sepelies me. vñ Aug. dicit ĩ lib. de. ci. dei. Antiquoꝝ iustoꝝ funera officiosa pietate curata sunt: ⁊ exeq̄ celebrate. ⁊ sepulcra ꝓuisa ipsiq̃ꝫ dũ viuerēt de sepeliēdis ⁊ trãsferendis suis corꝑibꝰ filijs mãdauerũt. Et sicut etiã ip̃e Aug. dicit in li. de cura ꝓ mortuis agenda. Hec fecerũt ad resurrectionē mortuoꝝ astruēdã: cuiꝰ fidē in hoc astruebant ꝙ curã se habere ostēdebãt de carnis mortue sepultura. Vñ dr̃ Heb. xi. Fide ioseph moriēs de ꝓfectiõe filioꝝ israel memoratꝰ ē: ⁊ de ossibꝰ suis mãdauit. Et ĩ signũ etiã huiꝰ dr̃ Eccli. xlix. ꝙ ossa ipsiꝰ visitata sunt ⁊ post mortē ꝓphetauert̃. Et de helizeo dr̃ Eccli. xlij. ꝙ mortuũ ꝓphetauit corpꝰ eiꝰ. Qđ quidē dr̃: q̄a sicut narrat historia .iiij. Regũ. xiij. Qñ cadauer cuiusdã mortui sepultũ est ⁊ tetigit ossa helisei a mortuis resurrexit. Alia necessitas hoĩs mortui est quoad aĩam separatã. Nã quedã aĩe separate a corꝑibꝰ recepte sunt ĩ celo: ⁊ iste nõ indigēt adiuuari: qꝛ ibi nulla ē indigentia vel defectꝰ: qꝛ taliũ mortuoꝝ aĩe. s. iustorũ sunt in plena btĩtudine: q̄ oēs indigētiã excludit. vñ Apoc. xiiij. Btĩ mortui q̄ in dño moriunt̃. Quorũdã ṽo aĩe recipiunt̃ in inferno: sicut dr̃ Luce. xvj. de diuite epulone scꝫ ꝙ mortuꝰ ē diues ⁊ sepultꝰ ē ĩ inferno idest positꝰ in ꝓfunditate penarũ. Isti ꝗ̃ ĩdigēt: sꝫ tñ nõ pñt iuuari: sicut de p̄dicto diuite ptꝫ: q̄ non potuit impetrare guttam aq̄ ad refrigeriũ gehēne: qꝛ in inferno nulla est redēptio. Quorũdã ṽo defunctorum aĩe siue ꝓ venialibꝰ siue qꝛ hic nõ plene de pctĩs suis satisfecerãt nec cõpleuerunt penitētiã debitã: recipiunt̃ ĩ purgatorio vbi ĩ pena lꝫ nõ eterna: tñ valde afflictiua purgãtur: qꝛ illa pena sicut Aug. dicit excedit oēm penã istiꝰ vite p̄ntis. Et iõ tales mortui multũ ĩdigēt adiuuari vt exeãt de illa pena. et. pñt tales a nobis adiuuari dupliciter. Primo per ꝓcamina intercessionis. Scđo ꝑ suffragia satisfactiõis. Et rõ huiꝰ est: qꝛ suffragia viuoꝝ ꝓsunt defunctis sꝫ ꝙ intētio viuētiũ refert̃ in mortuos: ⁊ sm̃ ꝙ ipsi mortui vniunt̃ viuētibꝰ in charitate. Et sic põt vnꝰ ꝓ alio satisfacere: sic vnũ mēbrũ ꝓ alio dũ sunt ĩ vnitate corꝑis. Sꝫ ex ꝑte intētiõis directe ĩ mortuos p̄cipue valēt orones ⁊ p̄ces ꝓ eis facte. Quia orõ sm̃ suã rõnē nõ solum dicit respectum ad orãtē. sꝫ directiꝰ ad illũ ꝓ q̄ orat̃. Et iõ dr̃ ij. Mach. xij. ꝙ sctã ⁊ salubris ē cogitatio ꝓ defunctis exorare vt a pctĩs soluantur. Sed sm̃ vnionē charitatis qua illi q̄ sunt in purgatorio q̄ cũ charitate decesserãt adhuc sunt ꝯiũcti nobis: valent ad satisfaciēdũ ꝓ eis opa charitatis. Vñ qꝛ sacramētũ eucharistie p̄cipue ad charitatē ꝑtinet: cũ sit sacramētũ ecclĩastice vnionis cõtinens illũ in quo tota ecclĩa vnitur ⁊ solidat̃ scꝫ xp̃m: ideo qꝛ eucharistia q̄ celebrat̃ ⁊ offertur in missa est q̄si quedã charitatis origo p̄cipue valet defũctis. Et qꝛ etiã elemosyna ē p̄cipuꝰ charitatis effectꝰ post eucharistie oblationē p̄cipue suffragat̃ defunctis: ⁊ ꝯsequēter oĩa alia charitatis opa que ꝓ eis fiũt siue ieiunia siue oblatiões siue q̄cũq̄ꝫ alia: eis ꝓsũt. Propterea .ij. Mach. xij. dr̃ de iuda macabeo. ꝙ duodecim milia drachmas argenti misit hierosolymam offerre eas ibi ꝓ pctĩs mortuoꝝ. B

Secũdo dissuadetur

crudelitas hoĩ viuo: cũ dicit̃. nõ ꝓhibeas. Ubi aduertendum est ꝙ si crudele est non benefacere indigēti quãdo hõ põt: multo crudelius est prohibere vel impedire benefacere volētem. Et ideo dr̃ Prouer. iij. Noli ꝓhibere benefacere eum q̄ põt: sed si potes ⁊ ip̃e benefac. In quibꝰ q̄dē verbis si referant̃ ad bñficiētiã q̄ dꝫ exhiberi defunctis duo salomon facit: qꝛ primo dissuadet crudelitatē: cũ dicit. noli ꝓhibere benefacē q̄ po. Scđo ꝑsuadet pietatē: cũ addit sed si potes ⁊ ip̃e bñfac. Circa primum aduertēdũ est ꝙ illi q̄ ĩpediũt elemosynas dĩ missas ꝓ aĩa defuncti vt nõ dent̃: ⁊ q̄ ĩpediũt executionē testamēti ab hmõi legati vel restitutiõibꝰ fiēdis ꝓ aĩa defuncti: illi

sunt q̄ phibent bn̄facere ipi defunto eū q̄
pōt τ dʒ deiure. Sʒ querit qn̄ talea elemo
syne negligunt vel īpediunt q̄s ipe defun
ctus fieri mandauit dū viuebat. an ip̄e de
functus ex hoc patiat̄ aliqd̄ detrimentuʒ.
Ad qd̄ dicēdū ꝙ quantū ad meritū elemo
syne nullū detrimentū patitur defunctus
ex retardatione vel impeditione taliuʒ ele
mosynarum. maxime si quantū in ipo fuit
causam adhibuit vt hmōi elemosyne cito
darētur. Quia meritū principaliter ex vo
lūtate τ intētione depēdet. τ iō ꝙ cito mo
riēs disponit aliq̄ suffragia sibi fieri p̄miū
suffragiorꝫ plene ꝯsequit̄ ante etiā ꝙ̄ fiāt
Sʒ quātū ad effectū elemosyne defunctus
patit̄ detrimētū si elemosyne nō fiāt vel re
tardēt̄: nō q̄dē vt p huiꝰ tardiate puniat̄
sed qꝛ remediū nō adhibet̄ dū suffragia re
tardant̄ vel nō fiūt q̄bꝰ plurimū iuuaret̄.
Et si piusq̄ꝫ fiāt cōtingat eū a pena libera
ri: quātū ad h̄ priuabit̄ suffragiorꝫ fructu:
qd̄ redūdabit ad illos quoꝛuʒ culpa defrau
datus fuit. Nō em̄ est incōueniēs ꝙ aliq̄s
fraudet̄ per culpā alteriꝰ i tp̄alibus: pena
aūt purgatorij tp̄alis est: ꝙuis ad eternaʒ
retributionē nullꝰ defraudari possit: nisi p
ꝓpriā culpā. Patʒ igit̄ ꝙ tales q̄ phibēt vl̄
impediūt bn̄facere defūctis: non h̄nt in se
sp̄m sapiētie: sʒ sp̄m insipiētie τ erroris: qꝛ
de sp̄ū sapiētie dr̄ Sap. vij. ꝙ est amās bo
nū acrū τ nihil vetat benefacere. Scd̄o in
aucte allegato ꝑsuadet̄ pietas subueniēdi
defunctis: cū dr̄. si potes τ ip̄e bn̄fac. Et di
cit si potes: qꝛ nō oīmodo pōt q̄libʒ defun
ctis bn̄facere: sʒ eo mō q̄ pōt dʒ q̄liber sub
uenire p̄cipue choris suis defūctis. Thob.
iiij. Quō potueris ita esto misericors. Naʒ
q̄ nō pōt celebrare missam p eis: faciat ele
mosynas: τ si non pt̄ elemosynas dare, fa ci
at p eis orōnes vel alia pia opa q̄ pōt. Et
si hō fuit sollicitus seruire amico suo hic vi
uenti: multo magis dʒ sollicitari vt subue
niat ei defuncto: cum magis indigeat. Vn̄
Eccli. xiiij. Benefac amico tuo. Et ideo exi
stens in purgatorij pena affectuose τ dolē
ter amicos viuētes req̄rit dicens Job. xix.
Miseremini mei miseremini mei. τc. C

Tertio etiā in auctori

tate principali ad pietatē inuitamur: vt. s.
hoi defuncto suffragiorꝫ grāꝫ non impedia
mus: sʒ impedamus: τ ideo nosat gratiaʒ.
Rō aūt huiꝰ est; qꝛ nos videmꝰ in corpe ꝙ
vnū membrum gratis seruit alteri dum ē
vniū corpori: sicut oculus seruit pedi ip̄m
dirigendo: τ manus ori cibum porrigēdo
τ os stomacho ei cibum preparando. Sed
oēs qui sunt in purgatorio sunt in charita
te: per quā membra ecclesie adinuicē vniū
tur τ nondū peruenerūt ad terminū τ vlti
mū finē suū qui est beatitudo ecclesie triū
phātis: τ ideo adhuc cēsentur vt membra
eccl'ie militātis: τ ideo a fidelibꝰ viuētibꝰ
q̄ sunt huiꝰ eccl'ie membra recipe pn̄t τ de
bēt grāꝫ subuētiōis sicut poterāt τ debebāt
etiā h̄ viuētes. Cuiꝰ figura habet̄ Ruth. ij
vbi noemi dixit de booʒ. Bn̄dictꝰ sit a dn̄o
qm̄ eandē grām quam prebuerat viuis ser
uauit τ mortuis. In quibus q̄dem verbis
duo facit. Quia primo imprecat̄ p̄miū: cū
dicit. benedictus sit a dn̄o. Scd̄o cōmēdat
suffragiū: cū subdit. qm̄ eandem grām τc.

Circa primū notādū ꝙ misericordibꝰ de
bet̄ p p̄mio diuina bn̄dictio: sicut patʒ Mat.
xxv. vbi xp̄s dicet in iudicio. Venite bn̄di
cti patris mei τc. Esuriui em̄ τ dedistis mi
hi manducare: τ alia mīe opa enumerātur
ibi. Et ideo in ps. xxxvj. Tota die miseret̄ τ
cō. τ semē. il. i bene. erit Sed mīa est mor
tuis subuenire q̄ sunt in pena maxima τ se
iuuare non pn̄t: τ ideo q̄ eis subuenit erit
a deo bn̄dictꝰ. Nā si ille bn̄dicit̄ a deo q̄ est
pius i mortuū corpꝰ sepeliēdo: sicut dauid
dixit viris iabes galaad. ij. Reg. ij. Benedi
cti vos a dn̄o q̄ fecistis miam hanc in dn̄o
vestro saul: τ sepelistiꝫ eū. Et nūc retribuet
vobis dn̄s miam τ veritatē τ ego reddam
grām: qꝛ fecistis verbū istud: cōstat qꝛ ma
gis benedicet̄ q̄ piꝰ fuerit ad aīam viuētez
a pena liberādo. Et ideo ad aīam sicut ad
viuā pōt referri illd̄ Ruth. ij. Sit bn̄dictus
q̄ misertꝰ est tui. Scd̄o i aucte allegata cō
mēdat̄ suffragiū: qꝛ eādē grām qua p̄bue
vi. ser. τ mor. Notādū est ꝙ viuentibꝰ pōt
exhiberi grā τ bn̄ficiū: vel in corpalibus. i.
in his q̄ ptinēt ad aīaʒ: vel in accidētibꝰ. i.
in his q̄ ptinēt ad cōsanguineos attinen
tes eis. Et hec eadē grā dʒ conseruari mor
tuis vt subueniat̄ eis. Primo de corpalibꝰ
scʒ i exeq̄js τ sepulturis corporꝫ suorꝫ. Ad
q̄s libēter hoīes debēt ꝯuenire duplici rō
ne. Prio ꝓpter sumer edificationeʒ: vt scʒ
intuētes mortuū cogitet q̄libʒ ꝙ cito futu
rum est ipē talis. vn̄ dr̄ Eccl'a. vij. Meliꝰ est
ire ad domū luctꝰ ꝙ ad domū conuiuij. In
illa ei finis cūctorꝫ admonet̄ hoīʒ: τ viuēs

cogitat quid futurū sit. Grego. viij. mora. Pene mortuū se cōsiderat q̄ se moriturū mi nime ignorat. Scḋo ppt cōpassionē. Nō nō cū risu sponsi? cū fletu debem? iteresse funerib?. sue ppt cōpassionem ipi? mortui quē videm? ſm carnē deuenisse ad tantam inopiā z miseriā. Propt qḋ dr. Eccli. xxxviij. Fili in mortuum pduc lachrymas. et quasi dira passus icipe plorare. Siue pꝑter com passionē suoꝝ charoꝝ afflictoꝝ z lugentiū vt simul pdolēdo psolemur eos. Unde dr Eccli. vij. Nō desis plorantib? in cōsolatiōe Scḋo ds exhiberi grā mortuis vt subue niat eis de spūalib?. s. de suffragiis. ac. spci pue p orones et elemosynas. Debet enim nos mouere ad libēter orandū p defūctis non solū pietas et charitas quā debem? ad eos hre q̄ in penis purgatorij detinenē: sz etiā nra vtilitas: ex eo q̄ ipi defūcti postq̄ purgati sunt z ad celū euolauerūt orāt ipi p nobis viuētib?. Uñ de hieremia iam de functo dr. ij. Mach. xv. q̄ apparuit iude si mul cū onia summo pōtifice z defuncto et dictū est inde. Hic ē q̄ multū orat p pplo et vniuersa sctā ciuitate hieremias pꝑha dei. Et Apoc. viij. q̄ ascēdit fum? incensoꝝ de orōnib? sctōꝝ de manu āgeli coraꝫ deo. Ergo viuēres orare debēt p mortuis pur gādis: vt ipi versa vice ab ipis valeāt iuua ri: ſm illud Iaco. vlti. Orate p inuicem vt saluemini: multū eñ valet depcatio iusti assidua. Si eñ tantū valuerūt orones san ctoꝝ vt possent otra naturam aīas ad sua corpora reducere multo poti? poterūt af flictis z indigentib? diuinā miam impetrare Est eñ suffragiū elemosynarum defunctis ipēdēdu: q: elemosyne sicut multū psunt viuis: sic etiā z defunctis. Uñ Tob. iiij. dt. Elemosyna ab oī pctō et a morte liberat. z nō patiet aīam ire i tenebras. Et in eodes ca. xij. dt. Elemosyna a morte liberat. z ipa ē q̄ purgat pctā: z faciat inuenire vitā eter nā. Tertio ds grā mortuis seruari in suis ppinquis et successorib?: in quibus ipi de functi quodāmodo adhuc viuunt. et ideo debēt reddi ppinquis viuis que debebant tur mortuo. Unde in lege dei statutū ēst vt ppinqui succedāt mortuis in hereditate. sicut pz Numeri. xxvij. vbi dr q̄ filie sal phaad dixerūt. Pr noster mortu? ē i desert to zc. Date nob possessiōe3 iter cognatos patris mei. Et sequit q̄ dñs dixit. Iustam rē petūt filie salphaad. Dō cuꝫ mortu? fue

rit absq̄ filio ad filiā ei? trāsībit hereditas. In quo satis innuit q̄ illud qḋ debebatur viueti post mortē ei? reddit ds ei? ppin quitati. Debet ergo ppinquitati mortui tri plex grā. Prima est grā dilectiōis. de q dr Eccli. xxx. Mortuus est pr ei? et q̄si non est mortu?: reliquit eñ simile sibi. Ideo amor et dilectio q̄ habebat ad eū qui mortu? est haberi ds ad eū qui viuit. Uñ Geñ. l. dixe rūt filij iacob ad ioseph. Pater nr̄ pcepit nobis anteq̄ moreret vt tibi v̄bis illis di ceremus. Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratruꝫ tuoꝝ: et pctī atq̄ malitie quas erer cuerūt i te. Nos q3 oram? vt seruo dei pri tuo dimittas iniq̄tatē hāc. Quasi dicāt q̄ nobis dimittas z pri. Scḋo debet ppinq tati mortui grā cōpassionis: q: nō solū de bemus cōpati amicis sed etiam inimicis. Eccl. viij. Noli de mortuo inimico tuo gau dere. sciēs qm̄ oēs morimur: z i gaudiū vo lum? venire. Min? dicit z plus signat: q: non tm̄ nō ē gaudēdū sz etiā lugendū. Exē plo dauid ij. Regu3. i. de quo dr q̄ audita morte saul apprehēdēs vestimēta sua sci dit: z oēs viri q̄ erant cum eo: z plāxerūt et fleuerūt z ieiunauerūt vsq̄ ad vesperā. Nec tm̄ dauid cōpassus ē mortuis: sz etiā ppinqs viuis. put dicit. ij. Regū. ix. q̄ ait dauid. Nunquid supest aliq̄s de domo sau. vt faciā cū eo miam? Tertio debetur mor tuo in suis ppinqs grā subuentionis: de quo etiā exēplū habem? in dauid. ij. Reg. x. vbi dr. Factū est aūt vt moreret naas rex filioꝝ amon. Dixitq̄ dauid. Faciā miaꝫ cū amon filio naas sicut fecit pater ei? mecū miam. Uñ voluit p recepta gratia eandē gratiā reddere. ſm illud Zach. iiij. Gratiā exequabit gratie. Et qui talia facit acqrit gratiam dei per quas perueniūtur ad gl'iam eternam. Ad quam nos perducat deus qui viuit z regnat zc.

¶ De retributione bonorum operum post mortem. Sermo. vj

Pera illoꝝ ſe quuntur illos. Apoc. xiiij. Cōiter videm? q̄ spes mer cedis reddit hoīem sollici tum ad operandum. z ide est q̄ preciū non soluitur communiter ante operis cōpletionem: ne sꝫ soluto pre cio et cessante spe vltra recipiendi negligē tior operarius fiat ad opus psequendū

Unde etiaꝫ deus iustis ꝓ laboribꝰ et operibus eoꝝ nō reddit mercedem in p̄nti tpe qḋ est tp̄s laboris et opis: sꝫ in futuro reseruat: vt sp̄ hoc durante spe p̄mij sollicitent̄ magis. Et iō dr̄ Eccl'i. li. Opamini opus vestruꝫ an̄ tp̄s ⁊ recipietis mercedē vestrā in tpe suo. Figura huiꝰ hr̄ Mat. xx. vbi cuꝫ sero factuꝫ esset. s. cōpleto cursu diei ⁊ opis: dixit dn̄s ꝓcuratori suo: Uoca operarios et redde illis mercedeꝫ. Hinc est ergo ꝙ de iustis dr̄ in ṽbo ꝓposito ꝙ opa eoꝝ. i. merces opeꝝ non dant̄ in p̄nti sicut hypocrite in p̄nti recipiūt mercedē suā. sꝫ sequunt̄. s. in futuro vita: ꝗ opa illoꝝ ⁊c. ¶ In quibꝰ ꝗdeꝫ ṽbis cōmēdant̄ boni viri ex duobus: Primo de excitatiōe meriti: cū dr̄ opa illoꝝ. Secundo ex consecutione premij: quia sequuntur illos.

Circa primū attendendum

dum ꝙ si homo vult bene mori: ita ꝙ post mortē recipiat eterne vite mercedē: opꝫ eū insistere ad faciēdū bona opa: ⁊ ad hoc eū inducit ip̄a natura sua. Generalr̄ em̄ videmꝰ ꝙ q̄libet res naturalis hꝫ suā ꝓpriā opationeꝫ. ꝓpria aūt opatio q̄ naturalr̄ ꝯpetit hoi est opatio bona. Naꝫ sicut ꝓpa opatio rei artificialis dr̄ esse illa ad quam est facta sicut ꝓpa opatio securis est scindere: sic et hois ⁊ cuiuslibet rei create illa est propria opatio ad quā ē facta et creata: sꝫ ad bñ hō est factꝰ ⁊ creatꝰ vt bñ opet̄. Sꝫ qr̄ sola natura ad hoc nō sufficit: additur ei auxiliū gratie ꝑ xp̄i sacramento. et idcirco ad bona opa dꝫ ītēdere. Et hoc est qḋ ostendit ap̄ls Ephe. ij. vbi dicit. Factura dei sumus creati in xp̄o iesu in opibꝰ bonis. In quibꝰ ṽbis ap̄ls tria de nobis ostendit.

Et primo quidē ostendit nobilitatē originis: quia factura dei sumus.

Scḋo ostendit dignitatem muneris: qr̄ creati in christi iesu.

Tertio necessitatē finis. qr̄ ī operibꝰ bonis. Primū ꝑtinet ad ꝑfectioneꝫ nature. scḋm ad refectionē gr̄e. tertiū ad executionē glorie. Dicit ꝗ quātū ad primū: dei factura sumus. Qn̄ aliq̄ faciūt aliquē episcopū ꝑ electionem: solet dici. ipse est eoꝝ factura. Et certe deꝰ fecit honorē hoi: qr̄ fecit eū regeꝫ Qḋ patꝫ: qr̄ facto mūdo deꝰ voluit ponere regē: ⁊ dixit: Faciamꝰ hoiem ad imaginē ⁊ silitudineꝫ nostrā et p̄sit piscibꝰ maris ⁊c. Gen. j. In hoc patꝫ ꝙ fuit ibi ꝑsona electio quia nō solū pater habuit ibi vocē: sed et filius ⁊ sp̄ūssanctꝰ. Et ideo dr̄. Faciamus ad ima. ⁊ si. no. sicut si imago q̄ est in sigillo regis viueret. diceret̄ ꝙ esset rex. Itē deꝰ q̄si hoiem inūxit regē quādo eū benedixit. vn̄ in benedictione attendit̄ cōsecratio. Itē ei dedit dn̄ationeꝫ: cū dixit presit piscibꝰ maris ⁊c. Hoc ideꝫ facit deus cuilibet quia in creatiōe aīe hō est ad silitudinē diuinaꝫ in baptismo inūgit̄ et consecrat̄ et ꝑ grām hꝫ dominiū sup volucres celi. i. super sp̄ūalia pctā. ⁊ sup pisces maris. i. sup pctā carnis et sup bestias terre quātū ad demones. Et ideo pctōr rusticitatē deo facit qn̄ peccat: qr̄ ꝯculcat in se imaginē suā. sicut si aliq̄s ꝯculcaret sigillū regis. vn̄ Esa. xlv. Ue q̄ ꝯ dicit factori suo. Cuiꝰ ꝯtrariū faciūt multi Sap. xvj. Creatura em̄ tibi factori deseruiēs. Et Esa. xvij. Inclinabit̄ hō ad factorē suū. Scḋo ī auc̄te allegata ostēdit ap̄ls dignitatē muneris gr̄e ꝑ quā creati sumus in xp̄o iesu. Creare em̄ ē de nihilo aliq̄d facere: hō aūt ꝑ pctm̄ fit q̄si nihil: sꝫ ꝑ xp̄ꝫ est creatꝰ. i. de nihilo ad aliq̄d adductꝰ. ṽ mō qr̄ deꝰ fecit p̄mū hoieꝫ de limo t̄re: et ēoīs hō de semīe t̄reno quātuꝫ ad corpꝰ. Deīde aīaꝫ creauit ex nihilo: qḋ tūc accidit ī p̄rio hoīe et accidit q̄tidie ī pctōre: qr̄ sicut caro ade q̄ priꝰ fuit tpe ꝙ aīa eiꝰ ⁊ etiā nr̄a: superauit aīaꝫ eiꝰ et supat in pctōre. Un̄ ne ꝯtristaret vxorē suā comedit ⁊ fuit vicꝰ carnalitate: ⁊ vincit̄ hō a carne. Et sicut ad nihilū adductꝰ fuit: silr̄ ⁊ pctōr. sꝫ creati sumꝰ in xp̄o iesu. Dn̄s enim cogitauit vt faceret hoiem in quo illud qḋ priꝰ esset: suparet illud qḋ eēt posteriꝰ. Iste fuit xp̄s cui diuinitas prior existens ꝙ hūanitas. sibi subiecit hūanitatē. vn̄ sic fuit ꝯuersum respectu p̄mi hois. qr̄ ibi carnalitas vicerat aīaꝫ ṽ aīa ꝑ diuinitatē vicit carnē. Un̄ sicut ꝑ carnē ade q̄ fuit causa culpe et vicit aīoꝫ sumꝰ dissipati: ita ꝑ carneꝫ xp̄i diuinitati vnitaꝫ sumꝰ recreati. vn̄ altissimus ḋ terra creauit medicinā. Et iō. ij. Coꝝ. v. dr̄. Si q̄ ergo in xp̄o noua creatura vetera trāsierūt: et ecce noua facta oīa. Et iō dr̄ ꝙ xp̄s venit ī hūc mundū pctōres saluos facere. j. Timo. j.

Tertio ī auc̄te allegata ostēdit̄ necessitas finis: cū dr̄ in opibꝰ bonis: q̄si dicat ad hoc facti sumꝰ et creati vt bene opemur. vn̄ si finem ad quē facti et creati sumꝰ volumꝰ habere: opꝫ nos bona opa facere. Unde nota ꝙ de qualibet arbore q̄ est ī horto hois

vult homo habere fructus. τ si est sicca succidit eam τ comburit. Sic deus de quolibet quem posuit in mūdo vult fructum bonorū operum. aut si sit hō siccus in ignem mittitur. Eccl'i. iij. Cor sapiēs τ intelligibile abstinebit se a peccatis. τ in operibus iusticie successus habebit. ij. Cor. ix. Abundetis in omne opus bonū. Sed heu dicit de multis Tit. j. Ad omne opus bonum reprobi. B Et si petat quare? Respōderi pōt. q2 oē opus qđ faciūt de genere bonorū faciūt ī debito mō. s. aut ficte aut tarde aut parce aut diminute aut imꝑfecte. Ficte qdē sicut hypocrite qui ostendūt se bona facere ꝓpter deū. τ faciūt ꝓpter mūdū τ ꝓpter fauores humanū. Tales siles sunt nūcijs q portāt arma regis picta in pixide nec intus habēt l'ras dn̄i sui: τ ideo nō creditur eis. Isti sunt hypocrite quib9 nō credetur ī iudicio qn̄ libri apti erūt. τ tunc l're eor. i. opera falsa apparebūt τ dicetur eis. Nescio vos. q2 signū non habetis meū. i. intentionē rectā. ideo vt falsarij cōburent in eternū. Propterea admonet qlibet Gala. vj. Opus suū probet vnusquisq3. i. diligenter inspiciat qua intētione fiat. τ sic in semetipso. i. in dn̄o q est in ipso gloriā habebit. τ nō in altero. Hypocritarū opa inutilia sunt. sicut poma vacua q exteri9 vident pulchra τ interi9 vacua sunt ꝑpt defectum intētiōis bone τ charitatis vere. Apoc. iij. Scio opa tua. glo. q2 q̄ris hoim laudem. τ parū post. Nō īuenio opa tua plena coram deo meo. Itē quorūdā opa reprobant. qa fiunt tarde. puta in morte. vel si credat ꝙ post mortē faceret. Irridendus esset q tūc surgeret ad opandū qn̄ redeundū esset ab ope. τ tūc vellet seminare qn̄ esset metēdū. Propterea dr Eccl's. ix. Quodcunq3 facere pōt man9 tua instāter opare. q2 nec op9. i. tps operādi. nec rō excusandi. nec sapiētia allegādi. nec sciā defendēdi. erūt apud inferos quo tu ꝑperas. i. ista nō valebūt post mortē. Itē quorūdā opa reprobant. q2 tepide sunt facta. Materia mollis cito dissoluit τ parū pficit. Sic op9 molliū τ tepidor cito deficit: τ parū pdest. vn̄ Prouer. xviij. Qui mollis τ dissolut9 est in ope suo: frater est sua opa dissipātis. Nota ꝙ feruēter τ ꝯ sollicite laborāt hoies in opib9 de qbus expectāt magnū lucrū tpale: τ ita negligētes τ remissi sunt in opib9 spūalibus p quibus merces eterna datur. Contra qđ dicitur Joh. vj. Opamini nō cibum qui perit: sed qui permanet in vitā eternam. Hiere xlviij. Maledictus q opus dn̄i facit negligēter: al's fraudulēter. Item quorūdam opera reprobantur: quia fiunt nimis pce: qui eñ nimis paruum τ vile encениū mitteret vni magno dn̄o non esset acceptū: sic qui parū boni deo. j. Cor. xv. Abundantes estote in oī ope dn̄i. Itē quedā reprobant opa: q2 incōpleta ꝓpter imꝑseuerantiam. Si eñ opari9 aliqs dimitteret op9 suū statim hora pria vel tertia nō reportaret mercedē de ope suo: vn̄ oƺ eū vsq3 ad finez diei ab opere nō desistere. Et sic in bono opere nō dz hō vsq3 ad finē desistere si vult remunerari. Gal'. vj. Bonū facientes non deficiamus: tpe eñ suo metemus nō deficientes glo. Si hō nō imposuerit finem bono opi nec deus imponet finē remunerationi. C

Secūdo in auctoritate

pricipali agit de cōsecutiōe ꝑmij: cū dr: sequunt illos. Ubi aduertēdū ꝙ ad mala opa consequit gn̄aliter duplex pena. Una stati in pn̄ti. s. ꝑturbatio τ remorsus ꝯscie. Alia in futuro. s. dānatio pene eterne. Ecōtra aūt ad bona opa ꝯsequitur duplex fructus. Primus est ꝯscīe qetatio: tenetur eñ hō nō solū abstinere a malo: sed etiā opari bonū. Et iō sicut inqetat cōscīa ex ꝑpetratiōe mali: ita ex omissiōe boni. Et econtrario. sicut inqetat τ pacificat ex remotione mali. i. pctī: ita quietat τ cōsolat in impletione boni. Scđs fructus erit in futuro sc3 gaudiosa retributio. Et de his duobus dr Prouer. xij. Qui pacis ineūt consilia: sequitur eos gaudiū. In quib9 qdē ꝯbis tangūtur tria que pertinent ad bene operantes.

Nā primo qdem bona opa debet ꝑcedere ꝓuida deliberatio: τ hoc intelligitur ꝑ consiliū: cum dr. qui ineūt consilia.

Scđo sequitur ad ea ꝯsciētie quietatio que intelligitur in nomine pacis.

Tertio recipiet ꝓpterea gaudiosa retributio: τ ideo subiūgitur ꝙ sequit eos gaudium. s. bene operātes gaudiū vite eterne.

Circa pmū attendēdū est ꝙ hoies ineūt ꝯsilia vt deliberēt τ ꝓuideāt de his q sunt agenda ad aliquē finem exequendū. Unde ij. Reg. xvj dixit absalon ad achitofel. Inite cōsiliū qd agere debeam9. Siue aūt hō ineat consiliū in semetipso siue cū alio: ita debet in inqrendo ꝓcedere: q2 supposito si

grinum et hospitem in domo sua colligere. Sed illi nō recipiunt in domo dn̄i in qua mansiones multe sunt quousq; sunt a reatu illis pene detenti. vn̄ q̄ eos iuuat vt deinde liberent̄ q̄si peregrinuz ꝛ hospitez in hospitio celestis mansionis colligi ac recipi facit. Aliud opus pietatis est infirmum visitare vel iuuare. Illi aūt tanq̄ infirmi sunt grauibus doloribus afflicti et viribꝰ destituti quibus se iuuare possunt. vn̄ qui eis suis suffragijs auxiliū impendit: infirmū q̄si p̄ affectū visitat et liberationis sue medelam propinat. Aliud opus mīe est ad carceratū ire et eū pietatis auxilijs consolari. Sed illi q̄ sunt in communi purgatorio qd̄ iuxta infernū in terre visceribꝰ esse creditꝰ q̄si in centro et profundo carcere detinentur. ꝛ q̄ tali impēdit suffragium ille est qui carcerato prebet consolationis ꝛ liberationis auxiliuz. Qui autem eis suffragia mīe non impendunt hi sunt qui iudicium sine mīa recepturi sunt: scz a xp̄o dicente pro eis tanq̄ pro membris suis: vt habetur Matth. xxv. Discedite a me maledicti in ignem eternum ꝛc. Et post. q̄diu non fecistis vni de minoribꝰ his nec mihi fecistis. Et sic iudiciuz sine misericordia fiet ei qui nō fecerit misericordiā. Unde in p̄s. cviij. Pro eo q̄ nō est recor. fa. mi. Et post. Dilexit maledictionē ꝛ veniet ei. scz cum dicitur: Discedite a me male. ꝛc. ℭ Scd̄o in auctoritate inducta tangitur culpa magne puersitatis: cum dicitur. ab amico suo. Nam sicut inimico suo gratiaz impēdere est magne charitatis: ita ab amico mīam subtrahere ē magne peruersitatis ꝛ iniquitatis. Et quia multi sunt quid defunctis amicis ꝛ consanguineis defunctis quasi nihil curant ꝛ eoꝝ miserie non subueniunt: dicitur ex persona defuncti in p̄s. lxxxvij. Elongasti a me amicam ꝛ proximum et no. me. a mi. Multi em̄ amicū in miseria ꝛ aduersitate dereliquūt: qui ei in prosperitate adherebant ꝛ fauebant. Et tales faciūt sicut fecerunt xp̄o discipuli sui, qui eum ad nuptias comitati sunt: ꝛ in passione relicto eo fugerunt. Sine Mel musce: cadauera lupi: formice grana sequūtur: predaz sequitur turba ista non hominem. Et ideo Gregꝰ. ait. Cū quis positus in prosperitate diligitur: incertum est valde vtrum possessor vel prosperitas diligatur: amissio felicitatis vim interrogat dilectionis. Qui enim in aduersitate proximū deserit. aperte cognoscitur q̄ hūc in prosperitate nō amauit. Sed adhuc quidaz alij sunt qui erga amicos vel cōsanguineos defunctos crudelius ꝛ nequus se habēt. q2 non solum tollunt ab eis mīam: scz elemosynas de proprio p̄ eis non faciēdo: sed etiaz auferunt ab eis iusticiam: legata ꝛ elemosynas q̄s pro se fieri ipsi defuncti indicauerūt diripiēdo vel impediēdo vel sibi retinēdo. Et de tali conquerit̄ ipse defunctus dicens illud Job. xxvij. Abstulit iudiciū meuz: et ad amaritudinē p̄duxit aīam meam. Tales non sunt amici sed verius inimici. De quibꝰ dr̄ Matth. x. Inimici homīs domestici eiꝰ. ¶ Tertio in auctoritate inducta tāgitur culpa magne fatuitatis. q2 timorē dn̄i talis derelinquit. i. dei reuerentiā: in quo ꝛ propter quem p̄ximū diligere debet ꝛ ipsi in necessitate subuenire: sz qui timorē dn̄i derelinquit fatuꝰ est. Stultus em̄ valde esset qui derelinqueret illud quod excluderet ab eo om̄e malum ꝛ conferret sibi om̄e bonū. ꝛ talis est qui timorem dn̄i derelinquit. Omne enim malum qd̄ habemus aut est malum culpe. idest peccatum quo inficimur: aut malum pene quo affligimur. Sed vtrunq; malum excludit a nobis timor dn̄i. Primo malum peccati. Eccli. j. Timor dn̄i expellit peccatum. Quilibet enim illud quod odit a se conatur expellere. Prouer. viij. dicitur q̄ timor dn̄i odit malū. scz culpe: ꝛ ideo non permittit illud intrare in domum cordis. Iterū custodit. a malis pene. vnde. Eccli. xxxiij. Timenti deum non occurrent mala. sed in tentatione deus illum conseruabit et liberabit a malis. Augu. in senten. prosperi. Custodit nos dn̄s ab oī malo. non vt nihil patiamur aduersi: sed vt ipsis aduersitatibus anima non ledatur. Item timor domini confert homini omne genus boni. Quod est triplex s̄m philosophum. scilicet bonum vtile: delectabile: ꝛ honestum. sed per timorem domini habentur bona vtilia ꝛ tēporalia sicut ait p̄s. xxxiij. Timete deum oēs scti eius q̄m nō est ino. ti. eum. Item bonum delectabile. s̄m illud Eccli. j. Timor dn̄i delectabit coꝛ. Et ī p̄s. xxx. q̄ magna multitudo dulcedinis tue dn̄e quam ab. ti. te. Glosa. quam impius non sentit. q2 de sebic iniquitatis placatum cordis amisit. Itē bonū honestum. sicut est lumen

gratie in trinsecū. Quia vt dr̄ Eccl'i. xxxiiij.
Timentis dñm beota est anima eius. i. ha
bebit beatitudinem eternam. E

Tertio in themate as

sumpto petit defunct⁹ miam rōne iusticie
punitiue: quā allegat cū dicit: q2 man⁹ dñi
tetigit me Ubi aduertēdū ꝙ man⁹ dñi est
iusticia dñi. q̄ existētes in purgatorio non
occidit: sed tāgit grauiter q̄nqꝫ digitis. i.
affligit eos q̄nqꝫ modis siue q̄nqꝫ penis.
Nāp̄ma pena est ex glīe retardōe: ide quā
aīa a corpe eruta ⁊ ad eā habēdā disposita
vehemētissime desiderat hr̄e. ⁊ ideo impe-
dita ex sui culpa grauissime affligitur cla-
māā die ac nocte illud ps̄. xlj. Qñ veniaꝫ ⁊
apparebo ante faciē dñi. Scd̄us digit⁹. i.
scd̄a pena affligēs est ex ordore ignis cru-
delissimi. de quo dicit Augu. in quodā ser
mone ꝙ ignis ille durior erit ꝙ̄ quicquid
in hoc seculo penaꝝ videre aut sentire aut
cogitar̄ q̄s poterit. Et pꝫ etiā rōne: q2 sicut
dr̄ Sap. vj. Fortioribꝰ fortior instat crucia
tio: sp̄ūs ꝯo separatus fortior est cōiuncto
ergo fort⁹ cruciat̄. Et preterea maior est
pena passionis ꝙ̄ cō passiōis: ꝗ maior est
pena ꝙ̄ aīa in purgatorio per seipsam pa-
titur ꝙ̄ pena quā hic sustinet corpi cōpa-
tiendo. Terti⁹ digit⁹. i. pena est ex expecta-
tione. quia a nobis expectāt suffragia cuꝫ
ex se nihil possint. ⁊ nos parū vel quasi ni-
hil suffragij eis mittim⁹. ⁊ ex hoc multum
affligāt̄ quia spes que differt̄ affligit ani-
mā. Prouer. xiij. Quartus digitus. i. pene
modus est ex penitentie omissione consi-
derans enī ꝙ ꝓpter modicaꝫ penitentiam
in hac vita volūtarie factā potuisset euade
re tam crudele penā multum dolet ꝙ omi
sit eam. Quint⁹ digitus. i. modus pene est
ex aduersarij irrisione. q2 licꝫ demones sup
aīas existentes in purgatorio non habent
potestateꝫ: tn̄ sequunt̄ eas ad purgatoriuꝫ
deductas de earū penis gaudiū ostēdētes
⁊ irrisio ⁊ exultatio aduersarij dolorosa est
in miseria existenti. De hac ergo manu dr̄
Jo. xiij. Manum tuaꝫ lōge fac a me. Sed
post hoc est alia manus de dextera ad glo
riam deducens. De qua ps̄. ait. cxxxviij. Et
enim illuc manus tua deducet me: et tene
bit me dextera tua. s. in eternitate glorie.
Ad quā nos perducat deus Amen.

¶ Explicit distinctio quarta: q̄ egit de con-
ditionibus hoīs iam mortu

¶ Sequitur distinctio q̄nta. in qua agitur
de diuersitate morientiū in officijs dignita
tibus: etatibꝰ: sexibꝰ: fortunijs: i fortunijs
vel merita defunctorum cuius sunt ser-
mones. xlviij.

¶ Jn funere dñi pape. Sermo prim⁹

Summus pō-

tifex de hierl'm venit in
bethul'iā. Judith. xv. vi
dem⁹ ad sensuū i corpa
libꝰ rebꝰ ꝙ vn⁹ ⁊ idē mo
tus ꝓpter duos opposi
tos terminos duoꝝ ꝯ̄rioꝝ cā esse pōt. Sic
pꝫ de occubitu solis. in q̄ sol a nobis rece-
dēs in nr̄o hemispherio relinq̄t tenebrosi-
tateꝫ. sꝫ descendēs ad locū oppositū i ducit
ibi luminositateꝫ. ⁊ ita occubit⁹ solis licꝫ i
locis diuersis: ⁊ lumen ⁊ tenebras facit Jn
q̄ recte rep̄sentat̄ occubit⁹. i. pñs trāsitus
mortis sanctissimi pr̄is nr̄i ⁊ dñi sūmi pō-
tificis. Jpse enī velut sol nr̄ i celo siue cul-
mine posit⁹ eccl'ie militātis. nō n obis tm̄:
sꝫ etiā toti eccl'ie siue mundo tā scie ꝙ̄ grē
lumīe p̄fulgebat: Qui lꝫ nobis ꝓpter suuꝫ
decessum magnoꝫ tristicie tenebrositatem
reliq̄rit: ip̄e tn̄ ad lumē vite atqꝫ fruitionē
leticie transijt sempiterne. Jn q̄ etiam felix
trāsit⁹ ei⁹ ascēsioni saluatoris nr̄i assimila
ri potuit: q̄ lꝫ rōne recessus sui q̄s relinq̄s
bat apl'is fuerit luctuosa. Sicut enī in suo
sermone beat⁹ Ber. dicit. Quantus putatꝫ
ferēs dolor ⁊ timor irrupit ap̄lica peccato
ra cū viderūt dñm a se tolli ⁊ a tolli ī aera
et post subdit. dolor nimi⁹ erat: q2 videbāt
illū ꝓpter quem oīa reliquerāt a suis aspe
ctibus tolli vt nō possent ablato spōso spō
si filij nō lugere. Timor ꝯo: q2 orphani re-
linquebant in medio iudeoꝝ. Verūtamen
si cōsiderassent apostoli ꝙ ad paterne glo-
rie dexterā cōscendebāt: vnde inde oēs ad
uersorij sui subderent̄ scabello. securitatis
⁊ gaudij materiaꝫ inuenissent. vnde ⁊ ipse
dñs dixit eis. Joh. xiiij. Si diligeretis me
gauderetꝫ vtiqꝫ. q2 vado ad p̄reꝫ. Sic etiā
trāsit⁹ beatissimi patris nr̄i. lꝫ respectu no
stri q̄s reliq̄t sit plurimū luctuosus. respe-
ctu tn̄ sui q̄ ad felicē vitam trāsijt pōt esse
gaudiosus. Fuit ergo trāsit⁹ hui⁹ sanctissi
mi patris nostri p aduētū summi pontifi-
cis de hierl'm in bethuliā. de q̄ i assumpto
themate agit̄. ꝓpe figurat⁹. cū dr̄. summ⁹
pontifex de hierl'm venit in bethuliā. A

In quibꝰ quidē verbis de quodā potre nostro et dño: in cuiꝰ nunc funere sumꝰ ad exhortationē et cõsolationē nostrā describuntur per ordinem tria.

Nam primo quidem predicta figura describit nobis quoad preteritum excessum dignitatis: quia summus.

Secundo officium sanctitatis. quia põtifex.

Tertio quoad ꝑsens transitū felicitatis qꝛ venit de hierusalē in betuliā. i. de ecclesia militante ad ecc̃liam triumphantem.

Quantū ad primū sciendū est ꝙ papa dicitur summus et respectu xp̃ianoꝝ ⁊ respectu potētū siue iurisdictionū.

Respectu quidē ꝑlatorū: qꝛ ipse est vertex et caput oīm. tam patriarcharum ꝗ archiep̃oꝝ vel ep̃orum vel quorūcunqꝫ aliorum. vnde Jo. j. dominus dixit petro cuiꝰ vicem sumus pontifex gerit. Tu vocaberis cephas quod interꝑtatur caput. Et idō sicut petrus caput erat omniū apostoloꝝ: ita papa caput est omniuꝫ prelatoꝝ: ⁊ oēs debent subesse sibi sicut ⁊ membra capiti. Ex quo etiā apparet vlteriusꝙ cū prelatorū officiuꝫ sit res ecclesiasticas administrare: in administratiōe ecclesiasticarū rerum magis obediendū est pape ꝗ cuilibet alteri prelato: immo etiā si viueret paulꝰ apl's vel quicunqꝫ apl's alius preter. Petrū magis in administratione predicta obediendum est pape ꝗ ei. Quod patet etiam nūc. Nam paulus dixit ꝙ ep̃s ordinandum sine crimine esse. vt. xxv. d. §. Nunc autem. ⁊ tamen auctoritate pontificum episcopi dispensare possunt in crimine adulterij ⁊ in minoribꝰ. ⁊ hoc quia papa maior est Paulo in administratione. vt. xxiiij. di. §. j. Nāꝫ papa est loco petri. vt dictū est. ⁊ habetur xxiij. q. j. qm̃ vnciꝰ ⁊ sicut etiā vicariꝰ iesu xp̃i. vt ex̃ de transla. inter corꝑalis. ⁊ ex̃ de benefi. eccle. si non di. cõfe. vt nostrū. ⁊ petrus in administratione maior fuit Paulo vel quolibet aplo. vt. ij. q. vij. Puto. xxj. di. In nouo. Scd̃o papa ē summꝰ respectu xp̃ianoꝝ. Nā ī quolibet ordine ille dr̃ summus cui oēs alij subsunt ⁊ ipse nulli subest eoꝝ: sed oēs xp̃iani subsunt pape saltēꝫ rōne pctī. Vn̄ dñs dixit petro ⁊ in petro successoribus suis. Quodcunqꝫ ligaueris super terrā erit ligatū ⁊ in celis. ⁊ quodcūqꝫ sol. su. ter. erit so. ⁊ ī ce. ⁊ nihil excipit q̃ dixit quodcunqꝫ: vt ex̃ de maiori. ⁊ obe. ca. Solite. Papa aūt nulli alteri subest viuēti. In casu tñ põt subesse tripliciter alteri. Vno modo ꝓpter heresim. Sic em̃ ab aliis accusari ⁊ iudicari põt al's aūt nō. xl. di. Si papa. ix. q. iij. Aliorꝫ. Scd̃o si ipe se submittat iurisdictiōi alteriꝰ. ij. q. vij. Nos si incompetēter. ff. de iurisdi. om. iu. l. est receptus. Tertio si ipsemet se deponat. vt. xxj. di. Nūc aūt. Tertio papa dicitur summꝰ respectu potestatum siue iurisdictionum. Nam ille maior est dignitate quiꝫ est vniuersalior ī potestate. Quod apparet ex naturali: qꝛ sol sicut hꝫ virtutem vniuersaliorem ꝗ luna: ita etiam habet naturam digniorem ⁊ altiorem vnde ⁊ in altiori loco est positus. quia ordo situum correspōdet ordini naturarum. Papa autem habꝫ potestatem magis vniuersalē ꝗ aliquis aliorū. Nam imperator lꝫ habeat ꝑtātem sup laicos in temporalibus non tñ habet in sp̃ualibus. Sed papa hꝫ vtrāqꝫ potestatē ⁊ vtrūqꝫ gladiuꝫ habet. lxiij. di. Tibi dño. Unde ⁊ reges deponit. xv. q. vj. Aliꝰ ⁊ ca. Nos sanctoꝝ. ⁊ ca. Juratos. j. q. iij. Quia presulatus. xcvj. di. Duo sunt. ⁊ non soluꝫ regnum constituit immo transfert. ex̃ de elec. Venerabilē: imo etiā imperatorē electū papa hꝫ approbare electionē cõfirmare vel infirmare ⁊ ip̃m cõfirmatū etiā consecrare. Et hec oīa ꝓbant ī predicta decretali. Venerabilē. Item etiam papa imperatoreꝫ deponere potest. Si em̃ zacharias papa regem francoꝝ qui a romano pontifice coronā non recipit nec ꝑ eū examinat nec approbatur ab eo vel reprobatur non tam ꝓ suis iniquitatibus ꝗ ꝓ eo ꝙ tante potestati erat inutilis a regno deposuit et aliū loco eius instituit. xv. q. vj. Aliꝰ multo fortius imperatorē qui specialiꝰ subest ei poterit remouere. xcvj. di. Duo sūt. et ca. Si imperator. Ad talē ergo summū apicē dignitatis ꝑ legitime electionis ꝯsensum iste noster defunctꝰ pater ꝑuenit: ⁊ summi põtificatꝰ cathedrā tot annis laudabiliter tenuit: cū vigilanti cura cõmissum sibi ex diuina ꝓuidentia regimine exercendo: ita vt ad ip̃m referri possit qd̃ dr̃. j. Machab. xiiij. Consenserunt eū esse summū sacerdotem ⁊ vt constitueret prepositos. ¶ In quibus verbis pontificatus ex tribus commendatur.

Primo ex legitima electiōe cui ꝯsēserūt

scz veri ⁊ legitimi electores.

Scḋo ex sublimissima platione. scz esse summum sacerdotem.

Tertio ex prouiso gubernatione. quis prouiderunt de gubernatore idoneo. cui scz cura esset ⁊c.

Ostendit ergo pmo ad summi pontificat⁹ apicē puenisse p legitimā electionez. qz cōsenserūt veri ⁊ legitimi electores. scz dñi cardinales. Cōsenserūt inquā liberaliter adscz numeris cuiuscꝙ receptione vt excluderet oīs simonia: ppterea ꝙ simoniocus consensus in electionib⁹ inducierea. tñ magnū nō tā in dantibus cōsensum ꝙ etiā in recipiente. Uñ de sic electo vel eligētib⁹ dicit de⁹ Leui.xx. Succidaz ipm et oēs q cōsenserūt. Itē consenserūt vnanimiter sine dissensione vt excluderet ptinax discordia: q tñ sicut scitis electionem non impedit dūmodo due ptes consentiāt electoꝝ scz dominoꝝ cardinaliū oīs non valeret electio. vt extra de electio. Sz elegerūt quoqz prudēter ⁊ cuz discretione vt excluderet. s. inde liberata īprouidentia. ⁊ h q ɂ cōsenserūt in hoīem pbū iustā litteratū ⁊ vndequaqz idoneū ad summā dignitatem. ita vt dē poterint dicere illud ps. liiij. In domo dei ambulauim⁹ cū consensu. s. liberali cōcordi ⁊ prudēti. Scḋo. q̄r in auctoritate inducta cōmendatur status preteritus sctissimi patris nostri ex sublimissimo platione. qz constat eū fuisse summū sacerdotē. Circa qḋ aduertendū ꝙ sacerdotes dicūt q̄si sacra dātes. i. dispensantes. sunt eñ dispēsatores sacramentorum Unde ⁊ ille q est pncipalis ⁊ summus sacromētoꝝ dispensator hic dr summus sacerdos. ⁊ hic inter fideles est vnus tm̄ scz papa. Qḋ eñ psuperabūdantiā dr vni soli cōuenit. put phus dicit summus aūt dicit supabundātiā. et iḋ tm̄ vn⁹ est summ⁹ sacerdos sup oēs sacerdotes q sunt in terris: qui. s. est vicarius xpi qui fuit sacroꝝ dñs. Papa autē qui est eius vicarius non dñs est vt xps: sed principalis dispensator ipsius. Et eñ quodāmodo maior hoīe sed minor deo. extra de transla. Inter. Uñ ipse summus est inter omnes sacerdos hobēs plenitudinē potestatis. Alij vo in partē sollicitudīs. ij q. vj. Decreto. ⁊. cs. Qui se scit. Qḋ aūt papa sit principalis ⁊ summus dispensator sacramentorum ex hoc euidenter apparet: qz in omni sacramentorum genere sunt aliqua sibi soli reseruata ad q nulla alioꝝ sacerdotum potestas aliquatenus se extēdit. Ad cuius euidentiā est notandū ꝙ tria dicūtur esse genera sacrorum. Sunt enim sacra signa: sacra mysteria ⁊ sacra opera. Sacra nāqz signa dicūtur sacramēta. quia sacramentum est sacre rei signuz. In sacramentis autē aliquid potest papa qḋ nullus alius potest. Uerbi gratia. primo quoad sacramentum ordinis. qr ipe solus ordinat diaconū quē ordinauit subdiaconū. extra de tēpo. ordi. ⁊ quali. or. Cum in distribuēdis. Itez ordinat eodē die quo consecrat. extra de elec. Nō sicut. §. Sup eo. ⁊ ipse solus dispensat cum eo qui excōmunicatus celebrauit vel recepit ordines. xj. q. iij. Si quis episcopus. Item solus pōt conferre ordinem diaconatus die dñico ⁊ alijs precipuis festis. Item quoad sacramentum confirmationis: qr solus potest cōmittere sacerdoti ꝙ chrismet siue cōfirmet. qr hoc pertinet ad perfectionem ordinis mystici super qḋ habet papa plenissimam potestatem vt sanctus Thomas de aquino dicit. Item quoad sacramentum matrimonij. quia quoad multos casus dispensare potest et potest artare ⁊ laxare impedimenta. ex de cōsangui. Nō debet. Item sunt sacro mysteria sicut mysteria fidei vel sacre scripture. Nam sacra scriptura est scriptura fidei. Determinare autem vel declarare ea que sunt fidei vt ab omnibus inconcussa fide teneātur: hoc pertinet ad auctoritatē summi pōtificis: ad quē maiores ⁊ difficiliores questiones ecclesie referuntur prout dicitur in decre. Unde et dominus. Luce. xxij. petro dixi quē summū pontificem constituit. Ego pro te rogaui petre vt non deficiat fides tua: ⁊ tu aliquādo conuersus confir. fra. tu. Et ideo pprie ad ipsum summum sacerdotem referri potest quod dicitur Mala. ij. Labia sacerdotis custodiunt scientiam. et legem requirent ex ore eius: quia angelus domini exercituū est. Item sunt sacra opera sicut vota peregrinationes animoruz absolutiones religiosoꝝ pfessiones ⁊ sanctoruz canonizatiōes ⁊ similia. In quibus oībus habet papa super oēs sacerdotes singularēz potestatē. Naz ipse solus potest votū hierosolymitanū cōmutare: ⁊ solus potest cōcedere vt quis veniat contra votum licitum

vel de quo dubitat an sit licitũ. Primũ pro-
bat. extra de rescriptis. ⁊ extra de iureiu-
rãdo. Veniẽs. Scdʒ pbat. extra de ele-
ctio. Venerobilem. Ipse qʒ solus põt dare
absolutionẽ ⁊ dispensationẽ cũ eis q̃ inci-
derũt in canonẽ. in quibꝫ pape reseruata
est auctoritas ⁊ solũ excõmunicatum a se
absoluere. extra de electio. Venerabilem.
Ipse solꝫ phibet pfessionẽ i religiõe infra
xviij. ãnos. extra de regularibꝫ. C in insu-
lis. qꝫ tñ ibi speciale est pter loci aduersi-
tatẽ. secus est alibi qꝛ pfiteri põt post tẽ-
pus pubertatꝫ tã masculi q̃ femine. x. q. s.
ca. s. x. q. ij. Si quilibet. ⁊ ca. Puella. et q̃
intrãs põt exire libere ĩfra annũ. extra de
regu. Statuimꝫ. et si interim fiat pfessio
nõ valet vt i nouella ĩno. extra de regula.
Nõ solũ. Ipse qʒ solus ascribi facit cano-
nizatos cathalogo sctõꝝ: Et ita patʒ quõ
est pncipalis ⁊ summꝫ dispẽsator sacrorũ
⁊ datorum. Et iõ non immerito summꝫ sacer-
dos vocat tanq̃ successor symonis. i. petri
Et figuratꝫ est i illo symone machabeo. de
quo dr. s. Mach. xiiij. Audierũt q̃ symon
factꝫ esset summus sacerdos, Sed videte
mutationẽ mirabilẽ: qꝛ iste q̃ heri viuens
erat summꝫ. hodie mortuus factꝫ est infi-
mus. ⁊ q̃ heri regebat orbẽ. hodie factꝫ est
vt redigat in vilissimã puluerẽ. vñ btũs.
Bernar. bene monebat Eugeniũ papã di-
cẽs in libro de cõsideratiõe. Vidẽs te esse
summũ sacerdotẽ. cogita pariter te futu-
rum in vilissimã puluerẽ. Sed adhuc ter-
tio in auctoritate inducta cõmẽdatur pre
sulatꝫ ipsius ex puisa gubernatione. quia
puide electꝫ est ad summũ pontificatũ. vt
esset illi cura pro sctis. vt cõstitueret ppo-
sitos. Quia enĩ salus populoꝝ fideliũ ex
manu ecclesiorũ dependet seu ministrorũ
eccle: ⁊ ministrorum salus ex sufficientia
prelatoꝝ: ideo summo pontifici specialior
cura debet esse de sctis. i. de clericis: ⁊ mi-
nistris ecclesie: qui sancti esse debẽt: quia
ipsi spãliter sunt electi vt diuino sint mi-
nisterijs mãcipati. vñ Numeri. xvi. dicit
de leuitis qui clericoꝝ gerebant figuram.
Sctõs applicabit sibi: ⁊ quos elegerit ap
propinquabũt ei. Et tales clericos ⁊ mini
stros debet etiã summꝫ põtifex suo colle-
gio ⁊ psortio seu ministerio applicare. non
simoniacos: nõ fornicarios ⁊ nõ immun-
dos ⁊ pctõres: sed sctõs. Debet etiaʒ eidẽ
summo põtifici specialior esse cura ad pre
positos. i. episcopos. de quibꝫ dr. s. Ti. iij.
q̃ opꝫ episcopũ esse modestum nõ litigio
sum nõ cupidũ sed sue domui bene ppositum.
Debet enĩ tales instituere ppositos
in ecclesijs. i. epõs vel prelatos. de quibꝫ
nõ posset dici illud. ij. Esdre. viij. Prepositi
⁊ magistratus pncipes erant iniquita-
tis. Sed potius tales debet instituere vt
possit dicere ecclesijs vel ciuitatibus qui-
bus concedit epõs illud Esa. lx. Ponã vi-
sitationẽ tuã pacem: ⁊ prepositos tuos iu-
sticiam. Non audietur vltra iniquitas in
terra tua: vastitas ⁊ contritio in terminis
tuis. Et talis pfecto fuit cura ⁊ sollicitu-
do istius peruigil quãtũ in eo fuit. D

Secũdo quod descri

bit in themate assumpto est officiũ sctita-
tis qꝫ habuit dñs noster dum viueret scʒ
qꝛ pontifex fuit. Pontificatꝫ enĩ requirit
oĩmodã sctitatẽ. Et ratio huius est: qꝛ oẽ
agẽs agit sibi simile put phus dicit. Hoc
enĩ in naturalibꝫ presupponit pfectionem
nature qꝛ tunc vnũquodqʒ perfectũ dici-
mus: qñ potest tale alterũ facere quale ip-
sum est. sicut dicimꝫ pfectũ esse hoiem qñ
hoĩeʒ generare potest. Hoc ergo qꝫ in na
turalibus videtur esse necessitatis. scilʒ q̃
agens agat sibi simile. in moralibꝫ ⁊ spiri-
tualibꝫ est cõgruitatis. Licʒ enĩ sacerdos
immũduo pctõreo possit mundare adhibẽ-
do sacramẽta q̃ mũdant vt est baptismus
vel penitẽtia: q̃ non in virtute sacerdotis
immũdi: sed ex vtute dei q̃ mundissimus
est: habent purificare. Propter qꝫ etiam
Augusti. dicit q̃ in ipsis sacramẽtis nihil
minꝫ a malo ⁊ nihil amplꝫ a bono perci-
pit sacerdote. Ex debito tamẽ congruita-
tia est vt studeat ipse mundus esse q̃ alios
debʒ mũdare: alioquin mortaliter peccat
qñ actum sibi incongruũ agere presumit.
Et idcirco congruũ est ⁊ debitũ vt ponti-
fex qui alios habʒ consecrare ⁊ sanctifica-
re sit ipse sctãs perfecte. Et hoc est quod
apls Hebre. vij. dicit. Talis decebat vt no
bis esset pontifex sanctus innocẽs impol
lutus segregatus a peccatoribꝫ. Sanctus
in mente: innocens in opere: impolutus
in carne: ⁊ segregatus a peccatoribus ex
munda conuersatione. E

Tertio describitur ĩ the

mate de ista parte nostro defuncto trãsitꝫ

felicitatẽ.qꝛ de hierusolẽ venit ĩ bethuliã. De isto aũt transitu tria ꝯsiderari possunt.

Primo terminus recessus: quia de hierusalem.

Scdo terminꝰ motus medius: qꝛ venit

Tertio terminꝰ accessus: qꝛ in bethuliã Terminus ergo recessus fuit hierlm: per quã ꝑsens ecclesia designat. Primo rõne veritatis: qꝛ videlꝫ veritas fidei non inuenit extra catholicã ecclesiam. Et iõ dꝛ zacharie.viij. vocabit hierlm ciuitas veritatis que veritas introducta est ꝑ scõꝝ apostoloꝝ doctrinã. vnde eis dictũ est Actuũ.v. Replestis hierlm doctrina vestra. Et ideo ista est doctrina veritatꝫ: a qua qui discordat a veritate discordat ꝛ errat. Secundo ratiõe sanctitatis: qꝛ sacramenta per que homo purificari ꝛ sctificari debꝫ non sunt nisi in ecclesia xpi. vñ Apoc.xxi. Uidi ciuitatem sanctã hierlm. Tertio ratione libertatis: qꝛ qui facit peccatũ seruus est peccati ꝛ vlterius seruus diaboli: vnde expulso pctõ efficitur homo liber ab vtraqꝫ seruitute. Sed nõ sunt remedia ad expellendũ pctm̃ nisi in ecclesia xpi. i. Maccha.x. Hierusalẽ sit sctã ꝛ libera. In hac ergo hierusalem habebat iste pater noster summam potestatẽ. ꝭm illud Eccli.xxiiij. In hierusalem potestas mea. Sed videte ꝙ ista potestas breui tp̃e durauit: qꝛ oĩs potentatꝰ breuis vita. vt dicit Eccli.x. ꝛ nunc ex toto ꝑ mortem annihilata est ꝛ quãtũ ad honores. ꝛ quantũ ad diuitias: ꝛ quantũ etiam ad delitias. et qui primo videbatur oĩum habere potestatẽ: nullã. potuit cõtra mortem habere defensionem. ꝭm illud Eccls viij. Nõ est in hominis ditione prohibere spm̃: nec habet potestatem in die mortis: nec sinitur quiescere ingruente bello: neqꝫ saluabit impietas impiũ. Scdã tangitur ꝭm ordinem auctoritatis. i. thematis motus mediꝰ qꝛ venit. Nos videmus in igne ꝙ durante materia combustibili durat ardor eiꝰ ꝛ flãme splẽdor: sed deficiente materia et ardore deficit lumen et splendor. Sic fuit in isto patre nostro: qꝛ durante valitudine corporis et vita splendebat tãti mundo gloria ꝛ honore: nunc autẽ de sctõ corpore extincta corporali vita: oĩs splendor deficit pariter glorie mũdane. Ezech. vij. Finis venit venit finis. Finis venit scilꝫ vite. venit finis oĩs mundane glorie: sed qꝛ homo ignorat finem vite sue, idest mortis sue tẽpus: ideo frequenter ex insperato mortis superuenit ꝛ imparatum inueniens ad inferni supplicio ducit. ꝭm illud Thessalo.v. Dies dñi sicut fur in nocte ita veniet. Tertio tangit terminus accessus qꝛ venit in bethuliam. Bethulia enim ꝭm Hiero. interpretat vno modo domus dolens dño: ꝛ quãtũ ad hoc signat statum penalem purgatorij. qꝛ qui ibi sunt: in doloribus quippe sũt ꝙdiu sint purgati. In doloribus dico sunt tam grauis ꝛ afflictiue pene. vt btũs Grego. testatur ꝙ excedit in acerbitate quicqd in hoc seculo penarum videre aut sentire aut cogitare quis possit. Uñ de potest dicere aĩa que illa pena purgatur nobis qui viatores sumus illud Threno.i. O vos oẽs qui transitis ꝑ viam attendite et videte si est dolor sicut dolor meus. Et dicitur esse dolens dño: quia propterea est dolor ille seu pena vt dño satisfaciat de penitentia hic non completa: aut certe pro venialibus culpis: sed tamen secura est anima que cruciatur in illa pena postqꝫ purgata fuerit ꝙ ibit ad vitam eternam. Possunt tamen nostris suffragijs scꝫ elemosynarum. missarum ꝛ orationum ab illa qui ibi sunt citius liberari. Uñ si forte aĩa istius nostri patris defuncti ꝓ aliqua dictarũ causarum venisset ad istam bethuliã. i. ad illam penam vt ibi purgaretur certe debemus sibi compati: ꝛ eã aliqua suffragio quilibꝫ adiuuare. vt ipse postea adiuuet nos versa vice cum peruenerit ad vitam eternam. Sed heu ꝙ multi frequẽter qui deberent esse pleni aqua compassionis ꝛ pietatis deficiunt: ꝛ non curant iuuare eos qui in tali bethulia. i. qui in talibus purgatorij penis ꝛ doloribus cõmorãtur. In cuius figura dicit Judith.vij. ꝙ defecerunt cisterne ꝛ collectiones aquarum oĩbus inhabitantibus bethuliam. Sed adhuc alio modo bethulia ꝭm Hiero. interpretatur manens in deo. ꝛ quantũ ad hoc signat statũ beatorũ qui sunt in paradiso: qui semp in deo manent eius visione beata atqꝫ fruitione gaudentes. ꝛ hec est vita eterna. Uñ. i. Jo.ij. Uos in filio ꝛ patre manebitis. Et hec est repromissio quam ipse policitus est nobis vitam eternam. Considerata igitur vita virtuosa et laudabili: quam hic sanctissimus pater noster duxit: insuꝑ laudabili ꝛ deuotissimo fine quem nũc in obitu habuit; pie satis estimari po

test ꝙ aut iam ad bethuliã predictã peruenerit: aut cito sit peructurus. Ad quã etiaʒ nos si tandem peruenire appetitus victores nos esse oportet vitiorum ⁊ tẽtationũ malorum: ⁊ impiaruʒ cupiditatum etiam mundanarum. In cuius figuram scriptuʒ est Judith.xv. ꝙ hi qui victores extiterãt reuersi sunt ad bethuliam: idest ad vitam eternam a qua per peccatum receditur ⁊ ꝑ victoriam peccati reditur. Ad quam deus nos perducat ⁊c.

¶ In funere summi pontificis de eius abitu. Sermo.ij.

Pater noster mortuus est.

Pater noster mortuus est. Nũeri.xxvij. Plerãqꝫ videmus ꝙ vis amoris est hoĩbus causa doloris. quia quãto quis plus qđ habet diligit: tanto de eius amissione plus dolet. sed pater plus diligit vnigenitũ ꝙ̃ si plures haberet: idea de eius morte amplius dolet ⁊ amarius luget. Propterea dauid amare plorans mortem ionathe queʒ multũ diligebat dicebat.ij. Reg.j. Doleo super te frater mi ionatha decore nimis ⁊ amabilis sup amore mulieruʒ. Sicut mater vnicũ amat filiũ suuʒ: ita te diligebam. Propterea etiam đr Hiere.vj. Luctũ vnigeniti fac tibi planctum amarũ vñ amor est causa doloris. Debẽt oñt filij patrẽ suum naturaliter amare. Unde dicitur Mala.j. Si ego pater vbi est amor meus idest quo me debena diligere. Et ideo etiã naturale est ꝙ de morte patris filij doleãt ⁊ luctum faciant. Sed sicut ad dolendum ⁊ lugendum de morte patris carnalis mouet amor naturalis: ita ad dolenduʒ ⁊ flendum de morte patris spiritualis mouere debet amor charitatis. Et de vtriusqꝫ patris luctu ⁊ dolore exempla patent in scriptura diuina. Nã quantũ ad patrẽ carnalem prout legitur Geñ.l. Mortuo iacob in egypto fleuerunt eũ filij eius simul cũ egyptijs.lxx. dieb9. ⁊ in exequijs suis in terra chanaam vbi sepultus est planxerunt eum ploratu magno septẽ dieb9. De patre vero spirituali ptʒ exemplo Moysi vel aaron quia mortem maysi fleuerunt filij israel in campestribus moab triginta diebus sicut legitur Deuter. vltimo. Et in morte Aaron qui erat summus sacerdos et pater spiritualis legitur Numeri.xx. ꝙ fleuit euʒ oĩs multitudo filiorum israel triginta diebus. Et idcirco thema propositum annuncians nobis mortẽ sanctissimi ⁊ spiritualis patris nostri summi pontificis: excitat nos ad effectum amoris ex eo ꝙ commemorat ipsi9 paternitateʒ: cũ dicitur. pater noster. ⁊ prebet insuper occasionem doloris ex eo ꝙ annunciat eius mortem dicens: qꝛ mortuus est. ergo pater noster mortuus est.

A In quibus quidem verbis scriptura sacra tria insinuat de ipso.

Nam primo quidem innuitur officiũ dignitatis in eo ꝙ dicitur: pater

Scđo o₰o exprimit affectus charitatis in eo ꝙ dicitur noster.

Tertio ₰o pandit defectum corruptibilitatis qꝛ dicit ꝙ mortuus est.

Circa primũ attendendũ

Circa primũ attendendũ est ꝙ tanta est excellentia dignitatis in ecclesie romane põtifice ꝙ nõ solum pater vacat: sed etiam dicitur papa: quasi pater patrũ. Et ratio est: quia est vicarius dei: a quo omĩs paternitas in celo ⁊ in terra nominat. sicut dicitur Ephe.iij. Uerũtamen quia pape paternitas nõ est per carnalem generationem: sed ꝑ prelatiõis iurisdictionem: illoꝝ papa proprie dicitur pater qui eius iurisdictioni subduntur. i. eorum qui sunt de ecclesia iesu xpi. Sicut ergo abraham fuit pater generalis totius ppl'i israelitici: ita papa est pater generalis: sed tamen specialiter ppl'i xpiani: qui fuit in ipso populo israelitico figurat9. Et ideo potest dicere papa illud Hiere.xxxj. Factus sum israeli pater. In quibus quidẽ verbis nota tria de romano pontifice.

Primo ꝑsone promotionem. qꝛ fact9 suʒ

Secundo ecclesie prefigurationeʒ: in ea ꝙ subditur israeli.

Tertio cure dispensationem: qꝛ pater.

Nam sicut ad patreʒ carnalem pertinet cura totius familie et dispensatio rerum domesticarum: ita ad papaʒ pertinet cura totius ecclesie ⁊ dispensatio ecclesiasticarũ rerum. Dicit ergo quoad primum. factus sum. Utinam possit dicere qui electus erit in summum pontificeʒ sicut poterat in primitiua ecclesia. Fact9 sum scilicet ex inspiratione diuina. In primitiua nãqꝫ ecclesia quando fieri debebat electio conueniebant electores ad eligendum põtificẽ. non ambitiõe nõ ex emulatiõe nõ ex coactione

ut oporteret eos violenter intrudi: sicut oportet modo propter dissensionem. sz solum ex zelo dei et conscientie bone impulsione. idcirco inspirabantur a deo. immo nonnunquam visibiliter apparebat spiritussanctus in specie columbe: ad ostendendum eum qui erat eligendus. sicut legitur in chronicis de beato fabiano. Unde fiebant pontifices homines discreti: homines conscientiati et homines mirabilium operativi. Quod quidem quandocunque accideret: posset dici de tali electo pontifice illud Gen. ij. Spirauit in faciem eius spiraculum vite: et factus est homo in animam viventem. Spirauit. s. deus in faciem eius scz ecclesie. i. in collegium electorum summi pontificis. s. cardinalium. Quorum collegium recte facies dicitur: ex eo quod facies est eminentior. et nobilior pars corporis: et sic eminentior pars ecclesie et etiam nobilior est ipsum collegium cardinalium. Unde in ista facie deber esse visus prudentie. auditus obedientie: olfatus prudentie: os eloquentie: dicentes iusticie: et gustus etiam sapientie. Debet etiam esse mundo hec facies a macula auaritie: luxurie et superbie. Alioquin dicetur ecclesie faciem tuam laua. Nec dubium quod si bene esset mundo hec facies quod susciperet ad eligendum pastorem idoneum a deo spiraculum vite: ita quod fieret pastor qui esset homo in animam viventem. qui esset inquam homo non brutum per insipientiam et habens animam. i. conscientiam. et esset viuens non mortuus. Et talis esset idoneus et dignus ecclesie pontifex scz qui esset discretus: qui esset conscientiatus: qui esset viuus quia vita enim probatur ex motu manifestatur et sensu. Et sic viventem oportet esse pontificem quod sentiat subditorum defectus et moueatur ad eorum profectus. Secundo nota in auctoritate inducta ecclesie prefigurationem: cum dicitur israeli. quia per israelem significatur ecclesia idest fidelium xpi populus cui iste noster dominus defunctus hactenus fuit pater et pastor.

B Est autem triplex ratio quare israel significat statum ecclesie. Primo ratione pugne. Secundo ratione victorie. Tertio ratione hereditatis promisse. Hoc enim nomen israel impositum fuit iacob post luctam et victoriam quam habuit de angelo in itinere existens quando ipse angelus dixit ei. Gen. xxxij. Nequaquam iacob appellabit nomen tuum: sed israel. Quoniam si contra deum fortis fuisti: quanto magis contra homines preualebis. Et in hac lucta et victoria figuratur impugnatio quam debebat habere populus israel ne ingrederetur terram promissionis et etiam victoria quam debebat contra hostes habere. Et ulterius figurabat in hoc impugnatio ecclesie xpi et victoria de inimicis. Primo ergo de impugnatione unum exemplum figurale ponamus. Dicitur enim Exod. xvij. sic. Venit amalech et pugnauit contra israel in valle raphidim. Ista est figura impugnationis ecclesie. qua impugnata est a mundo persequente. vel quam nunc quotidie patitur in suis fidelibus a diabolo tentante. Nam amalech interpretatur lambens sanguinem et significat infideles et tyrannos mundi: qui sitientes sanguinem fidelium et qui fidem ecclesie persequentes: multorum martyrum sanguinem effuderunt. Nunc autem signat diabolum: quia canis quando lambit parapsidem vel incisorium vacuum: ostendit quod ardenter desideret cibum. Unde qui nimis ardenter cibum appetit et querit: dicitur esse leccator. Sic ergo quia diabolus damnationem nostram: quasi cibum ardenter desiderat: leccator seu lambens vocatur: quia ipse totus ardet desiderio mortis nostre: et ideo modum aquile habet. De qua dicitur Job. xxxix. quod pulli eius lambunt sanguinem. Habent etiam modum canum. De quibus. iij. Regum. xxij. Linxerunt canes sanguinem eius. Unde potest dici de diabolo quod sanguinem sanctorum sine intermissione sitiebat. Sed sequitur in isto Amalech quod impugnabat israel. Israel interpretatur vir videns deum. quod signat fideles ecclesie qui vident deum per fidem: et qui sunt de parte dei. et idcirco a diabolo acrius impugnantur. quam qui sunt de parte diaboli. Nam rex non pugnat contra homines suos: sed contra homines aduersarij sui. Sic nec diabolus contra infideles vel malos qui sunt in dominio suo. quia illos oppugnare negligit: quos quieto iure possidere se sentit. ut dicit Grego. sz contra illos pugnat qui sunt de parte dei et qui non curant de regno diaboli. iij. Regum. xxij. Rex autem syrie: scz diabolus precepit principibus curruum dicens. Non pugnabis contra maiorem vel minorem quempiam nisi contra regem israel solum. Numeri. xxj. Chananeus qui interpretatur emularei: idest

diabolus qui inuidet homini pugnauit contra regem israel. Sed sequitur in vale raphidim qui interpretatur dissolutio fortium. Hac enim intentione impugnat diabolus vt dissoluat fortitudinem hominis et eum prosternat. Solet dici quando vnus luctatur cum multis et plures fortes prosternit: iste est bonus luctator. Sic diabolus multos prosternit: qui tamen essent fortes si vellent: sed ipsi cadunt propter suam miseriam: et pauci fortes inueniuntur hodie. Ideo diabolus multos eleuauit in solio superbie: alios prostrauit caro in luctum luxurie alios inclusit mundus in foueam auaritie. ij. Reg. j. Incliti tui israel super montes tuos interfecti sunt. Et sequitur. Ceciderunt fortes in prelio. Unde diabolus habet fortissimum luctatorem. s. mulierum concupiscentiam. que etiam fortissimos prosternunt et occidunt. Prouerb. vij. Multos vulneratos scilicet per consensum deiecit scilicet in peccatum actuale: et fortissimi quique interfecti sunt ab ea. Et fortissimus corpore vt sanson. et fortissimus animo vt dauid. et sapientissimus etiam salomon. Secundo israel significat ecclesiam christi ratione victorie: quia solis fidelibus qui sunt in ecclesia: data sunt arma potentia ad expugnandum et vincendum diabolum et peccatum. Et hec figura tangitur. Exo. xvij. vbi dicitur Cum eleuaret Moyses manus vincebat israel. Ubi tangitur triplex armatura: que facit hominem potentem ad diabolum vincendum. Prima est fidei firmitas: quam significat israel. qui interpretatur videns deum scilicet per fidem. Petri. v. Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens. etc. Alia armatura est sacramentalis gratie: puritas quam significat moyses qui interpretatur sumptus ex aquis. s. baptismi vel penitentie quibus purgantur peccata. Tertia armatura est boni operis assiduitas: quam significat manuum. Ubi nota quod in manu sunt quinque digiti. Primus est pollex. qui potest dici a pollicendo. et significat spem que eleuat rectu supernorum. Secundus est index: et significat mortem que nos facit resilire a peccatis propter penam eternorum suppliciorum: Tertius dicitur medius: qui est elemosyna data pauperibus: que est mediatrix inter nos et deum. Quartus est medicus: qui significat ieiunium quod carnem domat animam conseruat. et peste o anime euenerat. Quintus est auricularius, qui ponitur in aure. et significat orationem que in aures domini intrat. Tenemus ergo digitos istos et ita vincemus diabolum. ps. cxliiij. Qui docet manus meas ad prelium. et digitos meos ad bellum. Tertio nota in auctoritate inducta et diuisa superius: cure dispensationem: quia pater est ad quem principaliter pertinet cura et dispensatio totius domus idest totius ecclesie. Sed aduertendum est quod paternitas siue pater tria importare videtur: scilicet prioritatem: vnitatem: et communicabilitatem. Prioritatem quidem: quia pater est natura prior filio immo etiam tempore in hominibus: quia sicut precedit filium ordine nature: ita debet precedere etiam exemplo vite. vnde debet esse talis quod opera eius virtuosa sint filijs in exemplum. Propter quod dominus dixit iudeis. Jo. viij. Si filij abrahe estis: opera abrahe facite. Hoc autem precipue competit patri spirituali: et maxime summo pontifici qui omnium pater est et ideo omnibus dare debet exempla bene viuendi ita quod mereatur dicere cuilibet christiano illud Hierem. iij. Patrem vocabis me: et post me ingredi non cessabis: Item pater importat vnitatem quia bene potest vnus pater plures filios habere: sed non potest vnus filius habere plures patres. scilicet naturale: sicut etiam ecclesie filij vnum tantum habent patrem generalem et spiritualem in terris: scilicet summum pastorem scilicet quia christus dixit iudeis. Jo. x. Alias oues habeo que non sunt ex hoc ouili: et illas oportet me adducere. et vocem meam audient: et fiet vnum ouile et vnus pastor: et ille pastor est pastor omnium. Unde dicitur Mat. xxiij. Unus est pater vester. Et sicut iste est pastor et pater vnus. ita etiam debet filiorum. i. christianorum non diuisiuus esse: sed iunctiuus et pacificatiuus vt sequatur exemplum christi: qui etiam mori voluit vt filios dei qui erant dispersi congregaret in vnum prout dicitur Jo. xj. Item pater importat communicabilitatem. quia scilicet per generationem communicat filio suum esse: et insuper per gubernationem communicat bona sua: dando alimenta: vestimenta et alia necessaria. Sic summus pastor et pater esse spirituale et virtuosum quod in se habere debet etiam filijs suis et subditis communicare debet per doctrinam et bona exempla: et insuper prouidere pauperibus abundanter et alimenta et vestimenta et alia necessaria: sicut faciebat beatus Gregorius. ita vt possit dicere finaliter illud Job, xxix. Pater eram pauperum

Secundo in themate

assumpto potest notari de isto sanctissimo patre affectus charitatis, quia noster. scz ppter affectū charitatis ad nos: ita vt rõe dicere sibi potuerim⁹ illō Esa. lxiij. Tu enī pater noster es. pater scz plātione: sed noster affectione ⁊ etiā hūilitatis subiectione. Fuit ergo nobis pater paternitate prelationis. Unde Deut. xxxij. Ipse est pater tu⁹ q̄ possedit te. scz iure prelature. Et iō si obedire tenemur parētib⁹ carnalib⁹: multo magis summo patri spūali. Hebre. xij. patres carnis nr̄e habuimus eruditores ⁊ obediebamus eis: al's reuerebamur eos. Non multo magis obtēperabimus patri spirituū. i. spiritualium filiorū. Sed vlterius iste pater dicit̃ esse noster ex spūali affectione in qua nō solū erat vt pat̃: sed etiā vt amicus, ita vt dici possit de ipso illud Ioh. xi. Amicus noster dormit. scz dormitione mortis: que assimilat̃ dormitioni propter quietem a labore: ⁊ ppt̃ spē excitationis. i. future resurrectiōis a mortuis. Potuit etiā dici noster ex humilitatis reputatione: qr q̄uis esset dn̄s: tamen reputabat se seruū omniū seruorū dei. ⁊ hic est cōmunis titulus in litteris summorū pontificū et quātū ad hoc non differt a seruo cum sit dn̄s omnium. Sic ergo summi pontifices debent esse vt serui in sui reputatione: sed tamen dn̄i sunt dignitatis prelatione. Iuxta illud Threnorū. v. Serui dominati sūt nostri. Unde ⁊ quidā dixit. Erant tibi roma olim domini dominorū: serui seruorum nunc dominantur tibi. Unde debent esse solliciti pro subditis sicut serui pro dominis. Marci. x. Quicūq̄ voluerit inter vos primus esse: erit omnium seruus. i. Corī. ix. Omnium seruum me feci. D

Tertio quoq̄ ī thema

te assumpto notat̃ defectus corruptibilitatis: qr mortuus est. Ubi notādū q̄ sicut medicina amarissima de se non est appetibilis: nisi inquantum perducit ad sanitatē; nec pugna nisi pducat ad victoriam: sic nec mors est appetibilis: cū sit malū nature ⁊ priuatio vite: nisi solū quantū perducit ad meliorē vitā. ⁊ hec est vita btā que in solo deo habetur. Et qr pie credere possumus q̄ hic pater noster sanctissimus qui nūc defunctus est: ad illā beatā vitā vel iā transierit: vel saltē cito sit trāsiturus: ideo possit nobis lugentib⁹ dicere illud Gal. ij. Mortuus sum vt deo viuā. In quibus q̄dē verbis duo nobis de suo statu insinuat.

Nam primo quidē ostendit se pertransisse terminū vite temporalis siue naturalis: cum dicit. mortuus sum.

Scd̄o v̄o insinuat se peruenisse ad premia vite immortalis: cū subdit. vt deo viuā.

Circa primum notandū est ad h̄ q̄ ex eo q̄ est mortuus assecutus esse credit̃ triplicem libertatem. Primo quidē libertatem a pctō: qr non potest a peccato de cetero maculari. Nam q̄diu aīa est in corpore corruptibili. habz volūtatem vertibilē ad bonū ⁊ ad malum: nec est aliq̄s in carne viuens qui possit ex toto absolui a peccato: nisi p gram specialē sicut beata v̄go maria fuit. Et ratio huius est. qr licz volūtas non possit cogi a carne. tn̄ qr multum inclinat̃ ab ea ppter vehementes passiones quas homo a corpe patitur: volūtas ad malum impellitur. Propter qd̄ dicit aplūs Roma. vij. Infelix ego homo quis me liberabit de corpe mortis hui⁹. i. peccati. ⁊ propter tales impulsum nullus est q̄ possit carere peccato. Unde. i. Ioh. i. Si dixerimus q̄a peccatum non habemus. ipsi nos seducimus ⁊ veritas in nobis non est. Sed ab hoc liberamur per mortē. qr si homo sine pctō decedit: ita confirmatur ī bono q̄ nō potest flecti ad malum. Illi enim qui moriuntur aut sunt boni aut mali. Sed post mortem sicut dicit Augu. bonis voluntas: malis v̄o facultas non potest esse peccandi ⁊ ita mortui amplius peccare nō possunt. ⁊ ideo etiā in dānatis mala voluntas ponitur esse pena non culpa. Unde iste pater noster qui per penitentie sacramentum ⁊ p alia sacramenta que deuote assumpsit purgatus a pctō recessit ⁊ p mortem ipsā hanc libertatem accepit vt amplius non possit a peccato maculari: Unde Ro. vi. Qui mortuus est iustificatus est a peccato: Scd̄o ex eo q̄ est mortuus liberatus est a mundo vt non possit de cetero vel ab eius prosperitate decipi. vel ab eius aduersitate turbari. Nā sicut in mundo est varietas ⁊ mutabilitas nature: ita et fortune. Mutabilitas nature apparet in elementorum qualitatibus. quia vno tēpore dominantur elementa inferiora scz quando sol vadit versus capricornū: ⁊ alio tēpore do

minãtur elementa superiora. vt qñ sol va-
dis versus cancrũ: et tũc incipit fieri gene-
ratio. et ſm hanc mutationẽ generanť fri-
gora et calores venti et pluuie. Item appa-
ret mutabilitas nature in tpoꝝ vicissitu-
dinib9 ſm quattuor tempora anni qb9 di
stinguitur tẽpus. scz ver: estas: autumnus:
et hyems. qr sol in duabus tropicis scz can
cro et capricorno facit estatẽ et hyemẽ: et in
duab9 eqnoctialib9 punctis que sũt aries
et libra facit ver et autumnũ. Apparet etiaȝ
mutabilitas nature in hominibus ex va-
rietate etatũ et complexionũ et diuersorum
accidentiũ. Sic est in hominibus mutabi
litas fortune ſm pſperitates et aduersita-
tes quas patiũtur diuersimode ſm diuer
sas miserias. Propter qđ dicebat Boetius
in pmo libro de consolatione pħie. Quid
me felicẽ totiens iactastis amici. Qui ce-
cidit stabili nõ erat ille gradu. Nec est ali-
quis tã magn9 aut felix q̃ frequenter non
patiať aduersa et animã suũ perturbatiua
siue sit papa siue quicũqȝ alius. Vñ vale-
rius maxim9 dicit ꝙ nulla est prorsus tan-
ta felicitas que dẽtes malignitatis euade
re possit. Et boetius quoqȝ dicit ꝙ hũane
felicitatis dulcedo multis amaritudinib9
est respersa. Sed ꝑ mortem ereptus est pa
ter noster defunctus ab oĩbus huius mũ-
di laboribus: et varietatib9 et anxietatib9.
Et ex ista parte mors videť quibusdam ho
minibus esse melior ꝙ̃ vita. vñ Tobie. iij.
Expedit mihi mori magis ꝙ̃ viuere. Et
Eccl's. iiij. Laudaui magis mori ꝙ̃ viue-
re. Tertio qr mortuus est liberatus a pra-
uorũ consortio. Maloꝝ em̃ collegiũ et con
sortium periculosum est et subditis et pre-
latis. Subditis quidem est frequẽtius ad
magnũ impedimẽtũ salutis. Propter qđ
beato Arsenio querẽti viã salutis: vox de
celo dixit. Arseni fuge hoĩes et saluaberis
Nã sicut nos videmus ꝙ elementa vbi se
contingunt alterantur et corrumpuntur a
ꝓprietatibus suis: sicut terra ab aqua hu
mectať: et aer infrigidať: et ab igne inflam-
matur: ita hõ a prauo consortio cui adhe-
ret inficiť aut in vita: aut saltem in fama.
Vñ vnus prauus homo inficit vnã totam
cõgregationẽ: et vna ouis morbida corrũ-
pit totũ gregem: et vnus malus humor to-
tũ corpus. Et sicut etiaȝ dicit apls. j. Coꝝ.
v. Modicũ fermentũ totã massam corrũ-
pit. Propter qđ et Aug. in regula iubet ta-
les eijci de monasterio: ne cõtagione pesti-
fera plurimos ꝑdant. sicut medicus putri-
dũ mẽbrũ abscindit et malũ dentem extra-
hit de maxilla. Vñ diligẽter debȝ se qlibȝ
custodire a praua societate: qa q̃ tetigerit
picẽ inqnabiť ab ea. Eccli. xiij. Est etiaȝ pe
riculosum ꝑlatis habere maloꝝ hoĩm con
tuberniũ: qr qñqȝ prelat9 decipiť eoꝝ con
silijs. Item qr ex maloꝝ familiaritate et ad
herẽtia crediť ipe min9 bonus. Vñ Berñ.
ad Eugeniũ dixit. Tu ne sanum dixeris do
lẽtem latera: neqȝ bonũ innitentẽ malis.
Preterea si ꝑlatus sentit in colegio malos
viros si corrigit eos hȝ implacabile belluȝ
si sustinet et non corrigit fit particeps pra-
uitatis eoꝝ. sed meli9 est bellare ꝙ̃ prauũ
fieri. sȝ illud ampli9 molestũ. Sed ab his
hõ bon9 ꝑ mortẽ liberatur. qr si bñ moriť
exit de consortio prauorũ et transit ad con-
sortiũ sctõꝝ angeloꝝ. qr scz sctĩ in celo ſm
Grego. ad angelorũ ordines assumuntur.
In cuius signũ dr Luce. xvj. Factum est vt
moreretur mendicus et portareť ab ange-
lis in sinũ abrahe. ꝑ quẽ sinum intelligiť
requies beatoꝝ. Scđo in auctoritate in-
ducta ostenditur hic pater noster defun-
ctus ꝑuenisse ad premiũ vite immortali-
tatis: cũ dicit. vt deo viuat. Nã licȝ sit mor
tuus mundo viuit cũ deo. et mors quidem
fuit transitoria et vita est ꝑpetua. quia sicut
dicitur de xpo Roma. vj. Mors illi vltra
non dñabiť ꝙ em̃ mori. etc. Et hec est vita
gaudiosa quam scz habet in deo. ſm illud
Abachuc. iij. Ego autẽ dño gaudebo: scilȝ
gaudeo interiori videndo diuinitatẽ. et ex
ultabo in deo iesu meo scilicȝ exultatione
etiam exteriori videndo iesu humanitateȝ
Ad quam nos perducat etc.

¶ In funere vni9 cardinalis. Sermo. iij.

Vidi dñm stan-
rẽ sup altare: et dixit. Per-
cute cardinẽ et commoueã
tur superliminaria. Amos
ix. Nos videm9 i bellis ac
cidere ꝙ qñ illi qui fortiores sũt et probio
res ꝑcutiunť et ꝓsternunť et nõ valent resi
stere hostibus ꝙ alij terrenť et fugiũt. Vñ
dicitur. j. Regũ. xvij. ꝙ videntes philistei
ꝙ mortuus esset fortissimus eorum: scilȝ
Goliath: fugerunt. Et in codẽ caplo. xxxj.
dicitur ꝙ vidẽtes filij israel q̃ erant trans
vallẽ et trans iordanem ꝙ mortuus esset

saul ⁊ tres filij eius reliquerunt ciuitates suas et fugerūt. Cōstat aūt ꝙ post summū pontifices potentiores ⁊ maiores sunt ī romana ecclīa dn̄i cardinales. Et iō qn̄ aliquis eoꝝ a morte ꝑcutit̄. ⁊ ꝓsterniẗ: ⁊ velit nolit excit̄ ab oī glīa sua: nec morti resistere pōt quin priuet eum capello: inferiores ꝑlati ac minores clerici magis terreri. et cōmoueri debent: ad cōpunctionem ⁊ fugam pctī: et ad cōtemptū mūdi: ⁊ ad ꝑparatiōe sui. et hoc est qd̄ licz figuratiue: innuit̄ in verbis ꝓpositis. vbi dicit ꝙ dn̄s dixit sciłz morti ꝑcute. i. fecit vt ꝑcuteret: qꝛ dei dicere est facere: cardinem. i. cardinalē. ⁊ sequitur. ⁊ cōmoueant̄ supliminaria. i. ceteri ꝑlati. Dicit ergo meū thema. Uidi dn̄m stantem ⁊c. A In quibus verbis de isto reuerendo dn̄o cardinale defuncto quattuor Amos propheta describit.

Et primo quidem officium sanctitatis cum dicit. vidi dūm stantem super altare.

Secundo statum dignitatis: cū subdit. cardinem. i. cardinalem.

Tertio obitū hūilitatꝫ. cū addit̄ percute.

Et quarto exemplum vtilitatis: qꝛ commoueantur superliminaria.

Circa primū attendēdū

est ꝙ dominus quem vidit christus est: qui stare super altare dicitur. quando super altare offertur siue sacrificatur in missa. Et in hoc innuitur precipuum officium ipsorum cardinalium quod est officium sanctitatis: quia omnium cardinalium officium precipuum est sicut scitis circa altaris ministerium siue sacrificium deseruire. Nam quidam eorum sunt episcopi: quidam presbiteri: quidam vero diaconi. Eposcopi q̄dez quorum tituli sunt septem. vt ostiensis: pontuensis. albanensis. penestrin⁹: sancte ruffine: ⁊ tusculanus. Presbiteri vero cardinales. xxviij. numero diuisi per numerū septenariū residuis q̄ttuor patriarchalibus ecclesijs sunt intitulati ad celebrandum. Diaconi vero cardinales ad ministerium domini pape deputati sunt. xvj. Sed attendite quales ministros oporter esse dominos cardinales vt circa altare dn̄i ⁊ circa etiam ecclīe dei regnū dignū posset ministeriuz ⁊ obsequiuz exhibere. Hoc em̄ ꝓpħa in ps. xxv. ostendit breuiter dicēs. Lauabo inter innocentes ⁊c. vt audiā vocem laudis ⁊c. In quib⁹ quidē verbis ostendit eis quinqꝫ

Primo quales debeant esse in operatione qꝛ debent habere opa mūda. ⁊ iō dicit. Lauabo man⁹ meas. glosa. i. mūda faciā opa mea. Et si queris quō respōdet glosa penitendo ⁊ confitēdo. q. d. etsi non possit fieri quin aliqn̄ inquinent̄. frequēti tn̄ penitudine et cōfessione lauentur. Sed ne periculosa lepra inficiant̄. i. symonie attendendū est illud Esa. xxxiij. Qui ꝓijcit auariciam et calumnia excutit manus suas ab omni munere. ⁊ subdit. Hic ī excelsis habitabit Debet ergo sic manus excutere vt ex acceptis muneribus nō efficiatur symoniac⁹. Uñ Job. xv. di ꝙ ignis. i. dei deuorabit tabernacula eorum. i. animus vel etiam corpora qui munera libenter accipiunt. De q̄ bus etiam dicitur. j. Reg. viij. Acceperunt munera ⁊ peruerterunt iudicium. Et ideo faciendum est sicut legitur Jaco. iiij. Emōdate manus peccatores ⁊ purificate corda duplices animo. Secundo ostendit propheta qualis debeat esse cardinalis minister domini in conuersatione. quia inter innocentes sciꝫ conuersari debet sed hoc non potest facere si habꝫ malos familiares malos amicos cōsiliarios aut domesticos cupidos blandiētes. deceptores aut iniquos. Dicunt ergo astrologi ꝙ planete qui de se sunt beniuoli ex cōiunctione malorum efficiuntur maliuoli. Sicut iuppiter est planeta beniuolus: et tamen dicunt ꝙ si coniungitur marti qui dicitur planeta maliuolus: efficitur non bonus. quia causabitur vt dicunt ex tali coniunctione: que dicitur coniunctio media: corruptio aeris et guerrarum. De luna etiam dicūt ꝙ quando coniungitur bonis est bona: et cum malis est mala. verbi gratia. dicunt enim ꝙ si luna coniungatur cum saturno. qui propter excessum frigiditatis ⁊ tarditatis motus dicitur planeta maliuolus: tunc luna ei coniuncta dicit̄ infortunata ita ꝙ tūc nō est bonū dare medicinas nec aliqd̄ opus ī cipere corporale cuius q̄rit̄ bonitas finis Si vero cōiungat̄ luna ioui qui dr̄ planeta beniuolus tūc est fortunata et tūc est bonū īcipe opa quoꝝ querit̄ bonitas finis. Sic ergo accidit in hoīb us testante ps. qui ait. Cum sancto sanct⁹ eris ⁊ cū innocente ⁊c. Tertio ostendit̄ qualis dꝫ esse in interiori cōpositione: cū dr̄. circūdabo altare tuum qd̄ glo. exponit de altari interiori. i. cordis qd̄ dꝫ circūdari. i. ornari virtutib⁹: alioquin

non digne ministraret ad altare christi: exterius. Non enim sine mysterio cum preciosis et varijs vestibus ministrat ad altare: quia ille vestes preciose et varie exteriores significant interiores vestes et habitus diuersarum virtutum quibus mentes eorum debēt circūdari et ornari. Fm illō ps. xliiij. Astitit regina. scz altari. tibi ministrando. Regina .i. anima cuiuslibet ministri q̄ in libertate arbitrij creata facta est vt dominetur omnibus passionibus corporis et omnibus que mūdi sunt tanq̄ regina quedaz et spōsa regis eterni. Sed astitit a dextris tuis. i. in intentione eternorum bonorum vel q2 corpus christi ad quod ordinat̄ omne ministerium altaris modo est a dextris. i. ī vita immortali: quod tamen primo fuit. a sinistris scz dum fuit in carne mortali. Sequitur. in vestitu deaurato. i. in ornamēto bonorum operum: que debent esse deaurata. i. auro charitatis informata circundata. i. adornata etiam varietate aliarum virtutuz. Quarto ostenditur in auctoritate allegata et diuisa superius qualis debeat esse in dei veneratione. cum subdit. vt audiā vocem laudis tue. non mee. Non enim debet delectari in vocibus et verbis blanditorum neqz in vocibus vanorum cantilenarū aut in sono viellarū et musicorum: sed in vocibus diuine laudis et officij in quo deus laudatur. et hoc est quando diuinū officiū quotidie et audiunt et dicunt integraliter. vñ dicebat ps. xxxiij. Benedicam dñm in omni tpe semper laus eius in ore meo. Et idē. cxviij. Septies ī die laudez dixi tibi &c. Quinto ostenditur q̄lem debēt esse in p̄dicatione: cū subinfertur. et enarrez vniuersa mirabilia tua. glosa non mea. Debet ergo enarrare predicādo verba et opa dei: q̄ vniuersa sūt mirabilia: Nam sicut summus pontifex hz officiū xp̄i cuius ipse est vicarius. ita domini cardinales habent officium aplorum. de quibus in ps. xviij. dr Celi enarrāt gloriā dei. et dicuntur celi propter altitudinē dignitatis et conuersationis. de quo apl's Philippē. iij. Nostra conuersatio in celis est. B

Secūdo ī assumpto themate

de isto dño defuncto describit̄ status dignitatis quem habuit in ista eccl'ia in eo q noiat cardinem. Fuit enī cardinalis sacrosancte romane eccl'ie. Status aūt cardinaliū factus et ordinatus est nō ad pōpā seculi vanitatis. sz ad amorē et officiū eterne felicitatis: qd ostendit capellum rubeuz qd portāt super caput. Quid enī est capellum rubeū et ignei coloris: nisi cor inflāmatum et feruiduz flamma diuini amoris: qd quidem cappellū eleuatur in medio et ad latera demittit: qr scz eorum charitas feruens et eleuari dz p timorē dei: et demitti siue deflecti ab amorē et obsequiū proximi. Et de talibus cardinibus. i. cardinalibus dr Deute. xxx. Si ad cardines celi fueris dissipatus inde te retrahet dñs deus tuus: et assumet atqz introducet in terram quaz possederūt patres tui. In quibus quidē verbis de dñis cardinalibus tria breuiter describuntur.

Nā primo de eis moyses describit dignitatis sublimitatē: qr vocat eos cardīes celi.

Secundo vero describit morū humilitatem: cum subdit. fueris dissipatus.

Tertio beatitudinis felicitatem: cuz additur. inde te retrahet &c.

Dicit ergo quoad primū. Si ad cardines celi. i. ad cardinales. fueris supple assumptus. i. ad cardinalatus dignitatē. Sed hic notandū est q vocat eos cardines celi alij enī sunt cardines celi et alij cardīes terre. cardines enī terre dicunt̄ q totū statum cardinalatus sui et studiū nō ordinant nisi ad terrena vel ad terrenas diuitias acquirendas vel ad terrenas pōpas ostēdendas. vel ad terrenas cōsanguineitates magnificandas. Et de talibus dr. j. Reg. ij. Dñi enī sunt cardines terre: et posuit sup eos orbez. dñi inq̄t sunt tales. etsi non p gram tū subiecti p potētiaz. qr. s. quātūcūqz sint magni: subiecti tū sūt omnipotentie dei. et posuit sup eos orbē. dū viuūt cardinales sunt q̄si positi supra orbē: sed ex q̄ se demergunt ad infima et terrena demerget illos merito vt sint sub toto orbe idez enī est dicere poni sub orbe et ponere super eos orbē. certe si infernus infra terrā est sub toto orbe est qr oīa sup se hz et terrā et aquā et ignē et aerē et celū. Idē ergo est poni sub orbe qd poni in inferni gehenna. vt pugnet orbis terrarum contra insensatos. Sed cardines celi dicuntur illi qui habēt affectū et studiuz suū totū ad celestia directuz et circa tales deus pambulare dr. Nā sicut de diabolo scriptū est Job. j. q dixit Circuiui terram et perambulaui eam. Ita ecōtrario de deo dicit̄ Job. xxij. Circa cardinales celi perambulat. idest circa cardinales celestes perambulat eos protegen-

do eos dirigendo ⁊ eos perficiendo. Pro-
tegit vt maneant: dirigit vt perficiant: per
ficit: vt gaudeant. Scđo aūt in auctorita-
te inducta describitur humilitas mortis
cuiuslibet cardinalis: cū dr̄. fuerin dissipa-
tus. Ubi aduerte q̄ quilibet hō dr̄ duplici
ter dissipari. Uno mō quantuȝ ad aīam p
peccm̄. sed pōt hic p pniaȝ reparari: alś nū.
Uñ in ps̄. xxxiij. dr̄ de impenitētib⁹. Dissi-
pati sunt nec cōpūcti. ⁊ tales pereunt per
eternū interitū ɓm illud Job. vj. Tpe quo
fuerint dissipati pibunt. Alio mō dissipat
hō ɓm corp⁹. s. p obitū vel iteritū mortis ī
qua dissipat corpis vita ⁊ valitudo ⁊ pul-
chritudo ⁊ tollit oīs sensus ⁊ motus ⁊ dissi
pat tota carnis substātia ī putredinē ⁊ in
vermē ⁊ in puluerē resoluta. vñ Esa. xxiiij.
Dissipatōe. s. mortis dissipabit terra. i. hu
manū corpus de terra factū ⁊ in terra reso
lutum. ¶ Tertio in auctoritate inducta
describit moyses beatitudinis felicitatem
ad quā p mortē mediam pducit hō iustus
cū dr̄. inde te retrahet ⁊c. Ubi aduertēduȝ
q̄ aīa iusti viri recipit in morte triplicem
grām. s. eductiōis deductiōis ⁊ ītroductio
nis. Primo educit a miserijs. s. corporis ⁊
mūdi. ⁊ quātum ad hoc dicit inde. s. a loco
dissipationis ⁊ mortis te retrahet. Primo
scȝ quātū ad aīam in morte: ⁊ quātum ad
corp⁹ in resurrectiōe qñ ipsa creatura. s. hu
mana liberabit a seruitute corruptionis.
Ubi nota q̄ in hoīe iusto mortēte fit retra
ctio a seruitute ī libertatē. vñ postq̄ dixit
apl's Ro. viij. Liberabit a seruitute corru-
ptionis: subdit in libertatē glorie filiorū
dei. Sed ī hoīe pctōre fit retractio a liber
tate in seruitutē. Nā ille q̄ baptizat vel pe
nitet dimittit liber a seruitute diaboli vel
pcti: sed qñ postea peccat retrahit ad ser-
uitutē. vñ. Hiere. xxxiiij. Retraxerunt ser-
uos suos ⁊ ancillas quos dimiserunt libe
ros. Scđa gratia q̄ fit iusto morieti est de
ductiōis. Ideo dicit ⁊ assumet. q: qñ assu
mi dȝ ad gloriā deducit cū honore ab an-
gelis. tunc eñ deducit aīa tanq̄ spōsa ad
nuptias viri. vñ dñs dicit Sap. vij. Que-
siui sponsam mihi eā assumere. De ista as-
sumptione dr̄ Deut. xxix. Assumet ebria si
tientē. ebria est ecclia triumphans vbi in
ebriat ab vbertate dom⁹ dei: q̄ assumit ad
se aīam iusti sitientē. sic dr̄ in ps̄. xlj. Siti-
uit aīa mea ad deū fontē viuū ⁊c. Tertia q̄
fit iusto morienti est introductiōis in gau

dium dñi sui in gloriam: dñi sui in gloria
paradisi. ⁊ ideo dicit in auctoritate indu-
cta. Introducet in terram quam possede-
rūt patres tui. Patres nostri sunt aposto-
li: qui iam possederunt ⁊ possident terram
viuentium. Nota si aliqui heredes habe-
rent diuidere possessionem nullus vellet
habere partem suam in loco in quo citu
morerentur homines: sed in loco sano vbi
diu viuerēt. Et in tali loco portionem suaȝ
petebat ps̄. dicēs. cxlj. Portio mea domine
sit in terra viuentium. Et in talem terram
introducit aīa iusti post mortē: vbi nunq̄
est infirmitas nec mors nec penuria, nec
molestia nec aliquid mali: sed est ibi abun
dātia omnis boni. Uñ Deut. viij. Dñs de⁹
tuus introducet te in terrā bonā: terraȝ ri
uor aquarūq; ⁊ fontiū. Et post. Ubi absq;
vlla penuria comedes panem tuū: ⁊ rerū
oīm abūdantia pfrueris. ⁊ sequit. Ut cuȝ
comederis ⁊ saturat⁹ fueris benedicas do
mino deo tuo p terra optima quā dedit ti
bi. ¶ Tertio in themate assumpto nota
tur obit⁹ humilitatis: qr dixit. s. dñs mor-
ti: pcute. s. eū. Nō est arbor ita alta ⁊ tā for
tis q̄ a radicib⁹ pcussa ⁊ succisa non pster
natur ⁊ humilief: sic nullus est tam potēs
aut magnus quem non prosternat securis
mortis pcutiens ipm in radicibus vite. sȝ
ecce iaȝ securis ad radicem arboris posita
est. Mat. iij. Sed nota q̄ de⁹ percutit ho-
minē aliqñ leuiter ad correctionem: aliqñ
fortiter ad occisionem: aliqñ fortissime ad
dānationē. De pma pcussione dr̄ Osee. vj.
Ipse percutiet ⁊ curabit nos. Ista pcussio
est aliq̄ tribulatio vel infirmitas qua deus
percutit nos ⁊ hoc facit ad curationeȝ: qñ
eñ est apostema in interiorib⁹ tūc indiget
magna cautela: ⁊ certe istō apostema opȝ
pcutere ⁊ cōprimere aliquotiens ⁊ cū rasu
rio incidere: ⁊ hoc nō fit ad mortē sȝ ad cu
rationē. ita certe apostema pcti est piculo
sa infirmitas. ⁊ ideo ipum dñs aliqñ pmit
īmittēdo aliquā infirmitatē aliqñ icindit
cū rasorio immitēdo aliquā tribulationeȝ
⁊ multi curati sunt a pctō pter infirmita
tes ⁊ tribulatiōes ⁊ emendauerūt vitā suā
⁊ hoc nō facit dñs pter mortē sed pter
curationem: vel ad maiorē glorie cumula
tionē. sicut in Job ⁊ Tobia, vel ad maiorē
humiliationeȝ. Prouer. xxiij. Noli subtra-
here a puero disciplinā: si eñ percusseris
eū virga nō moriet. Tu virga pcuties eum

et aīam eius de inferno liberasti. Unde si/
cut falx percutit fenum ⁊ facit ipsum are/
scere: sic tribulatio vel infirmitas siccat in
homine humorem peccati iuxta illud ps.
cj. Percussus sum vt fenū ⁊ aruit cor meū
Job. v. Uulnerat ⁊ medetur: pcutit ⁊ ma/
nus ei⁹ sanabūt. Secundo percutit dñs
fortiter ad occisionez. s. qñ facit hoīem mo
ri. ⁊ aliqñ percutit dñs morte subita ⁊ im/
prouisa sicut legitur. ij. Reg. vj. de Oza: ꝙ
iratus est indignatione dñs contra ozam:
⁊ percussit euz super temeritate. qui mor/
tuus est ibi iuxta arcam dei Iste percussus
est morte: qꝛ indebite ⁊ irreuerenter tetigit
arcā dñi. ⁊ arca illa signabat ecclīam. Uñ
cuz figuratū sit potius ꝙꝫ figura: si ille ira
dei ⁊ pcussione mortis dign⁹ fuit q̄ indebi
te cōtractauit arcā: ampliori ira dei ⁊ per/
cussione rei erūt qui indebite ⁊ indigne re
xerint ecclīas dei. vel ſm glosam illa arca
figurabat dñicum corpus. Uñ si ille q̄ irre
uerenter tetigit arcaz immatura morte pu
nitus fuit: multo magis est dignus puniri
qui irreuerēter ꝯtingit corpus dñi. Aliqñ
ſo pcutit dñs hoīem ad mortē p aliquam
infirmitatem seu lesionem p̄cedentem. si/
cut dicitur de Antiocho rege supbo ⁊ tyrā
no. ij. Macha. ix. ꝙ qui vniuersa conspicit
dominus deus israel percussit eum insana
bili ⁊ inuisibili plaga. Et infra dr̄ de ipso.
Igit homicida ⁊ blasphemus pessime per
cussus. ⁊ vt ipse alios tractauerat peregre
in mōtib⁹ miserabili obitu vita funct⁹ est.
Quāqꝫ ſo pcutit dñs fortissime gladio mor
tis vel sententie sue ad dānationē eternā.
Hiere. xxx. Plaga inimici percussi te casti/
gatione crudeli: ꝑpter multitudinē iniq̄/
tatis tue dura facta sunt pctā tua. Quid
clamas sup ꝯtritione tua. Insanabilis est
dolor tuus. Ubi aperte ostendit homini
damnato loquēs ꝙ est sup eū ita implaca
bilis ꝙ culpa eius est inexpiabilis: ꝙ pe/
na eius est irremediabilis. Sed iste vene/
rabilis domin⁹ lꝫ fuerit percussus ad mor
tem corporis: nō tñ ad mortē aīe: sed poti⁹
ad soluiē. ſm illud Nume. xxi. Qui percus
sus fuerit ⁊ aspexerit viuet. D

Quarto in themate as

sumpto subditur exemplum vtilitatis. qꝛ
cōmota sunt superliminaria. Ubi suplimi
naria possunt intelligi prelati: qꝛ vt limi/
naria sunt subditis sup quos sunt prelati.
Unde superliminaria dicuntur prelati q̄
videntes tantum virum ⁊ tam magnū pre
latum mortuum: admirari possunt de tam
contraria mutatione. de viuo in mortuū
de diuite in pauperem. de honorato in ab
iectum. Et in super commouentur ex hor/
rore ⁊ terrore mortis ad suipsius directio
nem. Et ideo dicitur in ps. xlvij. Ipsi vidē
tes sic admirati sunt: conturbati sunt: com
moti sunt: tremor apprehēdit eos. In qui
bus verbis tanguntur quattuor effectus
qui sequūtur ex morte istius dñi. Primus
est admiratio. Nā ex visione istius pñt ad/
mirari ⁊ prelati ⁊ alij videntes oīa magna
lia ei⁹ esse penit⁹ annihilata. s. ⁊ ei⁹ gliam
⁊ eius potētiā: ⁊ ei⁹ sapientiā: ⁊ ei⁹ reuerē
tiam: ⁊ ei⁹ abūdantiam: ⁊ ei⁹ eloquentiaz
⁊ ei⁹ apparētiā. ⁊ sic de alijs. Sap. xi. Com
memorati sunt dñm admirantes in finem
exitus. Cōmemorati inquit sunt dñm istū
scꝫ istum cardinalem quō erat scꝫ inclytus
⁊ gloriosus sapiens eloquens ⁊ honorat⁹
admirantes in finē exitus: scꝫ mortis oīa
annihilantis. Secundus effectus est per
turbatio: qꝛ ꝯturbati sunt: scꝫ familiores ⁊
consanguinei ⁊ amici lugentes eū siue ꝓ/
pter dilectiōis affectum. qꝛ quāto plus qꝰ
aliquem diligit tanto plus conturbaꝛ qñ
ipsum perdit. Sed in hoc debet eos cōso/
lari spes melioris vite: ad quam vadit pro
pter qꝺ dominus dicebat Jo. xiiij. Si di/
ligeretis me gauderetis vtiqꝫ: qꝛ vado ad
patrem. Et apostolus. j. Thessa. iiij. Nolu/
mus vos ignorare de dormiētibus. vt non
contristemini sicut ⁊ ceteri qui spez nō ha
bent. Quidam ſo ꝯturbati sunt ꝑpter dā
nū ꝓpriū qꝺ ex morte eius consequunꝛ: sꝫ
ista conturbatio mitigaꝛ de hoīe qui bene
moriꝛ. sicut beat⁹ Dominicus cōsolatus ē
fratres qui lugebant videntes eū mori di/
cens. Non me lugeatis morientem: qꝛ vti/
liorem me habebitis mortuū ꝙꝫ viuū. Uñ
immoderata turbatio videtur ꝓcedere ex
insipientia hominis non recte consideran
tis ps. lxxv. Turbati sunt oēs insipientes
corde. Terti⁹ effect⁹ est cōmotio. ⁊ ideo di
cit cōmoti sunt. scꝫ ad cōpunctionem qꝛ vi/
dēdo mortem alterius inducunꝛ ad consi/
derationem mortis ꝓprie ex qua conside/
ratiōe sequitur timor ⁊ ex timore sequitur
cōpunctio de peccatis ꝑpter q̄ hō magis
timet mori: ⁊ talis cōmotio valet ad sanc/
titatez aīe, ſꝫ illud ps. lix. Sana cō tritiōes

tius q2 cōmota est. Quart9 effect9 est trepidatio. vnde dicit. tremor apphēdit eos. Ubi nota ꝙ natura inducit ad mortis horrorē ꝛ timorē: sed fides inducit ad tremorē. Naturaliter aīal timet et horret illud qḋ est destructiuum sui esse: sed mors destruit vitā hoīs: ꝛ ꝑ cōsequēs esse: q2 sicut philosophus dicit. viuere est viuentibus esse. Vñ de xp̄o dr̄. Mar. xiiij. ꝙ circa passiones cepit pauere ꝛ tedere. Sed fides q̄ tenet ꝙ post mortē sequit̄ districtū dei iudiciū. sicut dr̄ Heb. ix. ꝙ statutū est hominꝫ semel mori ꝛ post hoc iudiciū. in quo si hō condemnabit̄ nunq̄ liberabit̄: inducit hoīem nō tm̄ ad timorē sed etiā ad tremorē. ꝓpter qḋ dr̄ in ps. liiij. Timor ꝛ tremor venerūt sup me: s3 si iste timor et tremor tātus sit ꝙ inducit ad veraꝫ pn̄iam ꝑ penitentiam postea consequemur gratiaꝫ que si perseuerauerit ꝑducet nos ad gloriam. Ad quam nos ꝛc.

In funere alicuius episcopi vel archiepiscopi. Sermo. iiij.

P

Pontifex ex hominib9 assumpt9 ꝓ hoīb9 constituit̄ in his q̄ sunt ad deū. Hebre. v. Status ꝛ dignitas epi q̄diu ipe viuit est m̄tū honorabilis: sed in morte ē valde formidabilis. Et rō est: q2 q̄diu ep̄us siue pōtifex viuit: ipse preest oīb9 ꝛ habet eos iudicare. s3 quādo morit̄ hab3 ipe iudicari a deo: ꝛ ꝓ hoībus rationeꝫ reddere. Et id ipse est similis peregrino seu hospiti dño q̄ hospitatur in aliquo hospitio. q2 q̄diu in hospitio manet amicabiliter tractat: et tota familia hospitis eū reueret̄: s3 quando deb3 exire districta ratio exigitur: et de oībus perceptis solutio et satisfactio expetitur. Na3 q̄diu pontifex siue ep̄s viuit in mūdo: hab3 multos q̄ amicātur ei: ꝛ q̄ ei reuerentiā impendunt. Sed in morte quando assumit̄ ex hoīb9 statuitur ante iudiciū dei ad reddēdā rationē: non solum ꝑ se: sed etiā pro aīabus sibi commissis. Et hoc est qḋ innuitur et tangitur in verbis ꝓpositis. cū dicit̄. pontifex ex hoībus ꝛc.

In quibus quidem verbis de ep̄o nostro pōtifice seu episcopo defuncto describuntur precipue tria.

Nā primo q̄de3 ostenditur ꝙ ipse tenuit venerabile officium. q2 pontifex. i. ep̄s fuit

Scd̄o ꝙ habuit ineuitabilem exitu3 q2 ex hominibus assumptus est sc3 per mortem ad aliam vitam.

Tertio ꝙ ꝑuenit ad formidabile iudiciū q2 ꝓ hoīb9 sc3 q̄s habuit regere cōstituitur ante deū ad reddendū rationē i his q̄ sunt ad deum. i. que pertinent ad dei iudicium.

Circa primū ergo attēdendum ꝙ officiū qḋ habuit viuēs fuit sacrū et venerabile. q2 fuit pōtifex. Pontifex enī siue ep̄s medius est inter deū ꝛ populū et ideo aliquid debet populo et aliq̄d deo. Populo quidē debet vt sciat ad oēs debite se habere. ꝛ vt studeat indigentibus misericorditer subuenire. et vt nouerit sibi cōmissa fideliter custodire. Quo aūt ad deu3 d3 esse tot9 deuot9. et ad ei9 bn̄placita feruenter intent9. Et de his oīb9 dicit ap̄lus Heb. ij. loquendo. s. ꝓprie de xp̄o: cui9 precipue pontifices ꝛ pastores ecclesiaꝝ suarum debēt esse imitatores in istis. Debuit inquit ꝑ oīa fratribus assimilari vt misericors fieret ꝛ fidelis pontifex ad deum. In quib9 q̄dē v̄bis breuiter tāgit. v. q̄ debent in pontificibus esse vt xp̄m imitentur.

Nam primo quidē ostenditur qualis debeat esse ep̄s in cōi cōuersatione: cū dicit. ꝙ debuit ꝑ oīa fratribus assimilari.

Scd̄o qualis debeat esse in miserorum subuētione. q2 misericors.

Tertio qualis debeat esse in cōmissoru3 conseruatione, quia fidelis.

Quarto qualis debeat esse in gregis sui deductione. q2 pontifex.

Quinto qualis debeat esse i dei veneratione. q2 ad deum.

Circa primū attēdendū est ꝙ ep̄s debet om̄es subditos suos siue clericos siue laicos ꝑ humilitate3 non vt seruos sed velut frēs reputare exēplo. sc3 xp̄i. De quo dicit̄ Hebre. ij. ꝙ nō ꝯfunditur frēs vocare eos sc3 xp̄ianos: et etiā ꝑ charitatē debet om̄s tanq̄ frēs diligere. Et quia amor siue dilectio ɓm dionysiū hab3 v̄tutē assimilatiua3 q2 assimilat amantē rei amate. propter qḋ dicit etiam Hugo de sctō victore. Scio aīa mea q2 in illius rei quā diligis similitudinē trāsformaris. Idcirco dicit ꝙ pōtifex debet ꝑ oīa fratribus assimilari. Et h̄ facit qn̄ scit ad oēs debite se habere: ꝛ cū oībus honeste cōuersari. ita ꝙ om̄ibus prosit. Et rō hui9 est. q2 illud qḋ est cōe multoꝝ deb3



ita haberi vt ad eorum vtilitatem applicetur Episcopus aūt est psona cōis. et ideo dz se ad oīa hr̄e vt omēs edificet et oībus prosit Hoc aūt exēplo suo ostendit apl's dicēs. j. Cor.ix. Omnibus oīa factus sum vt oēs facerē saluos: Ubi dicit glosa ꝙ prudens et diuinꝰ apl's ita oībus cessit ꝙ formam vere honestatis nunꝗ̄ excessit. j. Cor.x. dicebat idem apl's. Sine offensione estote. et post sicut ego p oīa omnibus placeo nō querēs qd̄ mihi vtile est: sed qd̄ multis vt salui fiant. Uel p fratres ipsius epi debent intelligi alij sancti epi. q̄ iam obierūt ante eum: quibus fratribꝰ debuit eps viuēs per oīa bona q̄ fecerunt assimilari. eorum sanctitatē p oīa imitando. qꝛ si fuisset eis assimilatus in vita esset nunc similis eis in gloria ꝟm illud Eccli. xlvj. Similem illū fecit in gloria sctōꝝ. Scd̄o ostēdit qualis debeat esse epus in miserorū cōpassione ꝛ subuentione q̄a misericors. Misericors em̄ dicit quasi miserū cor habēs. scꝫ per cōpassionē afflictorum: vel misericors dicit qui misereretur corde scꝫ cum multo cordis affectu idigētibus subueniēdo. Sed quid dicemꝰ de illis epis qui de his que habere possūt nō pauperibus subueniūt: sed potius consanguineos suos ditare ꝛ magnificare contendunt. Caueant eorum consanguinei ne dicat eis deus illud Esa. iij. Rapina pauperum in domo vestra. Et reddit ibi rationē Hiero. eo ꝙ bona ecclesiastica pauperū sunt. Aduertendū tū est hic ꝙ bona ecclesiarū sicut dicit sanctus Tho. non sunt solum expendenda in vsus pauperum: sed etiā in alios vsus ve ad cultum diuinū ꝛ necessitates ministrorum. Et iō si de eo qd̄ vsui episcopi vel alterius clerici deputatū est: ipse vellit sibi subtrahere ꝛ consanguineis vel alijs dare nō peccat: dūmodo illud faciat tēperate. i. vt nō indigeāt: non aūt vt ditiores inde fiant. vnd̄ Ambrosius dicit in libro de officijs. Est approbāda liberalitas vt proximos seminis tui ne despicias si egere cognoscas: non tū vt illi diuites se velint esse ex eo qd̄ tu conferre potes inopibꝰ Sed q̄d rursus dicemus de illis q̄ pauperibus ꝛ indigētibꝰ subtrahūt vt thesaurū possint facere vel possessiones ecclesie sue amplius augmētare. Certe dicit sctūs Thomas de aquino ꝙ bona ecclesiarū vsibus pauperū deseruire debent. Et ideo si quis necessitate nō imminente pro uidendi pauperibus de his q̄ superfluunt ex puentibus ecclesie possessiones emat: vel in thesauro repōnat in futurū vtilitati eccl'ie ꝛ necessitatibꝰ pauperū laudabiliter facit. Si ꝟo necessitas īmineat pauperibꝰ erogādi supflua cura est ꝛ inordinata vt aliq̄s in futurū cōseruet qd̄ dn̄s phibet Mat. vj. Nolite solliciti esse in crastinū. i. in futurū. Ergo imminēte necessitate pauperū debet eps ꝛ clericus facere vt scribitur Tobie. iiij. Quō potueris ita esto misericors. Tertio quoqꝫ ostendit qualis debeat esse epus in cōmissorū cōseruatione vel etiā dispēsatione. qꝛ scꝫ debꝫ esse fidelis. Est em̄ sibi cōmissa cura gregis sui ꝛ animarū subditoꝝ suorū. Et ideo in custodiēdis illis dꝫ esse fidelis. vt plus curet de ouibus q̄ꝫ de lana: ꝛ plus de salute aīarum ꝙ̄ de acq̄sitione pecuniarum. Dixit em̄ dn̄s petro. Pasce oues meas. nō dixit emulge aut tonde oues meas. Unū si aliter facit infidelis est. Prouer. xij. Qui fideliter agūt placēt ei. scꝫ deo. Est etiā cōmissa episcopis dispensatio bonorū ecclesiasticorū: non solū bonorū spiritualiū: sed etiam temporaliū. Hic ergo vt dicit apl's. j. Cor. iiij. Jam queritur inter dispēsatores vt fidelis quis inueniat. Ubi aduertendum ꝙ aliter est dicendum de proprijs bonis que epi possidere possunt: ꝛ aliter de bonis ecclesiasticis. Nam propriorum bonorum verum dominiū habent. vnde ex ipsarum rerum conditione non obligantur vt talia dispēsent vel conferant alijs: sed possunt ea vel sibi retinere vel alijs p libito elargiri: possunt tamen in eorum dispensatione peccare. vel propter inordinationē effectus p quē contingit vt vl' sibi plura cōseruent ꝙ̄ oporteat: vel ꝙ etiam alijs nō subueniant. ꝟm ꝙ requirit debitū charitatis: nō tamē tenentur ad restitutionem ex eo ꝙ huiusmodi res sunt eorum dominio deputate. Sed ecclesiasticorū bonorū sunt epi dispēsatores vel pcuratores. Dixit em̄ Augustinus ad bonifaciū. Si priuatū possidemus qd̄ nobis sufficiat non illa nostra sunt: sꝫ illorum quorū pcurationē gerimus non proprietatē nobis vsurpatione dānabili vendicemꝰ Ad dispensationē autem requiritur bona fides. Unde Luc. xij. Quis putas est fidelis dispensator. Bona autem ecclesiastica ad diuersos vsus debent dispensari. Unde dicitur. xij. q. ij. De redditibus ecclesie

vel oblatione fideliu; solo epo ex his vna portio remittatur. due ecclesiasticis fabricis et erogationi pauperu; a psbytero sub periculo sui ordinis ministref. vltima clericis p singulo; meritis diuidaf. Si ergo distincta sint bona que debent vsui epi cedere ab his que sunt pauperib9 et ministris et cultui ecclesie eroganda: et eps sibi aliquid retinuerit de his q sunt pauperibus eroganda vel in vsus ministro; aut in cultum diuinum expendedu: no est dubiu quin contra fidem dispensationis agat et mortaliter peccet et ad restitutione; tenef. De his aut q sunt spaliter suo vsui deputato videf esse eade ratio q de ppriis bonis vt sc; pter imoderatu affectu et vsu; peccet quide si imoderata sibi retineat et aliis no subueniat sicut requirit debitu charitatis. Si vo no sint pdicta bona disticta eorum distributio fidei eius comittif. Et si quide in modico deficiat et superabundet: pot hoc fieri absq; bone fidei detrimento q: non pot ho in talibus punctaliter accipere illud qd fieri op;. si vo sit multus excessus non pot latere. vn videtur bone fidei repugnare. et ideo no est sine pcto mortali. Debet ergo ita fideliter et prudeter dispensare vt possit de ipso dici illud Matt. xxiiij. Fidelis seruus &c. Quarto ostendif qualis debeat esse epus in sui gregis deductione. quia debet esse pontifex. i. pontem ei faciens ad transeundum per hanc vallem lachrymarum et mundi fluuium a bonis presentibus ad bona futura. Heb. ix. Assistens pontifex futurorum bonoru;. Debet em deo assistere p grege suo orando et sacrificium offerendo. et debet esse pontifex futurorum bonoru;. i. pontem. hoc est viam faciens ad bona futura. sc; exempla bene viuendi et contemnendi mundum eis exhibendo. Quinto ostendif qualiter eps habere se debeat ad deum: qi debet esse ad deum deuotus et attent9 Debet ergo se hre ad deu obedienter vt sc; deo magis q hoibus in omnibus obediat. Item fideliter vt in oib9 suis opibus ad ipm intetione; dirigat. Ite familiariter vt orando et coteplando ei frequentius assistat. vt cu ps. dicat. lxxii. Mihi adherere deo bonum est. B

Secundo ostenditur in

themate assumpto q iste dns defunct9 habuit ineuitabile exitum sc; mortis: p quem sc; est ex hoibus assumptus. s. ad aliam vita. separat em mors ab hoibus hic viuentibus. ita vt neq; filios neq; parétes aut fratres aut consanguineos alios quoscuq; debeat ampli9 hic videre. Ecce iste q heri habebat domicellos et famulos et clericos et familiares multos sibi seruientes de cetero nullu habebit q sibi seruiat in aliquo ministerio. Dan. iiij. Eijcient te ab hoib9. Ite; mors assumit. i. aliud sumit. s. ad aliu statu Est ergo mors sicut aquila. de qua dr Deutero. xxxij. Sicut aquila puocans ad volandum pullos suos et sup eos volitas expandit alas suas et assumpsit eos. In quibus verbis quinq; describuntur de morte.

Et primum est ipsius officium: quia est sicut aquila.

Scdm vo est ipsius beneficiu. quia prouocat ad volandum pullos suos.

Tertium ipsius iudicium: quia sup eos volitat.

Quartum est ipsius instrumentu;: quia expandit alas suas.

Quintum est morientium premium. qr assumpsit eos.

Assimulatur ergo primo mors aqle propter officiu. Na officium mortis est educere vinctu de carcere. i. spm de corpe: et istu; exitu exoptant sancti viri sicut dauid dicebat. Educ de custodia. i. de carcere de9 aia; mea. Et apls Phil. i. Desiderium habens dissolui et esse cum xpo. Sed mali istum exitum expauescunt: ne post exitum deducantur ad supplicium. vnde nolunt egredi sicut Joab nolebat egredi de tabernaculo vt non occideretur. iij. Regu. ij. Istud officium mortis sc; educere spm de corpe representat figuratiue aquila illa grandis. de qua dr Eze. xvij. q volauit ad cedrum et tulit medulla cedri. qd est altitudo cedro; nisi supereminés dignitas ordinis eporu. Eze. xxxi. Cedri non fuerunt altiores eo. s. eporum ordine. Sed medulla latens interi9 est spus in corpe inclusus. grandis aut aquila e mors que tante magnitudinis et potentie est vt nullus ei possit resistere: et aquile volat9 est mortis inopinat9 euent9. Modo ergo aquila volauit ad cedrum qn inuasit epm istu et dnm. et medullo; ei9 tulit: qr ipsius anima a corpe eduxit. Ezech. xvij. dicit mors. Sumam ego de medulla cedri sublimis. Et signater no dicit medullam sed de medulla: qr aia no est separabi-

lis a corpore nisi ſm partem intellectiuam
q2 alie parcētie eius que dicunt partes ei9
vt sensitiuum vel vegetatiuum non rema/
nent actu in aīa separata: sȝ virtualiter tm̄
sicut in radice nō sicut intellect9 q̄ nullius
partis corpis est actus. Scđo sub similitu/
dine aquile tangit beneficium mortis: q2
ꝓuocat od volādū pullos suos. Pulli mor
tis dicunt pctōres qui sunt filij mortis si/
ue mortis tpalis siue eterne. q2 vtraqȝ pro
pter pctm̄ debet. vñ aīa q̄ peccauerit ipsa
morietur. Eze. xviij. et stipēdio peccati mors
Ro. vj. Quasi ergo volatus pullorum est
velox cōuersio pctōꝝ ergo aquila. i. mors
per sui consideratonem et terrorem ꝓuo/
cat pullos suos. i. hoīes pctōres od volan
dū. i. vt velociter conuertant et nō differāt
quia tempus eius aduentus incertus est.
Eccli. v. Ne tardes cōuerti ad dn̄m ⁊ ne dif
feras de die in diem. Subito em̄ venit ira
illi9. ⁊ in tpe vindicte disꝑdet te. Auis stul/
ta qn̄ videt arcum paratum ad sagitādum
tantum differt surgere ⁊ volare a loco ꝙ
percutitur ⁊ occiditur. Et sic hō qui videt
contra se arcum mortis tensum precipue
si sit infirmus aut senex non debet differre
a uolare a peccatis ad pnīam: ne forte per
cutiatur a sagitta mortis ⁊ cadat in mortē
eternam. Apoc. xij. Date sunt mulieri. i. aīe
due ale. s. timor mortis ⁊ timor gehenne vt
volaret in desertum. i. ad penitentiā. Sed
cogitatiōes stultoꝝ ⁊ vane spes ⁊ qn̄qȝ va
na somnia ꝓmittunt eis longa spacia vite
ne ad pnīam prouocentur. Unde Thre. ij.
Prophete tui viderunt tibi falsa ⁊ stulta
nec apiebāt iniquitatē tuā vt te ad pnīam
ꝓuocarent. De hīs autem qui velociter cō
uertunt dr̄ Esa. xvj. Erit sicut auis fugiens
⁊ sicut pulli de nido auolantes. Tertio in
ꝑdicto figura aquile tangitur mortis iudi
cium: cū dicitur. sup eos volitans. Quādo
miluus diu volitat sup locū vbi sunt pul/
li gallinaꝝ signū est ꝙ se ꝓijciet ad aliquē
capiendum: sed nescitur sup quem nisi qn̄
descendit ⁊ rapit eum. Sed mors cōtinue
volitat sup capita nostra vt capiat nūc istū
nunc illum: sed nescitur quis primus sit ra
piendus a morte: quia multotiēs citius
morit iunior ꝙ senior: ⁊ ille qui videtur sa
nus citius morit ꝙ egrotāa. Sed pulli ti/
mentes miluū fugiūt ad matrē. i. ad galli/
nam: ⁊ ista ꝓtegit eos sub alis suis. sic ho
mies ⁊ ꝑcipue pctōres vt sint securi a lesio

ne mortis debent fugere ad penitentiā: vt
sub alis suis q̄ sunt remissio culpe ⁊ pene
ꝓtegant ⁊ saluēt. Uel gallina est ecclesia
⁊ eius ale sunt sacramenta ad quas debēt
refugere pulli. i. ecclesie filij quādo timent
miluū. i. mortē vel diabolū: qđ dum face/
re nolunt tūc potest dicere diuina mīa ma
licie ⁊ obstinationi eoꝝ illud Mat. xxiij.
Quotiens volui congregare filios tuos
quēadmodū gallina cōgregat pullos suos
sub alis ⁊ noluisti. Debet ergo quilibet ti/
mere mortē cuȝ ab oībus dicat ⁊ per expe
rientiam apparent ꝙ cōtinue ipsa volitet
sup nos: vt rapiat ⁊ nō sit qui eripiat. He/
ster. ix. Fama nois eius sȝ mortis ꝑ cun/
ctorū ora volitabat. Quarto tanguntur in
strumenta mortis q̄ sunt illatio violētie ⁊
defect9 nature: q2 expandit alas suas. Due
enim ale mortis sunt duo modi moriendi
sȝ vel per mortē naturalē q̄ est ab interio/
ri vel per mortem violentam que est ab ex
teriori. Nam violentum dr̄ ſm pħm cuius
principiū est extraneum inferens vim paſ
so. Quelibet istarum alaruȝ hȝ multas pē
nas. i. multas causas ⁊ varios modos. Et
extendūt se iste ale mortis super oēs viuen
tes in terra. ſm illud Esa. viij. Et erit exten
sio alarum eius implens latitudinē terre
Job. xxxix. Plumescit accipiter extendens
alas suas ad austrū. Accipit q̄ rapit aues
signat mortē que rapit hoīes: qui plume/
scit qn̄ hō canescit ⁊ senescit vel qn̄ egrota
re icipit: sed alas expādit qn̄ hoīem extin/
guit siue ꝑ mortē naturalē siue ꝑ violētā:
Sed ista extensio fit ad austrum per quem
significat diuinū iudiciū: q2 de9 ab austro
veniet vt dr̄ Abachuc. iij. Unde mors expā
dit alas ad austrum: q2 ducit ad diuinū iu
dicium. q2 statutū est hoībus semel mori
post hoc autem iudiciū sicut dr̄ Hebre. ix.
Quinto quoqȝ in suprodicta figura tangi/
tur bene morientium premium. q2 assum/
psit eos. s. quos inuenit bonos ad gloriam
Aliquando qn̄ est cōmissum aliqđ malefi/
cium capiunt oēs qui inueniuntur in loco
et ponunt i carcere. Sed postea qui inue/
niuntur innocētes extrahunt ⁊ liberantur
cū honore. q̄ vo inueniūtur culpabiles re/
linquunt in carcere vt puniant. Sic oēs
q̄ sunt in mūdo isto rapiunt a morte et in
cluduntur in sepulchris. sed aīa illius quē
mors reperit innocentē ⁊ purgatū assumit
ad libertatē glorie: aīa vo illius qui inue

nitur malus relinquitur eterno supplicio. Math. xxiiij. Tūc duo erunt in agro. scz mūdi vn⁹ assumetur scz ad gloriam et vnus relinquetur scz ad penam. E

Tertio ostenditur ī the

mate assumpto φ iste pontifer defunctus puenit ad formidabile iudiciuz. s. dei vbi cōstituit oīo defunct⁹ past mortez: sed iste spāliter opz φ reddat rānem p aībus sibi cōmissis in his q̄ sunt ptinentia ad deum idest ad diuinū iudiciū. Et hec videntur esse pcipue tria de quibus in iudicio diuino examinandi sunt epi ad curā aīarū specialiter spectātia. Naz pmo reqretur quō intrauerūt. s. ad ecclesiasticaz dignitatē ⁊ curam aīaꝝ scz an simoniace an canonice. ⁊ si q̄s nō inuenietur canonice intrasse dicetur ei illō. Mat. xxij. Amice quā huc intrasti nō habens vestē nuptialē. Et cum ille obmutuerit dicet rex ministris vt ibi subditur: Ligatis manib⁹ eius ⁊ pedibus mittite eū in tenebras exteriores: ibi erit flet⁹ ⁊ stridor dentiū. Scdo examinabunt quā gregem suū custodierint. ⁊ dicet vnicuiqꝫ eorū ipse iudex illud Iere. xiij. Ubi est grex q̄ datum est tibi, pecus inclytū. Et tunc de his q̄ malam curā habuerūt de grege suo implebitur illud Eze. xxxiiij. Ue pastoribus israel. i. ppli fidelis scz xpiani. Et hoc ppter duo. s. ppter amissa circa gregē. et ppter cōmissa. Naz quantū ad omissa dicet eis iudex qō subdit ibidem. Qō infirmum fuit nō cōsolidastis: ⁊ egrotū non sanastis: qō cōfractū est nā alligastis qō abiecth est nō reduxistis. Itē quoad cōmissa examinabit eos si malo exemplo suos subditos corruperūt aut scādalizauerunt si iniustas exactiões ī clericos vel laicos fecerunt: si simoniace spūalia vel eis annexa ptulerunt: ⁊ oīa alia iniq̄ q̄ erga gregē sibi cōmissum aliqñ exercuerūt. Tertio quoqꝫ examiabunt quā se ⁊ alios rexerūt Uñ nūc puideant sibi epi vt ita se regant ⁊ alios φ bonā rōnē tunc redderet ⁊ rūdere possint. Et iō abachuc ex psona prudentis epi loquēs dic. Abachuc. ij. Cōtemplabor vt videā quid dicat mihi: et qd rūdeā ad arguentez me. Iste arguens erit ille de quo dr Act. x. φ constitut⁹ est a deo iudex viuoruz ⁊ mortuaꝝ. Felix ergo erit epus q̄ in ejus iudicio inuenietur. vt dicitur. Luce xij. Fidelis dispensator et prudens ⁊c. Et sequitur. Ue dico vobis quia super omnia bona que possidet constituet eū. scz in vita eterna. Ad quam nos perducat ⁊c.

¶ In funere alicuius prepositi vel plebani. Sermo. v.

Percussit domi

nus plebē plaga magna. j. Reg. vj. Si aliqs tāvalido ictu pcuteret cū ense φ caput eius abscinderet a corpore bene posset p certo dici magno ictu seu plaga percussus. Sic accidit nunc isti plebi. i. huic ecclesie siue etiaz pplo ei⁹. Nā ista ecclesia quoddā corp⁹ est: cui⁹ mēbra certe sunt singuli q̄ sunt de ipsi⁹ plebatu. caput aūt ei⁹ dī ipsius pleban⁹. Sed heu hodie cū ense mortis huic plebi. i. ecclie vel pplo ei⁹ abscidit dñs caput ei⁹ qr scilz abstulit ab ea venerabilē hūc patrē dñm plebanum: quí erat vir toti⁹ prudētie: ⁊ caput sanū oī virtute preditū. Uñ ẜe accidit nunc qō dicitur in ẜbo pposito. qr pcussit dñs plebem scz istā plaga magna. A In quibus quidem ẜbis describūtur tria.

Nā primo premittitur aliquid qō inducit ad patientiā. cū dī. percussit dñs.

Scdo ponitur aliquid qō exigit prouidētiam cū subditur. plebem.

Tertio ẜo subditur aliqd qō prouocat ad tristiciā, quia plaga magna.

Circa primū aduerten

dum est φ qr percussio ista de morte istius reuerendi patris nō est ab hoīe sed a dño patiēter ferenda est. Et ratio est: qr aliter percutit deus malos ⁊ aliter bonos. Malos quidem deus aut pcutit ad correctionem sicut chirurgicus vlcus infirmi vt sanetur. ⁊ hac est mīe: sicut dicitur Esa. xix: Percutiet dño egyptum: idest peccatorem plaga ⁊ sanabit eaz. ⁊ reuertentur egyptij ad dñm: et placabitur eis. Aut percutit dñs malos ad eorum dānationē: sicut iusticiarius pcutit ⁊ accidit malefactorem: et hoc iuste Threnoꝝ. iij. Percussisti nos occidisti nec pepercisti. Hoc dī ex persona dānatoꝝ: quos dñs percussit viuentes: ⁊ occidit manētes: ⁊ non pepercit ab eternis supplicijs. Signū aūt φ pcussio pñs sit initiū dānationis eterne est qñ pcussionibus presentibus non corriguntur pcussi sicut dicitur. Iere. ij. Frustra percussi filios

vestros disciplinā nō receperūt. Sed boni viri pcutiunt interdum non ex odio sed amore. sic filius percutit a pre. qr meliora sunt vulnera diligentis ꝙ fraudulenta oscula odiētis. Prouer. xxvij. Vñ nō pcutit eos de⁹ ad interitū sed ad virtutis profectū sicut miles viget ⁊ pcutit calcarib⁹ equum suū quē amat vt melius ambulet. Quia igit ista pcussio quam patimur de morte isti⁹ patris nr̄i a dño est: q̄ ex amore ⁊ charitate hoc fecit vt ip̄m ad meliorē vitā pduceret. debem⁹ nos patienter portare. vñ ad h̄ pōt referri qd̓ dr̄ Judith. ix. Percuties eū ex labijs charitatꝫ mee. In quib⁹ quidē v̄bis dat intelligi triplex ratio quare mortē isti⁹ patris nostri patienter ferre debem⁹. Prima attenditur respectu dei a quo scꝫ est percussio ista. vñ dixit. Percuties. scꝫ tu deus tales em̄ percussiones q̄ dantur in vita p̄senti a deo sunt. vñ Ezech. vij. Scietis qr ego sum dñs percutiens. Et iō debem⁹ dicere illud Job. j. Dñs dedit dñs abstulit ⁊c. Scd̓a ratio attēditur respectu sui. qr eū pcussit. granum em̄ nisi sit triturarū ⁊ pcussum a paleis ⁊ a theca exutū fuerit non portat ad horreuꝫ: nec homo nisi pcutiat morte ⁊ exuat a corpore pōt ire ad celū. Unde deus hūc patrē nostrū voluit mori vt remuneraret eū de laboribus suis in celis: vnde pter bonū suū magis letari ꝙ de ei⁹ morte dolere debemus. Vñ ipse possit dicere illud. Johan. xiiij. Si diligeretis me gauderetis vtiqꝫ: qr vado ad patrem. Certe ipse responderet nobis ꝙ magis sit attēdendū ad amici bonū ꝙ ad dānū pprīū. Et ideo dr̄ Prouerb. xij. ꝙ q̄ negligit dānū pter amicū iustus est. Unde ⁊ consanguinei ⁊ amici ⁊ quicūqꝫ alij debent congratulari aīe eius b̄m illud Luc. j. Vicini ⁊ cognati eius congratulamini ei. qr magnificauit dñs facere miam suā cum illa. Tertia ratio ester parte nostri. i. cuiuslibet nostruꝫ. ⁊ ideo dicit ex labijs charitatis. labiū. scꝫ supius ⁊ inferius. i. duplex charitatis preceptū. vnū de dilectiōe dei ⁊ hoc est labiū superius. aliud de dilectione pximi qd̓ est labium inferius. Utraqꝫ ergo dilectio ad habendā in hoc casu patientiā nos inducit. Vñ patientia habēda est pter charitatem dei. Charitas em̄ dei est amicitia q̄dam ad deū. Amicorū autem est concordare in eodē volito. vt Tullius dic ꝙ amicitia est idē velle ⁊ idē nolle in reb⁹ honestis. Cū ergo ex volūtate dei iste casus prouenerit: nō haberet homo charitatē si ab eius volūtate discordaret. Item propter charitateꝫ pximi. i. ipsius plebani defuncti qui etiā pter mortē desinere non debet. qr charitas nunꝙ excidit vt dicit. j. Cor. xiij. Unde etiaꝫ post morteꝫ bona aīe sue diligere ex charitate tenemur. Et non dubiū quin pter bonū suū de⁹ subtraxit eū. vnde vtroqꝫ modo charitas exigit patientiā. Vñ. j. Cor. xiij. Charitas patiens est. i. ad patientiā inducit. B

Secundo in themate

assumpto ponitur aliq̄d qd̓ exigit prouidentiaꝫ: scꝫ ex pte plebis in eo ꝙ nominat plebem: qr remoto pastore suo opꝫ habere curā ⁊ puidentiā de habendo alio idoneo successore in patrē ⁊ plebanum: q̄ sit talis vite ⁊ prudentie et doctrine ꝙ possit dici illud Eccl'i. xxx. Mortuus est pater eius ⁊ q̄si nō est mortu⁹: reliq̄t em̄ similē sibi. immo si fieri poterit etiā meliorem. Qualis aūt pleban⁹ ⁊ oat necessarius sit isti plebi ostenditur Eccl'i. xxxvij. vbi dr̄ Est sapiens aīe sue: ⁊ fructus sensus illius laudabiles sunt. vir sapiens plebē suam erudit.

In quibus quideꝫ verbis quattuor continentur que multum necessaria essent in istius plebis rectore

Primo quidē vt esset hō ordinate ɔsciētie. ⁊ talis est q̄ est sapiens aīe sue.

Scd̓o vt esset hō laudabilis vite. ⁊ talis est cuius sensus laudabiles fructus.

Tertio vt esset hō sufficientis scientie. ⁊ talis est vir sapiens.

Quarto aūt ꝙ esset hō sane ⁊ fructuose doctrine. ⁊ talis est: q̄ erudit plebeꝫ suam.

Circa primū aduertēdū est ꝙ sicut ph̓s dicit sapiētis est ordinare. ⁊ iō ille est sapiens aīe sue q̄ scit animā suā debite ordinare scꝫ respectu sui p cōsciētie puritateꝫ: ⁊ respectu dei p obedientie hūilitatem: ⁊ etiā respectu pximi per iusticie equitateꝫ. Tunc em̄ ostēditur aīa respectu sui: idest in seipsa ordinata: cū habet conscientiam mūdam: que nō remordeat eam de aliquo pctō. qr vbicūqꝫ est peccatum semp est ibi aliquid inordinatū. Nā sicut dicit Augu. Pctm̄ non est natura sed vitiū nature appetētis illud qd̓ nō est sui ordinis. ⁊ ideo nō est pax in anima: qr non est ibi debitus

ordo. qꝛ tunc est pax ⁊ trāquillitas quādo oīa tenent ordinē suū. sicut qn̄ mens hoīs idest ratio volūtas ⁊ que sunt vires superiores in hoīe manent subiecte diuine legi ⁊ inferiores vires aīe vt irascibilis ⁊ concupiscibilis subijciunt rationi: tunc est in aīa pax ⁊ tranqllitas: ⁊ non dn̄atur ibi appetitus pctī: et tunc cōscientia hꝫ pacē: qꝛ manet mūda a pctō. Propterea dicit Grego. nazāzenus ꝙ primo sapientia est vita laudabilis ⁊ apud deū pura mens ꝑ quaꝫ puri puro coniungunt: ⁊ scti sctō sociātur Et qꝛ mens ⁊ conscientia ꝑ confessionem peccatorum purgat: ille est sapiens aīe sue qui pure pctā suo confitetur. Unde Job. xv. Sapiētes confitentur ⁊ non abscōdūt peccata sua. Itē pertinet ad sapientem ꝙ post confessionē a peccatis abstineat: ne ꝑ recidiuum pctī fiant nouissima eius deteriora priorib⁹. Ideo dꝛ Eccli. iij. ꝙ cor sapiens ⁊ intelligibile abstinebit se a pctīs Itē qui est sapiens aīe sue ordinat eam ad deum ꝑ obedientie humilitatem. Deus sicut instituit primū hominem ꝙ q̄diu ipse esset subiectus deo ⁊ sibi obediens: ꝙ aīalia ⁊ alie creature inferiores essent sibi subiecto ⁊ obedirent ⁊ seruirēt ei: sed rebellante eo dea ⁊ transgrediēte diuinā preceptā creature, mulee facte sunt ei rebelles et in stimulū ⁊ nocumentū. Sic accidit frequēter p̄latis qꝛ deū ipm cōtēnunt ⁊ male viuēdo ipsi cōtradicūt: ꝙ deus de subiectis suis ⁊ de alijs suscitat eis aduersarios et emulos qui persequunt eos. sicut accidit salomoni: qui q̄diu bene vixit ⁊ obediuit deo deus dedit sibi pacem cum oībus: sed quādo incepit male viuere: de⁹ suscitauit sibi aduersarios. sicut dꝛ. iij. Regum. xi. Et ideo sapiens p̄latus si vult plebem sibi subditā habere pacificam: debet humilis ⁊ reuerēs ⁊ obediens esse deo. Eccli. xxxv. Quis vestrum sapiens est veniat et faciat quod dn̄s imperauit. Matth. vij. Qui audit verba mea ⁊ facit ea assimilabitur viro sapienti. Itē qui est sapiens anime sue ordinat eam ad proximū per iusticie equitatem. Iusticia eīm vt dicit tullius est constans ⁊ perpetua voluntas ius suum vnicuiqꝫ tribuēs. Et talis debet esse volūtas in animo p̄lati. nō solū vt aliena non rapiat: sed vt iua suā vnicuiqꝫ reddat. est eīm de iure subditorum vt a p̄lato suo recipiant nō precio: sed gratis spiritualia sacramenta. Itē salutifera verba ⁊ exempla. ⁊ etiam si assit facultas temporaliū rerū qꝛ egent subsidia. Et q̄ talia facere cōtemnit non est iustus ⁊ ledit aīam suā ⁊ ideo non est sapiens aīe sue qꝛ non diligit eam. Contra illud Prouerb. xxiij. Esto sapiēs ⁊ dilige aīam tuā. al's. ⁊ dirige in via animum tuum. Scd̄m qd̄ ostenditur in auctoritate inducta esse necessarium in rectore plebis: est vt sit hō vite laudabil'. ⁊ de tali subdit ꝙ fruct⁹ sensus illi⁹ laudabiles sunt. Ubi aduertenduꝫ ꝙ accidit de sensu hoīs sicut de arbore. Nā sicut est arbor mala ⁊ bona ita ⁊ sensus hoīs malus ⁊ bonus est. Et sicut ex arbore mala prodit fructus malus. qꝛ nō potest arbor mala fruct⁹ bonos facere: ita ⁊ ex hoīe malo opus malum prodit. sed sicut bona arbor facit fruct⁹ bonos sic sensus bon⁹ facit opa bona. Est ergo sensus aliqs malus a quo procedunt fructus illaudabiles. i. opera incōuenientis. Et de hoc dꝛ Roma. j. Tradidit illos de⁹. i. tradi permisit in reprobū sensum vt faciant illa que non conueniūt. Talia eīm opera q̄ nō conueniunt sunt opera vitiosa. ⁊ ista opa sunt sicut fructus illaudabiles. Fructus illaudabiles quoad arbores dicuntur fructus qui sunt insipidi vel amari vel pontici indigesti frigidi crudi ⁊ duri ⁊ qui etiam sunt corrupti ⁊ putridi. Fructus ergo insipidi referunt ad accidiosos: qui scꝫ spūalia opera nō faciunt cū sapore delectationis sed cum tristicia ⁊ grauedine cordis: Habent eīm infectū palatū cordis de febre iniquitatis. sicut Bernar. dicit. Und̄ Prouer. xv. In fructibus impij conturbatia. Econtra autem fructus laudabiles sunt fructus sapidi. i. opa bona: que fiant cuꝫ suauitate deuotiōis ⁊ cū dulcedine ⁊ sapore delectationis spiritualis. Cātic. ij. Fructus illius dulces gutturi meo. Fructus autem q̄ sunt amari referuntur ad inuidos: quia in inuidia ē zelus amarus. De quo Iaco. iij ꝙ si zelum amarū habetis inter vos. vn̄ et iudei qui xp̄m ex inuidia tradiderunt felle amaritudinis potauerūt eū. Sed econtra vir sctūs qui nō habet animū erga aliquē amarū ꝑ inuidie liuorē: sꝫ dulcorosum ꝑ charitatis amoreꝫ: facit fruct⁹ suaues et vtiles. i. opa vtilis ⁊ grata et laudabilia Eccli. xi. Initium dulcoris habet fructus illius: qꝛ scꝫ initiat dulcedine charitatis. Fruct⁹ auteꝫ acetosi ⁊ pontici referuntur

ad iracãdos.qꝛ ira coꝛ pũgit ⁊ alios pun/
gere facit sicut pontica ⁊ acetosa pungũt.
Dicũẽ aũt tales fructus pontici saporis ⁊ il
laudabiles:quia sunt duri ⁊ stiptici.Et sic
hominum iracundoꝝ quidã sunt stiptici:q
fecem iracundie de ventre memorie non
emittunt:vnđ stiptici sunt q sant difficiles
ad iniurias obliuiscendã ⁊ duri ad parcen
dum.Sunt tñ fructus pontici appetitus
excitatiui:sic ire motꝰ excitant seu incitant
appetitũ ad vindicandã.Sed econtra fru
ctus laudabiles sunt fructꝰ mansuetoꝝ.i.
qui non ex iracũdia:sed in suauitate man/
suetudinis opa sua pficiunt.Isti sunt ve/
lut ficus q non pducunt fructꝰ asperos et
ponticos:sed mites ⁊ suauissimos.Unde
Judicũ.ix.Dixit ficus ad arboꝛes.Nunqđ
possum deserere dulcedinẽ meã fructusqꝫ
suauissimos:ita dicit hõ mitis ⁊ mansue/
tus.Fructꝰ aũt indigesti referũtur ad gu/
losos:qꝛ vt plurimũ indigestio pueniit ex
cibi supfluitate.cuius causa esse consueuit
gule appetitus.Itẽ cibus indigestꝰ est im
purus:qꝛ per digestionẽ humoꝛis purum
ab impuro separatur:⁊ gule satietas im/
mũdiciã ⁊ impuritatẽ generat coꝛpoꝛis ⁊
anime.Econtra autem fructus mundos ⁊
laudabiles facit tẽperantia ⁊ abstinentia
que ⁊ valet ad purgandũ immũdiciã pec/
catoꝝ coꝛpoꝛis ⁊ anime.Un̄ Micchee.vi.
Dabo fructum vẽtris mei pꝛo pctõ anime
mee.Fructus autẽ frigidi ⁊ etiam crudi re
feruntur ad auariciam que extingẽs calo/
rẽ charitatis in anima frigidam eam red/
dit in amoꝛe tam dei ꝙ pximi.Unde bici
tur.j.Job.ij.ꝙ qui diligit mundum non ẽ
charitas pris in eo.Et iđ Aug.dicit ꝙ ve/
nenũ charitatis est cupiditas rerũ tempo/
raliũ:augmentum ꝟo eius cupiditatis di/
minutio:pfectio ꝟo nulla cupiditas.Fa/
cit etiã auaricia fructꝰ crudos ⁊ acerbos.
quia auari sunt alijs crudeles ⁊ asperi ⁊ ĩ
cõpassibiles erga paupes.Et nota ꝙ fru/
ctus crudi sunt maloꝝ humoꝛuꝫ nutritiui
⁊ gustus coꝛruptiui:⁊ pcipue pueris ⁊ de
bilibus sunt nociui.Sic auaricie lucra ⁊
opera malos humoꝛes:idest malas affe/
ctiones interioꝛes ⁊ desideria nutriunt.qꝛ
sicut dicit aplꝰs.j.Timoth.vi.Qui volũt
diuites fieri incidunt in tentationes ⁊ in
laqueum diaboli:⁊ in desideria multa et
inutilia ⁊c.Item appetitus auaricie coꝛ/
rũpunt gustus anime vt non sapiant aua/
ri spiritualia:sed solum terrena lucra.Con
tra illud aplĩ.Coll.iij.Que sursum sunt sa
pite:non q super terram.Itẽ debilibus et
imperfectis maxime nocent occupationes
tẽpoꝛalium quas auaricia multiplicat.De
talibus ergo fructibꝰ.i.opibus auaroꝛum
dicitur Sap.iiij.Fructus illoꝝ inutiles ⁊
acerbi.Sed econtra fructus laudabiles
sunt fructꝰ liberalitatiꝫ ⁊ pietatis.Prouer.
vltimo.Date ei de fructu manuũ suarũ:et
laudabunt eũ in poꝛtis opera eiꝰ.Fructus
autẽ duri referuntur ad superbos:quoꝛuꝫ
coꝛda pꝛopter defectum pietatis ⁊ gratie
sunt arida ⁊ dura.eis enĩ sub typo montiũ
dicitur.ij.Regnum.j.Nec roꝛ nec pluuia
veniat sup vos.Et ideo sunt fructus eoꝛuꝫ
illaudabiles.i.opa cũ superbia facta.Sed
ecõtra fructus humilium laudabiles sunt
citur. j. Mach. j. q alexander philippi rex macedo &c. Et sequitur. Post hec decidit in lectum et cognouit quia moreretur. i. a morte vinceretur: Item facit hominem cognoscere suam nuditatem. quia mors compellit hominem exire de mundo: ita vt nihil eius secum deferre possit. Eccle. v. Sicut egressus est nudus de vtero matris sue sic reuertetur et nihil afferet secum de labore suo. Miserabilis prorsus infirmitas quomodo venit sic reuertetur. Item facit hominem cognoscere suam iniquitatem: quia mors est quedam citatio hominis ad diuinum iudicium. quia statutum est homini semel mori. et post hoc iudicium. sicut dicitur Hebre. ix. et hoc cognoscimus per fidem. ps. cxxxix. Cognoui quia dominus faciet iudicium &c. Sed ille qui citatur ad iudicium vt examinetur de criminibus suis cogitur recordari maleficiorum et iniquitatum que fecit et venit ad iudicium cum timore. Sap. iiij. Venient in cogitatione peccatorum suorum. Tertio quoque instantia mortis ostenditur esse correctiua. s. per admonitionem: quia admonet ad penitentiam et correctionem vitiorum antequam homo recedat de vita ista. et ideo dicitur in auctoritate allegata. diuina admo. pla. Unde deus plaga infirmitatis et timore mortis admonet peccatorem vt relicta malitia redeat ad ipsum per fidem et charitatem. vnde Sap. xij. Nos qui erant ex partibus corripis. et de quibus peccant admones: et colloqueris vt relicta malicia credant in te domine. immo etiam ex morte alterius admonetur homo de fine suo vt cogitet quid futurum sit de se. Et ideo dicitur Eccle. vij. Melius est ire ad domum luctus quam ad domum conuiuij. In illa enim finis cunctorum admonetur hominum: et viuens cogitat quid futurum sit. ¶

Tertio in themate as

sumpto ponitur loci congruentia. quia ad monumentum. Monumentum enim dicitur quasi admonens mentem. scilicet non solum de memoria mortis habenda: sed etiam de penitentia peragenda. Et hoc figurate exprimitur in maria magdalena. de qua habetur. Jo. xx. quod maria stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret inclinauit se et prospexit in monumentum et vidit duos angelos in albis sedentes. In quibus quidem verbis penitens peccator de quattuor admonetur.

Et primo quidem de interiori contritione quia maria.

Secundo de exteriori confessione. quia foris plorans.

Tertio de humili satisfactione: quia inclinauit se et prospexit in monumentum.

Quarto de consolabili consolatione: quia vidit duos angelos &c.

Circa primum aduertendum est quod interior contritio peccati requirit tria. Primo conscientie discussionem. et hoc est monumentum visitare: quia monumentum est in quo clauditur corpus mortuum. et ideo conscientiam significat in qua latet mortale peccatum: quam nam primo penitens debet per diligentem discussionem visitare: sed tamen inueniendo ibi tenebras peccatorum ingerunt sibi non solum pudorem: sed etiam horrorem. Unde dicitur Jo. xx. quod maria magdalena que penitentem significat venit mane cum adhuc tenebre essent ad monumentum. Ad monumentum ergo visitandum. i. ad discutiendum conscientiam suam mane. i. sollicite venit. quia vsque ad sero senectutis vel noctem mortis conuerti minime distulit. sed adhuc ibi erant tenebre peccatorum que ingerunt sibi displicentiam et dolorem: ita vt dicere debeat illud Tobie. v. Quale gaudium mihi erit qui in tenebris sedeo &c. Secundo contritio interior requirit culpe abominationem peccati que prouocat ad vomitum confessionis. et hoc est de ratione contritionis. s. peccati abominatio cum amaritudine cordis et cum proposito confitendi. vnde dicitur Thren. ij. Magna est velut mare contritio tua. Tertio requirit contritio penitentie continuationem. Et hoc ostendit in auctoritate allegata maria quia stabat. nam ceteris recedentibus non recessit a monumento. et sic non debet homo a penitentie dolore recedere toto tempore vite sue. Et ideo dicit beatus Aug. Dolor in penitentia continue custodiatur. Sed aduertendum est quod duplex est penitentia. s. exterior et interior. Interior quidem est qua quis dolet de peccato commisso: Et talis penitentia debet durare vsque ad finem vite. semper enim debet homini displicere quod peccauit. si enim homini placeret peccasse: iam ex hoc ipso peccatum incurreret: et fructum venie perderet Displicentia autem dolorem causat in eo qui est susceptiuus doloris qualis est homo in hac vita. Post hanc autem vitam sancti non sunt susceptiui doloris. vnde displicebunt eis peccata preterita sine omni tristicia. secundum illud Esaie. lxv. Obliuioni tradite sunt angustie priores

Penitētia vero exterior est q̄ q̄s exteriora si- gna doloris ōndit: z verbo enu9 pctā sua cō fitet sacerdoti absoluēdi: z iuxta ei9 arbi- triū satisfacit. Et talis pnia nō opz q̄ du- ret vsq3 ad finē vite: sed vsq3 ad determi- natū tēpus sm mēsurā pcti. sed iterū no- tandū q̄ si consideret penitētia quātū ad actū: sic impossibile est q̄ homo continue peniteat. Nā necesse est q̄ act9 penitentis siue interior siue exterior interpoletur ad min9 somno z alijs q̄ ad necessitatez corpo ris ptinent. Si vero consideret quātum ad habitū: sic opz q̄ homo cōtinue peniteat: z quātū ad h̄ q̄ hō nunq̄ cōtrariū penitē tie faciat p qd̄ habitualis dispositio peni- tētis tollat: z quātū ad hoc hō debz in p posito gerere q̄ semp sibi pterita pctā dis- pliceāt. Eccl'i.ij. Sta i iusticia. scz peniten tie z timore. scz cadendi. Scdo admonet penitēs in supradicta figura magdal. de exteriori cōfessione. qr stabat foris plorās Nā quādo solū in corde cōteritur adhuc penitēs quasi intus latet: sed dū sacerdo- ti confitetur quasi foris pdit. Hoc videtur innuisse xp̄s quādo venit ad monumētum lazari z clamauit. lazare veni foras z sta- tim pdijt q̄ z c. Dicit eis iesus. Soluite et finite abire. Ubi pmo figurate premittit cōfessionis inspiratio in eo q̄ clamauit ie sus lazare veni foras. Scdo sequit inspi- rati confessio. qr statim prodijt qui fuerat mortu9. Deinde innuitur confessi absolu- tio quia dixit eis soluite z c. Sed qr con- fessio debz esse lachrymosa dicit de Ma- ria q̄ stabat foris plorās. Nā lachryme cō fitētis que prodeūt p foramina oculorum sunt signa iterioris tristicie pctōrū. Unde Hiere. xlviij. Plorās ascendet in fletu qm̄ in descensu oronaim: qd̄ interptatur iusti- cie vel foramē meroris: hostes vlulatum cōtritiōis audierūt. Tertio admonet pe- nitēs in supradicta figura magda: de hūi- litate satisfactiōis: cū dr. q̄ inclinauit se z pspexit in monumētū. Dicit q̄ camelus qū dz onus suscipere sup se inclinat se ge- nuflectēdo. Sic penitēs dz inclinare. i. hu miliare se ad suscipiēdū onus penitētie si ue satisfactionis. ps. cxviij. Inclinaui cor meū ad faciēdas iustificationes tuas. i. p opa satisfactoria quib9 hō iustificat a pec cato. Debet etiā pspicere ad monumētuz idest ad cōscientiā vtrū sit ibi mortuus. i. aliqd̄ pctm̄ mortale de quo pter obliuio nē nō fuerit confessus: vel quo nō sit pur- gatus p satisfactionē. vnde cōscientie dici pōt illō Esa. xxvj. Ad te inclinabūtur teq3 pspiciat. Quarto in supradicta figura agi tur de remissiōis testatione: cū dr. q̄ vidit duos angelos z c. Isti duo angeli qui fue- rūt testes resurrectiōis xp̄i: significāt du- as puritates q̄ ostendūt resurrectionez pe niētis a mortalibus pctīs. Una est respe ctu pteriti. sicut est non habere remorsum pscientie de aliq̄ pctō pterito, sicut dicebat Apls. j. Cor. iiij. Nihil mihi cōscius sum. Scda est respectu futuri. scz non amplius peccare de cetero. Uel significant isti duo angeli vigorē resistendi de cetero malo: z feruorē pficiēdi in bono Lu. xxiiij. Uene- rūt dicētes se visionē āgelorū vidisse q̄ di- cūt eū viuere. Et hi dicunt sedere i albis. qr nō nisi vbi sūt pacate z mūde cōsciētie re- periunt Act. j. Duo viri astiterūt iuxta il- los i vestib9 albis. Hi q̄ annūciant resur- rectionē a morte culpe ad vitā gr̄e p quaz perueniē ad vitā glorie. Ad quā z c.

¶ In funere vni9 abbatisse. Sermo. ix.

m Ater mirabilis z bonorum memoria digna ij. Mach. vij. Sicut plati monachorū maiores cōmu niter vocantur abbates. i. pres rōe gubernatiōis, alicubi vero vocant pores rōe plātiōis. Sic et z monialiū pre late pñt eadē rōe dici mr̄es vel etiā porise. Int' q̄s aliqñ inueniūt aliq̄ q̄ ita religio se viuūt z ita laudabil'r psunt q̄ reddūt se z i vita admirabiles: z et p9 mortē mēora biles. Erīō de q̄lz taliū pōt p9 mortē ei9 p poni hbū ppositū. qd̄ air. mat mirabilis supple fuit: z bonorū memoria digna. A In quib9 quidē verbis describunt tria.

Primū ē cōitas platiōis. ppt' quā dr mr̄.

Scdm est honestas cōuersatiōis: pter quā vocatur mirabilis.

Tertiuz est cōmunitas recordatiōis: qr bonorum memoria digna.

Circa primū notandum

est q̄ ista abbatissa vel priorissa potest dici vere fuisse vt mat' subditarū suarū que circa eas extitit affectuosa argumētosa studio- sa vtuosa z religiosa. Et tal' potuit dicere illō Eccl'i. xxiiij. Ego mr̄ pulchre dilectio- nis z tioris z agnitōis z scē spei: i me gr̄a

ais vite. In ea eñi ꝙ dr mater pulchre dilectiōis: ostēdit quō fuit affectuosa: in ea ꝟo ꝙ timoris ostēdit quō fuit argumentosa q: timor facit hoiem sollicitū ⁊ argumētosum: sʒ in eo ꝙ agnitionis astendit quō studiosa: ⁊ in eo ꝙ sctē spei ostēditur quō ꝟtuosa: q: sicut hoies viciosi habēt spē vanam ita virtuosi habent spem sctām. Sed q: in ea etiaʒ fuit gratia oīs vite ostēditur ꝙ ita fuit religiosa vt esset oībus alijs exemplū bene viuēdi. Uel possum⁹ etiā dicere ꝙ in primo cōmēdat de charitate: in secūdo de hūilitate: i tertio de sagacitate: in quarto de securitate: in quinto ꝟo de communitate. Cōmendatur ergo pmo in matre spūali scʒ in abbatissa vel priorissa affectus charitatis. Nā sicut dilectio carnalis est dilectio turpis ⁊ immūda: ita dilectio spūalis scʒ charitatis est dilectia mūda ⁊ pulchra. vñ btūs Augu. dicit in regula sua. Non autē carnalis: sed spūalis inter vos debʒ esse dilectia. Dicit ergo abbatissa esse vt mater qū diligit sorores suas misericorditer: scʒ quādo cōpatitur earuʒ afflictionib⁹ subuenit earū defectibus: et piam ⁊ discretā correctionē adhibet earū excessib⁹. Talis ergo ꝟe dicit cuilibet subditorū suarū illud Esa. xlix. Nūquid obliuisci potest mater infantē suū vt nō misereatur filij vteri sui. Et si illa oblita fuerit ego nō obliuiscar tui. Sed tūc dr abbatissa esse mater dilectiōis: qū diligit veraciter. i. nō simulate ⁊ ficte. Cum eñi amare aliquē sit bonū velle alicui: illuʒ dicit aliquis vere diligere. cui⁹ bonū appetit ⁊ intendit. Unde quādo quis primū se amare ostendit. tamē ex ipsa dilectione non illius bonū. sed suū propriū intendit et appetit. sicut est in amicitia vtili ⁊ delectabili. manifestū est ꝙ seipm quidē ꝟe ⁊ proximū ipm nō ꝟe sed simulate diligit. Sed quāda ꝟe proximū diligit etiā suū ꝓpriuʒ damnū propter illius vtilitatem negliget apl's. j. Corinth. x. Nō querens qd mihi vtile est. sed qd multis prosit. Tales sunt abbatisse que pro sororū consolatione sustinent afflictionē ⁊ laborant ꝓ eaꝝ quiete: ⁊ penuriam sustinent vt alie abundent. Talis ergo dilectio est de qua dicitur Ro. xij. Dilectio sine simulatione. Sed tūc est abbatissa mater dilectionis pulchre quando diligit fructuose. scʒ quando ita afficitur ad cōuentum ⁊ ita regit ipsum ꝙ facit abūdare in fructibus siue bonis spiritualib⁹ ⁊ tēporalibus. Sed de spiritualibus debet curare ꝑ se: de tēporalibus ꝟo quasi per accidens ⁊ etiā moderate. ⁊ tūc dicere poterit illud ps. xlix. Pulchritudo agri mecū est. Naʒ pulchritudo agri est in abūdātia segetū ⁊ fructuū. Et tūc est abūdātia ⁊ spūaliū et temporaliū in monasterio qñ bñ facit seruare ea q̄ religionis sūt Scdo in auctoritate Eccli allegata cōmēdatur abbatissa de hūilitate. q: dr mater timoris. Timor enim dñi multum humiliat mentē. Debent autē sorores ꝓpter timorē dei abbatissam reuereri tanꝗ superiorē: sed abbatissa ꝓpter timorē dei debʒ se reputare oībus inferiorem. sicut etiam sctūs August. dicit. in regula sua subditis de prelato. Honore corā vobis p̄. ⁊c. Eph. v. Subiecti inuicem in timore xpi. Considerans etiā p̄latus vel prelata ꝙ debʒ corā summo iudice de suis subditis reddere rationē multū timere debet et sollicitus esse de eis. Job. xxiij. Considerās eū timore sollicitar. Unde prelatis dicitur illud ij. Paral. xix. Sit timor dñi vobiscuʒ ⁊ cuʒ diligentia cuncta facite. Tertio cōmendatur de studiositate siue sagacitate. in eo ꝙ dr mater agnitiōis: q: eñi abbatissa habet de sororibus sue cure cōmissis iudicare: ⁊ phs dicit ꝙ vnusquisqʒ bene iudicat que cognoscit ⁊ horum verus est iudex: oportet eā studiose ⁊ sagaciter ipsarum sororuʒ suarū actus et vitam cognoscere. Et ideo dicitur ei Prouerbiaꝝ. xxvij. Diligenter agnasce vultum pecoris tui. Quarta cōmēdatio matris spiritualis abbatisse vel priorisse debet esse de securitate. ⁊ ideo dicitur esse mater sctē spei. Spes eñi sctā: idest sancita ⁊ firma est spes que ponitur in deum. Nā illa spes que ponitur in hominibus nō est firma: q: sicut dr Prouerbiorū. xj. Mortuo homīe impio nulla erit vltra spes. ⁊ expectatio sollicitoꝝ peribit: Et bene dicit hoīe impio. quia de iusto et sctō viro bene potest hoc sperare etiā post morteʒ. Unde beatus Dominicus moriēs ꝓmisit fratribus suis lugētibus ꝙ esset eis vtilior post mortem ꝗ fuisset hic viuens. Et ideo in officio suo cantatur de ipso sic. O spem miram quaʒ dedisti: mortis hora te flentibus: duʒ post morteʒ promisisti: te ꝓfuturū fratribus. Imple pater qd dixisti: nos tuis iuuans ꝑcibus. Unde

q: scti post mortē nō a se:sed a deo habent φ nobis possūt auxiliari post mortē suam: idō ponere spez in eo℞ auxilio non est ponere spem in hoīe:sed potius in deo a quo nobis impetrat auxiliū. Itē non ē firma aut valida spes q̄ habet in bonis tpalib⁹:tum q: deficiunt, tuz q: decipiunt. Eccli. xxxiiij. Uana spes τ mendaciū viro insensato. iiij. Reg. xviij. An speras in baculo arundineo cōfracto:talis bacul⁹ est mundus. Sola ḡ firma spes est q̄ ponitur in deo:q: sicut dr Eccli. ij. Nullus sperauit in illo τ confusus est. Unde illa est ista sctā spes que dat securitatem in omni pugna. Propter qd̄ dicit j. Mach. ij. Oēs qui sperāt in eū non infirmātur. q: ex infirmitate corporis non deficiūt ab infirmitate animi siue in angustia aduersitatis τ afflictionis. Hieremi. xvij. Spes mea tu in die afflictionis. siue cuiuscūq̧ doloris τ penalitatis. Rom. xij. Spe gaudētes:in tribulatione patientes. Item hec est spes que securat in oī indigentia. Job. v. Et erit egeno spes. ps. cxliiij. Oculi oīm in te sperant dn̄e, τ tu das escaz illis ꝛc. Esa. xxv. Factus est fortitudo pauperum fortitudo egeno in tribulatione sua:spes a turbine vmbraculum ab estu. Quinta commendatio matris spūalis est de vite cōmunitate τ de religiositate:quia fuit in ea grā oīs vite scz actiue τ contēplatiue. vel q: ei⁹ vita debet esse oībus exēplaris. ita vt possint sorores dicere. in vita tua viuimus. i. exemplū vite habemus. vel posset illa dicere. In me oīs gratia vite. q: in oī vita sua perseuerasset in gratia dei. Et tales sunt q̄ semp viuunt sine conscientia pctī mortalis. Job. xxvij. Donec deficiam non recedā ab innocentia mea:τ iustificationem meā quā cepi tenere nō deserā. neq̧ etiam reprehendit me cor meū in oī vita mea. De hac pseuerantia hortabantur paulus τ bernabas fideles Act. xiij. Loquētes suadebant eis vt permanerent in grā dei. B

Secūdū quod descri-

bitur ī themate assumpto est honestas conuersationis:que tanta esse debet vt possit dici mirabilis. Ualde enim mirabilis pōt dici mulier:q̄ non obstāte fragilitate sex⁹: in terra posita angelicā vitā ducit. Nam in carne pter carnē viuere:angelicum est non humanum sicut Hiero. dicit. Ualde eñ mirabile videret φ ignis existens in aq̄ non extingueret:sed pualeret ipsi aque. Aqua est caro nostra siue ipsius concupiscentia:q̄ incontinens τ fluxibilis est:sed si ignis diuini amoris intātū in hac aqua preualeat vt ipsam carnem virginem τ continentem semper manere faciat: certe hoc est valde mirabile. Sapien. xvj. Quod enim mirabile erat in aqua plus ignis valebat.

In quib⁹ quidē v̄bis describunt tria.

Primo laus castitatis:quia quod mirabile erat.

Scdo fluxus carnalitatis:scz in aqua. Tertio virtus charitatis:quia plus ignis valebat.

Circa primū attēdendū ē φ valde mirabilis diceret illa virtus q̄ de corpore faceret spm̄:τ de terra faceret celū. Et talis profecto est virtus cōtinētie τ castitatis. Nam facit de corpe spiritū. q: abstinentia a nuptijs angelorum est imitatio. sicut dicit Damascenus. Unde etiā domin⁹ dixit φ in resurrectione qn̄ neq̧ nubēt neq̧ nubentur erunt sicut angeli dei. Et iō dr tunc corpus spūale. Item virtus cōtinentie est q̄ facit de terra celum hoc est qua terra corpis corrumpitur:q̄ per incorruptionem continentie efficitur celestis. vnde τ celebratus vocatur. Celū eñ duo habet. Primum φ non est ponderabile:eo φ dz pbm nō fit graue neq̧ leue. Scdm q: est incorruptibile. Et ista duo quodammodo competunt virtuti continentie. Unde de primo dicitur Eccli. xxvj. Omnis ponderatio nō est digna continentis aīe. De scdo dicitur Sapien. vj. Incorruptio facit esse proximum deo. Quidā pbus cum parasset se ad peccandum cū muliere cōtinuit se dicens. Erubesce celum intrare cenū. quasi diceret. p continentiam es vt celum:p luxuriam efficeris vt cenum. Sic ergo ptz φ ppter honestatez pōt mulier dici mirabilis. Hiere. v. Stupor τ mirabilia facta sunt in terra. Stupor propter sexus fragilitatem:scz mulieris:sed mirabilia propter incontinentie difficultatem: qua frequentius impugnatur. Nam sicut dicit. Inter cetera christianorum certamina duriora sunt prelia castitatis:vbi frequēs pugna τ rara victoria. Facta sunt in terra: idest in carne humana terrestri τ corruptibili. Tertio in auctoritate allegata describitur fluxus carnalitatis scz ī aqua. Aqua enim propter sui liquiditatem fluxibilis τ labilis est. Et sic caro nostra ha-

bet fluribilitatē ⁊ labilitatem nature: quia om̄a ſ̄m carnem morimur. ⁊ q̄ſi aque di. in ter. q̄ non reuer. vt dr. ij. Reg. xiiij. Habet etiam ſup hoc caro noſtra fluxibilitatē concupiſcentie. Propter quā dixit Jacob filio ſuo Rubē Gen̄. xlix. Effuſus es ſicut aqua non creſcas: q̄ aſcendiſti cubile patris tui ⁊ maculaſti ſtratū eius. Sed includenda ē hec aq̄ ⁊ coartanda: ne dānoſe labat infra limites aluei. i. matrimonij. vel ī vaſe religionis. Conceditur em̄ matrimoniū ne deficiat genus humanū: ⁊ ne effluat concupiſcētie aq̄ p alios modos illicitos luxurie: quibus aīe ſalus ſubuertit. Job. xij. Si continuerit aquas oīa ſiccabūtur. quia ſi om̄s eſſent cōtinentes omnino deficeret natura humana ⁊ ſi emiſeris eas. vt ſcilꝫ p libito exerceant carnales concupiſcentie. ſubuertēt terrā. i. aīe fructū ⁊ ſalutē. ¶ Tertio in predicta auctoritate allegata deſcribitur virtus charitatis. quia plus ignis valebat ſupple q̄ꝫ aqua. Et hoc ē quādo in homine continente amor charitatis ſuperat amorem carnalitatis: ⁊ amor ſpiritualis vincit amorem carnalē. Sapie. xvj. In aqua ſcꝫ concupiſcentie ſupra ɔtutē ſcꝫ nature carnis ignis ſcilicet diuini amoris exardebat. Eccli. xxxviij. Vapor ignis. i. feruor diuini amoris vret carnes: idest carnalitates. Aſſimulatur ergo charitas igni. Primo propter formalitatem: q̄ ignis inter cetera elementa eſt maxime formalis: multū em̄ habet de forma ⁊ parum de materia. Et ſic amor charitatis quos replet facit habere modicum de affectu materialium ſiue temporaliū rerum ⁊ plurimum de appetitu formaliū: idest ſpiritualiū donoꝝ. vt iam non carnalia carnaliter ſꝫ ſpiritualia ſpiritualiter diligant. Diſtinguit em̄ btūs Bernar. quatuor mados diligendi. ſcꝫ diligere carnē carnaliter: ſpiritū carnaliter: carnem ſpiritualiter: ⁊ ſpiritū ſpiritualiter. Vtrunqꝫ aūt iſtoꝝ vltimorum modorum pertinet ad amorem charitatis. Ezech. xv. Vtrāqꝫ partem ſcꝫ carnis ⁊ ſpiritus conſumpſit ignis ſcꝫ diuini amoris. quia quando et caro et ſpiritus ſpiritualiter diliguntur. quicquid eſt in vtraqꝫ vitioſum conſumitur ⁊ purgatur. Gregorius. Tanto amplius peccati rubigo ɔſumitur: quanto peccatoris cor magno charitatis igne crematur. D

Tertio in themate aſſumpto deſcribitur de matre ſpirituali. ſ. de abbatiſſa. vel prioriſſa congruitas recordationis: quia btōꝝ memoria digna. Ubi aduertendū eſt q̄ ex duplici parte memoria ſiue memoratio alicuius perſone pōt eſſe appreciabilis. Primo ex parte memorantium puta ſi ſit in memoria bonoꝝ viroꝝ: quia eſſe in memoria maloꝝ hoīm non eſt appreciabile vel appetibile: q̄ eoꝝ teſtimonium ſiue laus potius eſt ad diminutionē q̄ꝫ ad augmentationē bone opinionis ⁊ fame. Et iō Seneca dic̄. Tantum ſit ſi lauderis a turpibus: q̄ꝫ ſi lauderis ob turpia. Hoīes em̄ mali ſicut mendaces ⁊ ſuperbi ⁊ doloſi: potius laudant ⁊ cōmemorant malos q̄ꝫ iuſtos ⁊ bonos ⁊ ſapientes: ⁊ potius mala q̄ꝫ bona. Unde Eccli. xv. poſt q̄ꝫ locutus eſt ſapiens de ſapientia ⁊ iuſticia ſubdit. Homines ſtulti nō videbūt eam. Longe enim abeſt a ſupbia ⁊ dolo. Viri mendaces non erunt ergo illius memores. Eſt ergo appreciabilis tm̄ memoria bonoꝝ: q̄ maloꝝ commemoratio ⁊ laus infidelis ⁊ peruerſa eſt. q̄ de malo dicunt bonū: ⁊ de bono malū. Un̄ Eſa. v. Ve qui dicitis malū bonū ⁊ bonum malū ponentes tenebras lucē ⁊ lucē tenebras. ponentes amarā in dulce ⁊ dulce in amarū. Item bonoꝝ memoria eſt magis vtilis defūctis q̄ꝫ memoria maloꝝ. q̄ꝛ boni habentes memoriam de perſona defuncta orant p ea. ⁊ oratio boni viri plus valet defuncto q̄ꝫ oratio pctōris. q̄ magis eſt gratie impetratiua. Prouerbiorum. xij. Qui bonus eſt hauriet ſibi gratiam a dn̄o. Scd̄o eſt appreciabilis memoria ex parte memorabilium: puta ſi habeatur memoria de his que ſunt memoratu digna. Et ideo vt oſtentatur abbatiſſe memoria ex oī parte eſſe laudabilis: dicitur q̄ bonorum eſt memoria digna. ¶ Ubi aduertendum q̄ apud antiquos illud quo maxime reputabatur homīes digni memoria erat quando viriliter ⁊ ſtrenue ſe habebant in bellis magnam victoriā conſecuti. vnde talibus reddebatur honor triumphi. De quo honore refert Valerius maximus libro ſecundo capitulo. iij. q̄ lege cautū eſt ne q̄s triumphet niſi quinqꝫ milia hoſtium vna acie occidiſſet. Et talibus ad perpetuam memoriā fiebat arcus triumphalis in quo eorū victoria figuris ⁊ imaginibus repreſentabatur. Unde etiā de Saul poſt victoriam habitam de Amalech dicitur. j. Re.

gum.xv. φ nunciatus est samueli φ venisset saul in camelū ꝛ erexisset sibi fornicem triumphalē.s.in memorias victorie habite Sic ergo ī ecclīa xp̄i reddunt hoīes digni memoria ꝓpter victoriam triplicis belli. Aut qi vicerūt bellū carnis per castitatem siue virginitatē. Unde Sap.iiij. O q̄ pulchra est casta generatio cum claritate ꝛc. Aut reddūtur digni memoria qui vicerūt bellū mundi. Bellū aūt mundi nunc qui ꝓspera eius contēnit ꝛ aduersa nō pertimescit vincit. sicut dī de Moyse. Hebre. xi. φ negauit se filium esse filie pharaonis ecce φ ꝓspera contempsit. Et sequit. magis eligens affligi cū ppl'o dei q̄ tpalis pctī hr̄e iocūditatē. ecce φ aduersa non timuit. et ideo dignus memoria fuit. vn̄ de eo Eccl'i. xlv. dī. Dilectus deo ꝛ hominibus moyses cui⁹ memoria in benedictiōe est. Aut sunt digni memoria: qi vicerunt bellum diaboli. Nam si memoria reputantur digni qui vicerunt homines multo profecto digniores sunt hi qui vicerūt demones. Et ratio est q̄a quāto fortior ꝛ difficilior est pugna tanto gloriosior ꝛ memorabilior est victoria: sed longe difficilior est pugna demonū q̄ hominum. Tribus eñ modis bella vincuntur: scꝫ potentia: astutia: ꝛ perseuerantia: quia qui pl⁹ potest sufferre ꝛ continuare guerram ille vincit. Et de his trib⁹ exempla multa patent tam in diuinis scripturis q̄z etiam in alijs hystorijs. Sed in his tribus demones excedunt quasi incomparabiliter hoīes. Primo in potentia naturali: quia vt dicit de diabolo Job. xli. Non est super terram potestas que equiparetur ei. Item in astutia intellectuali et experimentali: quia vt dicitur Gen. iij. Serpens in quo significabatur diabolus erat callidior cūctis animantibus terre. Itez in instantia pugne continua ꝛ incessabili. quia cum ipse sit tm̄ spiritus non grauat carne vt aliqn̄ impediatur aut morbo aut morte aut cibo: aut somno: aut aliq̄ simili. Unde non est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem: sed aduersus princ. ꝛc vt dicit apostolus Eph. vi. Et ideo a principio humani generis vsq3 ad finem mundi nos impugnare non cessat. Sed habemus auxilium dei contra eos ꝛ vincere possumus quia deus pater sua potētia nos corroborat ne ab eoꝝ viribus superemur. fili⁹ dei sua sapientia nos illuminat: ne eorum insidijs capiamur: et sp̄ūssāctus sua gratia nos sustentat ne pugne assiduitate vincamur. Unde etiam qui talibus confortati auxilijs demones vincūt. multomagis memoria digni sunt q̄ illi qui quoscunq3 homines vicerunt. Et ideo figura huius victorie atq3 memorie fuit Judas machabeus de quo dicitur. i. Mach. iij. φ repulsi sunt inimici eius pre timore eius: ꝛ omnes operarij iniquitatis cōturbati sunt et directa est sal⁹ in manu eius et exercebabat reges multos et letificabat iacobi ī opib⁹ suis ꝛ in seculum memoria eius in benedictione. scꝫ illa qua dicet Mat. xxv. Uenite benedicti patris mei possidere paratum vobis regnum ꝛc. Ad quam nos. ꝛc.

¶ In funere vnius religiosi. Sermo. xi.

Actus est obediēs vsq3 ad mortē Phil. ij.

Sicut dicit. ex de reg. ꝛ trāseuntib⁹ ad religionē. c. porrectum ꝛ. c. ex parte. Habitus non facit monachum: sed ꝓfessio regularis. ꝛ ītelligit de habitu sine professione. sed sola ꝓfessio naturalis p̄sumpta monachum facit ꝛ solennizat votū: vt dicit ibi glosa. Cōmunis autem forma regularis ꝓfessionis est ꝓmittere obediētiā vsq3 ad mortem. ꝛ illa forma est sumpta ab exēplo dn̄i iesu xp̄i: q̄ ꝓ nobis vt dicit verbum ꝓpositum factus est obediēs vsq3 ad mortem. Et qz illud exemplū xp̄i sequit iste noster frater defunctus non solum verbo in sua ꝓfessione promisit: sed etiā efficaciter ī suo ope adimpleuit laudabiliter: pōt dici de eo φ fact⁹ est obediens ꝛc. A In quibus quidē verbis tria describuntur.

Primum est inchoatio conuersationis spiritualis in eo φ dicit: factus est.

Secundum est executio ꝓfessionis regularis: quia obediens.

Tertium est limitatio corruptionis naturalis: quia vsq3 ad mortem.

Circa primū attēdēdū

est φ homo dicitur factus non simpliciter sed s̄m quid qn̄ mutauit statū: sicut dicim⁹ φ fact⁹ est episcopus: vel φ fact⁹ est miles ita φ qn̄ hō transit a vita seculari ad statū religiōis: factus est quodāmodo nouus hō qi assumpsit nouū modū viuēdi vt efficiat magis amic⁹ dei. Itē eñ hō etiam in statu

seculari possit deo placere: tñ in vita regulari potest ꝛ dz magis deū diligere. Vñ od talē referri patest qḋ dr Sop.iiij. Placens deo factus est dilectus: ꝛ viuens inter peccatores translatus est. In quibus quidē verbis notaꝛ triplex studium od qḋ intempore debet bonus religiosus.

Primū est respectu dei.s. vt eius gratiā habeat. et hoc notaꝛ. cum dr. placēs deo factus est dilectuo.

Scḋm est respectu primi spāliter respectu pctōꝝ: vt inter eos innacenter viuat. et ideo subditur. viuens inter pctōres: qꝛ est moioris laudis.s. inter malos bene viuere

Tertiū est respectu sui. vt scz od gloriā transeat: quia translotus est.

Circa primū aduertendū est ꝙ tunc dicitur aliqs habere gratiā alicui⁹ qñ factuz suum placet illi. ꝛ ad hoe sequiꝛ ꝙ etiaz ob eo diligoꝛ: qꝛ hō nō diligit nisi ea q̄ placent sibi. Et ita diuina grā qñ est in religioso vel in alio hoīe facit duo. Primum qꝛ facit ipsum deo placitū. Scḋm a deo dilectum. Propter primuz dicit. placens deo. Ubi aduertendum ꝙ si aliquis miles esset factus de curia regis francie: et ipse plus esset sollicit⁹ de negocijs regis hyspanie ꝙ̄ de negocijs dñi sui. non esset verus miles neqꝫ dño suo placeret. Quilibet aūt xpianus est vt miles de curia xp̄i. ꝛ tñ multi coruz plus curant et sollicitl sunt de negocijo mūdi vl' carnis vel diaboli ꝙ̄ de seruitio xp̄i. vnde pluro sustinent ꝓ mūdo vel ꝓ corpore suo vel ꝓ implendis tentationibus diaboli ꝙ̄ ꝓ mandato vel seruitio xp̄i. Vñ contra tales dicit apl's.ij. Timot.ij. Nemo militans deo implicat se negocijs secularibus vt ei placeat ꝛc. glosa.i. donauit. vnde quia precipue clerici et religosi donauerunt se militie xp̄i: ideo specialiter eis interdicta est negociatio secularis: qꝛ scz nimis animuz implicat ꝛ retrahit a diuinis quib⁹.s. ipsi sunt specialiter deputati. Sed aduertenduz est hic ꝙ sunt quedā secularia negocio que ex sui natura sunt in honesta. sicut sunt oīa q̄ sine pctō exerceri non possunt. vt contractus vsuraruz: simonie, et similea. Et ista oībus sunt prohibita indistincte tam laicis ꝙ̄ clericis cuiuscunqꝫ sint conditionia vel etatis: dummodo sint doli copaces .xiiij.q.iiij. Nec hac ꝓterenndū.s.q.s. Reperiūtur in fine. di.lxxxviij. Fornicari. ex̄ de delictis pueroꝝ.c. pueris. Alia plura sunt que non sunt i honesta ex sui natura. vt emptio. venditio: locatio: conductio: et similes contractus: et etiaz exercitiuz artiū mechanicaruz vt artis textorie: sutorie ꝛ similiuz que necessaria sunt vsui humano. Et ista concessa sunt laicis dummoda fiāt cum debitis circunstantijs: scz ex debita causa.s. vt nō fiāt ex intentione corrupta .s. ꝓpter cupiditatem vel alinm finem malum. Sed fiant vt ipsi possint de suo labore sibi ꝛ sue familie ꝓuidere in necessarijs. Item vt possint hospitalitatez tenere ꝛ cetera mīe opera exercere. di.lxxxvj. Non satis.xj.q.j. Sicut enī Item si fiant congruo tp̄e. scz vt nan fiant tp̄e festiuo ꝛ feriato: qꝛ tunc nan est vacandum nisi orationibus ꝛ diuinis afficijs et alijs aperibus spiritualib⁹ ꝛ ab omni seruili ope est cessādū. Itē si fiant in decēti laco Naz aliquis locus est indecens ad talia negocia ꝓpter ipsi⁹ loci sanctitatē sicut ecclesia. que teste veritate non debet esse locus negociationia: sed orationis. Vñ ipse eiecit inde vendentes ꝛ emētes. Itez cimiteria ꝛ claustra ecclesiaꝝ non debēt esse loca negociatiōis. Aliquis ∂o locus est indecens ad talia ꝓpter inhonestatem. qꝛ non debēt fieri in lupanari vel alia loco inhonesto ne inde oriatur infamia: vel suspitio aut scandalū ꝛ occassio ruine. Aliquis etiā lacus ē indecēs ad talia ꝓpter suspitionez sicut lacus solitarius ꝛ occultus: qꝛ in talibus lostibulis cōsueuerāt cōmitti adulteria ꝛ doceri heretice prauitateo ꝛ similia. Probaꝛ hoc.xxvij.q.j. Si quis sacra. Itē si fiant debito modo: scz vt non sit vitiosus ꝯtractus scz cū deceptione vel fraude precij. Sed tamen predicta negocia clericis ꝛ religiosis sunt regulariter ꝓhibita. Vñ in ps.lxx. fm aliā litterā. Quoniaz nō cognoui negociationem introhibo in potētios domini. Vñ Hieronymus .vt habetur.lxxxviij. dist. Negociatorem clericū: et ex inope diuitez ꝛ ex ignobili gloriosum quasi quendaz pestē fuge. Potest tamen clericus si indigeat recipere possessiōes excalēdas ad firmā quartā vel quintā partē: vel conducere ad sustētationē suā ꝛ suoꝝ. argu. di.lxxxvj. Peruenit. vbi anaritie causa.xcj. Cleric⁹. Potest etiam clericus artificio suo honesto sibi acquirere victū: dūmado occasione talis artificij non desit diuinis obsequijs. dis.xcj. ꝓ totū. de cōse. dist.v. Nunꝙ̄. ex̄. ne clerici vl' monꝫ.ca.j. Si ergo quia negocia secula-

ria nõ ordinate facta vt dictuȝ est trahunt homines implicãtes se in eis ad iniquo et illicita oportet ergo volenteȝ placere deo ⁊ ei militare nõ ĩplicare se in eis. Eccl. xxxv. Bñplacitũ est deo recedere ab iniq̃tate scȝ negociorum seculariuȝ ⁊ specialr̃ religiosum q̃ maxĩ dȝ esse deo dedicatus. vñ de Enoch qui interp̃tatur dedicãs vel dedicauit: vel eñ deo ambulans per quẽ intelligit religiosus dr̃ Sap. iiij. ꝙ placita erat deo aĩa illius. Scd̃m qd̃ facit gratia dei in hoĩe est ꝙ facit eum esse dilectum a deo. diligit eñ de⁹ eos qui sibi placent. ⁊ ideo bene dixit. ꝙ placens deo factus est dilectus. Sed aduertendũ ꝙ nõ põt esse dilectus a deo: nisi habeat puritatẽ ⁊ charitatẽ. Et ratio est qr dilectio siue amor vnit amantem amata sed de⁹ nõ cõiungit oĩe: nisi sit puras peccato. Propter qd̃ bñ dicit Grego. nazanzenus ꝙ prima sapiẽtia est vita laudabilis: ⁊ apud deũ pura mens p quam puri puro iungunt: ⁊ sancti sctõ sociantur. Iteȝ sicut calor ignis causat colorem in re cui vnitur ⁊ facit ipsam calefactioneȝ vt pȝ in ligno ⁊ ferro: ita etiaȝ amor quo deus hoĩem diligit: causat in homĩe cui de⁹ vnitur amores charitatis qua ip̃e diligit deũ. Et ideo oportet ꝙ in hoĩe qui est a deo dilectus sit ⁊ puritas p̃ueniens: ⁊ etiã charitas subsequens. Et propterea ex persona deitatis dr̃ Canticorum. v. Dilect⁹ me⁹ candidus ⁊ rubicundus. Nam in candore intelligitur puritas conscientie: q̃ est dispositio necessaria ad oẽm virtutẽ: sicut albus ad oẽm alium colorem. vnde pictores primo dealbant tabulã ⁊ oẽm parietem ꝙ ponant ibi alium colorẽ. Et sic deus nõ ponit colores virtutũ ⁊ figuram gratie: nisi in anima dealbata ⁊ purificata. Apoc. j. Caput eius ⁊ mẽs ⁊ capilli eius. i. cogitatiões ⁊ affectiones erãt candidi velut lana alba ⁊ tanꝙ nix. Sed in rubore quo dilectus debet esse etiam rubicũdus: intelligitur charitas. Videmus eñ ꝙ cum corpus frigiduȝ appropinquat calido calor imprimitur in corpore approximato. sicut paȝ in lignis in quib⁹ ignis imprimit calorem. Cum ergo incorruptio faciat esse proximuȝ deo: sequitur ꝙ aĩa recipit formam diuinam: scȝ dilectionem q̃a deus charitas est. Vnde Mat. xvj. Rubicundum est celum: idest anima per munditiam celestis gratie. Isti ergo sunt duo colores qui pulchritudinẽ spiritualẽ faciunt in dilectis dei. scilȝ candor puritatis: ⁊ rubor charitatis. Vñ ⁊ Threñ. iiij. ⁊ de dilectis ⁊ de odiosis sic. Candidiores nazarei eius niue: scȝ p puritatis ⁊ mundicie cõseruationẽ: qr in niue est frigiditas cum albedine: nitidiores lacte: p mansuetudinem ⁊ dilectionem: rubicundiores ebore antiquo p charitatis feruorẽ. In antiquo eñ ebore est rubor cum albedine. saphyro pulchriores per celestẽ conuersationem. In saphyro eñ est aereus color cũ splẽdore. Sed sequit quantũ ad malos ⁊ odiosos deo. Denigrata est super carbones facies eorum. carbo enim extinctus est immundus. sic tales amittunt puritatẽ ⁊ mundiciã. Iteȝ carbo extinct⁹ amittit splendorẽ: sic isti honestaȝ cõuersationeȝ. Itẽ amittit calorẽ. ⁊ sic isti charitatẽ. ⁊ ideo nõ sunt cogniti ĩ plateis. Scd̃m ad qd̃ studere debȝ bonus religiosus est vt etiam inter malos cõuersetur innocenter ⁊ laudabiliter viuat: ⁊ ideo dr̃ in auctoritate allegata ⁊ diuisa superius. viuens inter peccatores. Vbi aduertendum est ꝙ carbo ignitus ⁊ viuens manens inter carbones mortuos ⁊ extinctos si habet modicum de igne extinguit ex eorum frigiditate: sed si multũ habeat de igneitate non solũ nõ extinguitur: immo etiam ipsos pl⁹ accendit ⁊ viuos facit. Sic homo iustus inter pctõres viuens si habȝ modicũ de igne spiritus ⁊ charitatis peruertitur faciliter ab eis. Vñ periculosum est homini imperfecto ⁊ debili conuersari inter malos: quia corrumpunt bonos mores colloquia praua ⁊ exempla mala ipsorum. Et hinc est ꝙ vt docet sctũs Thomas de aquino: christiani qui simplices ⁊ infirmi sunt prohibendi sunt maxime ne magnam familiaritateȝ habeant cũ infidelib⁹ vt cũ iudeis ⁊ saracenis ⁊ similib⁹: ⁊ ꝙ absq̃ necessitate non cõmunicent cum eis: nec cohabitando: nec ad conuiuia recipiendo: vel cum eis comedendo: ⁊ in alijs similib⁹. xxviij. q. j. nullus ⁊. ca. omnes. Sed perfecti viri qui multuȝ habent de igne: idest de amore charitatis ⁊ splendore sapientie viuendo inter peccatores. non solum non peruertuntur ab eis immo etiam eos conuertunt. Vnde tales qui firmi sunt et stabiles in fide ita ꝙ ex eorum communicatione etiam cum infidelibus speratur magis conuersio illorum q̃ȝ horum subuersio: non sunt p̃hibendi communicare cũ iudeis ⁊ saracenis: maxime

si necessitas vigeat. Et iō eunteo ad predicandum saracenis cibis eoꝝ vti possunt et hoc cō moderatione ꝛ gratiaꝝ actione: seruata etiā tempoꝝ qualitate. s. ne carnes in q̄dragesima comedāt ꝛ eiusmodi. ex̄ de iudeis et saracenis. ca. q̄ꝫ sit laudabile. Et sic intelligitur. xi. q. iij. Ad mēsam. Et h̄ intellige nisi esset illud idolis imolatuꝫ. tunc enī sicut Aug. dicit satius esset fame mori q̄ꝫ vesci idolothito. xxxij. q. iiij. sicut satius Sed aliq̄ dicunt ꝙ in extrema necessitate possꝫ q̄s idolothito vesci: sed non in reuerētiā idoli. Sic ergo inter pctōres viuens si sit pfect⁹ non peruertitur ab eis vt spūaliter moriaẜ sed virtuosis operibus ꝛ sctis orationib⁹ et predicationibus cōuertit eos ad vitaꝫ. ꝛ ideo pōt dicere cū ps. cxvij. Nō moriar sed viuam ꝛ narrabo opa dn̄i. Non moriar: scꝫ cū pctōribus peccando: sed viuā scꝫ in gratia perseuerando: et narrabo opera dn̄i. scꝫ alijs p̄dicando vt conuertantur ad vitā. Tertio debꝫ bon⁹ religiosus studere ad sic viuendū ꝙ finaliter ad vitaꝫ eternā perueniat. qḋ notatur in auctoritate allegata: cū dicatur. translatus est. Videmus ꝙ quandoqꝫ contingit ꝙ ille qui fuit in aduersitate ꝛ deiectiōe: quia bene ꝛ patienter se habuit trasferetur ad magnaꝫ dignitatē ꝛ honorem sicut accidit ioseph qui de carceris squalore translat⁹ est ad egypti dn̄ium: ꝛ sicut dauid de exilio ꝛ persecutione saul translatus est ad regnum: sic etiam qui in isto seculo bene ꝛ virtuose viuendo scit fortiter ꝛ patienter portare huius exilij erumnas: finaliter a deo in morte transfertur ad regnum eternū. Et ideo et persona talium dicit aplus Col. j. Eripuit nos ḋ presenti seculo nequā ꝛ transtulit, nos in regnum dilectionis filij sui. B

Secūdo in assumpto

themate describiẜ executio professionis regularis in qua obediētiā p̄misit. ꝛ ideo dicit. obediēs. Ubi aduertēdū est ꝙ s̄m btm̄ Bern̄. triplex est obedientia. Una necessaria: qua scꝫ obeditur in his ad que homo ex necessitate tenetur siue de iure cōi siue de iure speciali: sicut ex obligatione professionis vel voti. Alia est perfecta: qua quis obedit in oībus licitis. Alia est indiscreta qua quis obedit in oībus indifferenter et indistincte. Sed licꝫ huius obedientia sit indiscreta respectu hominū; non tamen respectu dei. quia precipienti est indistincte obediētiū in oībus. Et ratio est: quia homo potest errare in precipiendo ꝛ deficere a iusto p̄cepto. ꝛ ideo indiscretum est homini in oībus obedire: sed non sic deo qui deficere non potest. Et ideo dicitur Act. v. Obedire oportet deo magis q̄ꝫ hominib⁹

In quibus quidem verbis tria de obedientia describuntur.

Primum est eius necessitas: quia obedire oportet.

Scd̄m est eius congruitas: qꝛ deo.

Tertium est obedientie quantitas: quia magis q̄ꝫ hominibus.

Circa p̄mū aduertendū est ꝙ obediētia optima ꝛ necessaria dꝛ dupliciẜ. Uno modo vt seruetẜ ordo diuinit⁹ institutus. Naꝫ sicut actiōes rerū naturaliū p̄cedunt et potentijs naturalib⁹: ita etiāꝫ operationes humane p̄cedunt et humana volūtate. oportuit in reb⁹ naturalib⁹ vt superiora mouerent inferiora ad suas actiones p̄ excellentiam naturalis virtutis collate diuinitus: Sic etiam oportet in rebus humanis ꝙ superiores moueant inferiores p̄ suā volūtatem ex vi auctoritatis diuinitus ordinate: mouere aūt p̄ rationem ꝛ volūtatem ē precipere. Et iō sicut ex ipso ordine naturali diuinitus instituto inferiora in reb⁹ naturalibus necesse habēt subdi motioni superioꝝ. ita etiā in rebus hūanis ex ordine naturali ꝛ diuino tenentur inferiores suis superiorib⁹ obedire. Unde ꝛ dn̄s Matthei xxiij. cōtra phariseos qui obseruabant minora mandata legis de decimandis holeribus ꝛ transgrediebanẜ maiora mādata legis dicit. Hec oportuit facere et illa non omittere: ostendēs ꝙ in omnibus obedire oportet legi ꝛ ordini diuinitus institutis Secūdo obedientia est opportuna ad assequēdū multas vtilitates. Et primo est diuina inhabitatio. cui⁹ figura habeẜ Luc. iiij. vbi dn̄s introiuit in domū symonis: q̄ obediens interpretaẜ. Item tūc fili⁹ dei in vterū virginis cōcept⁹ est: cū maria verbo angeli obediuit dicēs. Ecce ancilla dn̄i fiat mihi s̄m v̄bum tuū. Scd̄a est impetratio. vn̄ cecus natus dixit ioh. ix. Quis dei cultor est ꝛ volūtatem ei⁹ facit: hūc exaudit. Unde Isidorus dicit. Si qḋ precepit deus facimus: sine dubio illud quod petimus obtinebimus. Et Augustinus. Citius exauditur vna obedientis oratio q̄ꝫ decem mi-

lia ꝯceptoris. vñ ecõtra Prouer. xxviij. dr. Qui obturat: aũs declinat aurẽ suã ne audiat legem: oratio ei⁹ erit execrabilis. Tertia est victorie assecutio Prouer. xxi. Testis mẽdax pibit: vir obediẽs loquit̃ victoriam. Testis mẽdax ẽ qui ꝓfessus est obedientiã ⁊ non seruat: qui in ꝓsenti perit: qr in bello spũali succũbit. Exemplũ de pplo iudaico q̃ ꝓmisit se seruare legẽ ⁊ nõ fecit. Exo. xix. Oĩa que locut⁹ est dñs faciem⁹. ideo corã hostib⁹ nõ poterat stare. Sed vir obediens loquet̃ victoriã: qr obedientia eũ vbiq̃ defendit ⁊ custodit tanq̃ suũ. Eccli. xv. Si volueris mãdata dei ꝯseruare, ꝯseruabunt te. Sic castrũ custodit ipm custodientez. Obedienti enĩ obediũt oĩa. s. creator ⁊ creatura. De creatore dr Josue. x. Non fuit antea et postea tã lõga dies obediẽte dño voci hominis. Greg. Si obediẽtes fuerim⁹ ꝓpositis nostris: obediet dñs orõnibus nostris. De creatura pz in vitis sanctoꝝ patrũ. de illo q̃ adduxit leenã ligatã ⁊ de illo ad cuius iussionẽ aq̃ ascendit vsq̃ ad os putei. Scdo ostendit̃ obediẽtie ꝯgruitas: cũ subdit̃ i auctoritate allegata. deo. Vñ si hõ ꝑciperet aliq̃d qd esset cõtra iusticiã vel charitatẽ: non esset ei obediẽdũ. Sed nõ sic est de deo. qd pz qr Gen. xxij. dñs ꝑcepit abrahe q̃ occideret filiũ suũ innocẽtẽ. Et Exo. xij. ꝑcepit iudeis q̃ furarent̃ res egyptiorũ q̃ videbant̃ esse ꝯ iusticiam. Itez ꝑcepit osee q̃ accipe mulierem adulterã: qd videbat̃ cõtra castitatẽ Et rõ est: qr sicut de⁹ nihil operat̃ cõtra naturã: qr hoc est naturale vniuscuiusq̃ rei qd in eo de⁹ opatur. vt habet̃ in glo. Ro. xj. operat̃ tñ aliq̃d contra solitũ cursum nature. Ita etiã de⁹ nihil potest ꝑcipere ꝯ virtutẽ. qr in hoc principaliter ꝯsistit virtus ⁊ rectitudo volũtatis humane q̃ dei volũtati ꝯformet̃ vt ei⁹ sequat̃ imperiũ: q̃uis sit contra cõsuetũ virtutis modũ. Vñ ꝑceptũ abrahe factũ de filio innocẽte occidendo nõ fuit cõtra iusticiam qr de⁹ est auctor mortis ⁊ vite. Sic nec illd qd mandauit iudeis de rebus egyptiorum furandis: qr ei⁹ sunt oĩa ⁊ cui voluerit dat illa. Sic nec cõtra castitatẽ fuit ꝑceptũ factũ osee de accipienda muliere adultera: qr ipse de⁹ est humane generatiõis ordinator ⁊ ille est debit⁹ mod⁹ mulierib⁹ vtẽdi quem de⁹ instituit. Ergo in oĩbus obediẽdum est deo sm illud Deuter. xxvi. Obediui voci dñi dei mei, ⁊ feci oĩa sicut ꝑcepisti mihi.

Tertio ostẽditur diuine obediẽte quãtitas, idest quãtũ debeas obedire deo. qr magis q̃ hoib⁹. s. magis humiliter. qr humilitas necessaria est in oĩ obedientia. Augu. Obediẽtia nisi humiliũ eẽ nõ põt. qr humilis a sensu suo vacu⁹ recipit alienũ. cib⁹ enim vbi nimis est de sale est quasi perditus sed nõ ille in quo paruz: qr põt apponi sed non faciliter subtrahi. Vñ humilis videns sensum suũ deficere acq̃escere alieno. sz magis dz subijci ⁊ acquiescere deo. Itẽ magis celeriter qr de ꝑceptis humanis põt dubitare ⁊ iõ deliberare dz sed nõ de diuinis. Augu. Ver⁹ obediens non ꝓcrastinat: sz parat aures auditui: linguã voci. man⁹ operi: pedes itineri. ⁊ sic totũ in se recolligit vt mandatũ impleat imperãtis. Itẽ magis reuerenter qr si debem⁹ ꝓpter deũ reuereri parentes carnis ⁊ obedire eis multo magis patri ⁊ creatori aĩarũ nostrarũ. Vñ Heb. xij. Patres carnis nostre hobuim⁹ eruditores et reuerebamur eos. nõ multomagis obtẽperabimus patri spirituum ⁊ viuemus.

Tertio in themate assumpto

describitur limitatio corruptionis naturalis: qr vsq̃ ad mortẽ. Naz sicut mulier q̃diu viuit alligata est viro: cũ aũt mortu⁹ fuerit vir ei⁹ soluta est a lege viri. vt dr Ro. vij. immo etiaz cũ mortua fuerit ipa qr etiã si postea resurgerent non essent amplius coniuges. Sic etiaz est de ꝓfesso: qr alligatus est religioni solũ vsq̃ ad mortẽ. vñ mortuus iste liber effect⁹ est ab omni obedientia sz q̃diu viuebat ex iusticia tenebat̃ obedire ⁊ quãto pl⁹ obediebat: tanto pl⁹ iustificabat̃ ⁊ plus ꝓficiebat. Eccli. xviij. Nõ verearis vsq̃ ad mortẽ iustificari. vt. s. post mortem merearis beatificari. s. in eterna beatitudine. Ad quam ⁊c.

¶ In funere alicui⁹ boni religiosi. Ser. xi.

Consummatus

e

s breui expleuit tpa multa; placito enĩ erat aĩa ei⁹: propterea ꝓpauit educere illũ de medio iniq̃tatũ. Sap. iiij. Videm⁹ q̃ sũt q̃dã fruct⁹ q̃ citi⁹ alijs i arborib⁹ maturescũt. sz postq̃ maturi facti sũt: nõ diuti⁹ relinquunt̃ in arbore sz citi⁹ colligunt̃ ne ibi putrefiant. Ita in religiõe etiã sunt quidam q̃ in ipso nouiciatu suo vel in sua iuuenili etate mirabilr i ipsa religione

per modicum spacium tpis pficiunt τ procedūt quon deꝰ qui oīa nouit τ presentia τ futura: non permittit in vita presenti diutius permanere: sed eos per mortem hinc colligit tanq̄ fructus iam maturos et suo conspectui gratos: ne forte si diutius viuerent ab ipso sue bonitatis feruore retrocedere τ deficere cōtingat. Unde de quolibet talium dici potest verbum ppositum. Consummatus in breui τc. ¶ In quibꝰ quidem verbis quattuor describuntur.

Primum est vite modicitas: qr cōsummatus in breui.

Secundum est meritorum fecunditas qr expleuit tempora multa.

Tertium est meritorum gratiositas. qr placita erat deo anima illius.

Quartum est mortis celeritas: quia pperauit educere τc.

Circa primū notandū

est q̄ iste noster frater defunctus put tangit in ipso verbo pposito in breui spacio tpis et etatis et religionis cursum totiꝰ vite sue feliciter consummauit. Uidemus aūt q̄ si aliq̄s negociator vel artifex in breui spacio tpis d̄ sua negociatione vel arte per sollicitudinez τ industriaz suā plurimuz lucraret: et alius in tpe multo pp̄ter desidiā et imprudentiā suā non lucraret: sz pderet potiꝰ q̄ habebat: pfecto sollicitudo τ prudentia illiꝰ cōdēnaret imprudentiā τ ignorantiā istiꝰ. Certe nos oēs sumus positi h̄ ad artē bene viuēdi τ ad negociationē vite eterne. Si ergo aliq̄s sit qui ita sit sollicitus ad bene operandū τ prudēs ad bene τ religiose viuendū q̄ in modico tpe quo viuit acq̄rat magnū meritū τ lucru vite eterne: τ aliꝰ longo tpe viuēs pp̄ter pigritiam τ imprudētiaz suā ita viuat q̄ nihil mereatur: sed pdat gratiā dei τ tp̄s suū τ lucrum vite eterne: certe breuis vita illius ↄdēnat longam vitaz istius. Un̄ dr Sap. iiij. Cōdēnat iustus mortuus viuos impios: τ iuuētus celerius consummata longā vitā iniusti. Uidebūt eñ finem sapientis et nō itelligent. In quibus quidem verbis describitur triplex iudicium.

Quoꝝ primū puenit ex dr̄ia ↄiietatis. scʒ que est inter iustuz τ mortuū τ impiū viuum. τ ideo dicit. ↄdēnat iu. mor. impi. vi.

Scd̄m sumit ex distātia quātitatis q̄. s. est inter breuē vitā iuuenis iusti: τ lōgaz vitā hoīs iniusti: qr iuuentꝰ cele: ↄsummata supple condemnat longam vitam iniusti.

Tertiū sumit ex ignorantia cecitatis: qr videbūt eñ finē sa. τ non intel.

Circa primū aduertendā est q̄ iustꝰ mortuus dr cōdēnare viuos impios et sine verbo tm̄ cōparatiōis exēplo. Et rō est: qr iustus mortuꝰ q̄diu fuit in mūdo aut semper fuit iustus aut aliq̄n fuit iniustꝰ. Si p̄mo modo. tūc manifestuz est q̄ vita iusti cōparato ad vitaz impij maxime cōdēnat eā: qr maxime facit apparere suā impietatem. nā iustꝰ q̄diu iuste viuit: dr tenere rectaz viā et hoc iō qr rectuz dr cuiꝰ mediū non discrepat ab extremis. vn̄ qr actio iusti a suo p̄ncipio qd̄ est volūtas: τ a suo fine q̄ est intētio minime discrepat: idcirco dicit iustus in sua actione recta via ambulare. Sm̄ illd̄ Esa. xxvj. Rectꝰ callis iusti ad ambulandū Sed hoīes impij q̄uis velint impia agere: nolunt tm̄ si possent impij reputari. Et ideo vnū intendūt: τ aliud pretendunt. et sic quod demonstrant de suo opere exit ad extrema: dum nec principio concordant nec fini. Et ideo non recte: sed oblique siue per circūitum dicunt ambulare. Sm̄ illud ps. xj. In circūitu impij ambulāt. Uel dicunt etiaz impij in circūitu ambulare: qr ille qui vadit in circūitu eandē viaz frequēter reiterat: τ ideo qr ipsi eandē peccata et malo reiterant frequēter: dicunt circuire. Sic ergo pz q̄ vita illius cui semper fuit iustus totaliter est recta: sz vita impij q̄diu impius est curua τ obliqua. Sed tunc apparet τ iudicare potest quanta sit obliq̄tas alicuiꝰ baculi curui. quando ponitur iuxta baculū qui est totaliter rectꝰ. Et iō ph̄s dicit q̄ rectū est iudex sui et obliqui: qr dum rectā applicatur obliquo manifeste apparere facit τ suā rectitudinē et obliqui curuitatem. Et sicut tunc maxime iudicari pōt quanta sit peruersitas vite impij quando cōparatur ad vitam iusti: q̄diu tamen iustus viuit non potest fieri perfecta comparatio vite eiꝰ ad vitaz impij qr quātūcunq̄ sit iustus: q̄diu tamen viuit potest cadere in peccatum et effici ipius: sed qn̄ vsq̄ ad morte in iusticia pseuerauerit τ iustꝰ mortuꝰ est: tunc certū est totā vitaz suā fuisse rectā τ ita vitā impij non rectaz sui comparatione cōdemnat. Un̄ signanter dicit iustus mortuus vel qr iustꝰ mortuꝰ gloriā regni celestis accepit quā impiꝰ male viuēdo amit

tit. vñ Sap. x. Tulerũt iusti spolia ĩpiorũ. Et nota ꝙ quãdo iusti efficiunt impij perdunt oĩa merita acquisita: tñ nõ resurgũt per penitentiã nunꝗ̃ recuperãt eo: sed tamen nõ remanent perdita: qꝛ attribuunt alijs iustis qui perseuerauerũt. Et ideo dicitur Job. xxvij. Hec est pars hoĩs impij apud deũ ꝛ hereditas violẽtaꝝ ꝛc. Et post Si cõportauerit quasi terra argentum. i. puritatẽ boni operis amiserit conuersus ad terrena: ꝛ sicut lutũ preparauerit vestimẽta. i. si merita qb⁹ aĩa ei⁹ fuerat vestita ꝑ luta. i. ꝑ vili peccatã amiserit: preparauit quidẽ sed iustus vestiet illis. ꝛ argentũ innocẽs diuidet. ꝛ dicit diuidet qꝛ iste habuit laborẽ ꝛ ille suscipiet meritũ. Si aũt iust⁹ mortuus aliqñ fuit impius ꝛ postea conuersus ad penitentiã factus est iust⁹: tunc talis iustus mortu⁹ sui cõparationis exemplo cõdẽnat viuos impios qui nolunt ad pniam cõuerti. Matth. xij. Uiri niniuite surgent in iudicio cũ generatione ista ꝛ cõdẽnabũt eã qꝛ penitentiã egerũt in ꝑdicatione Jone. ꝛ ecce plusꝗ̃ Jonas hic. ꝛ tñ supple nõ conuertunt ad pniam ad eius predicationem. Scdõ describit in auctoritate allegata iudiciũ: qd̃ sumit ex distãtia quãtitatis q̃. s. est inter breuẽ vitã iuuenis iusti ꝛ lõgam vitã hoĩs iniusti. vñ ait ꝙ iuuentus cele. consu. condẽnat supple lõgã vitam iniusti. Et tangit duplex ratio isti⁹ ꝯdẽnationis. Una sumit ex etatis qualitate. qꝛ alia est qualitas iuuentutis ꝛ aliarum etatum: qꝛ etas iuuentutis ꝓnior est ad peccandum ꝙ̃ alie etates. Et ratio est qꝛ iuuenes: sicut ostẽdit phs in. ij. lib. rhetoricoꝝ magis habent de concupiscentia alliciente: ꝛ plus de ira impellente: ꝛ minus de ratione refrenante: ꝛ magis de inexperientia precipitante. Et ꝓpter ista vt plurimum iuuenes in diuersa collabuntur vitia. Laudabilior ergo est qui in iuuentute bonus est. vnde talis multum cõdẽnat inferũ sue comparationis exemplo qui in iuuentute ꝛ in longa etate malus ꝛ iniustus existit. Sunt ergo cõmendabiles iuuenes qui fortes sunt ad pugnã vitiorũ ꝙ̃ prompti sunt ad obedientiã mandatorũ. qui cauti sunt ꝛ constãtes contra insidias demonioꝝ. Et talib⁹ iuuenibus dicitur. j. Jo. ij. Scribo vobis iuuenes quoniã fortes estis ꝛ verbũ dei manet in vobis ꝛ vicistis malignũ. Talis ergo iuuenis dicere

pãt illud ps. cxxviij. Sepe expugnauerũt me a iuuentute mea: etenim nõ potuerũt mihi. Et iterũ illud Mat. xix. Omnia. sc; mandata dei custodiui a iuuentute mea. Alia ratio predicte cõdemnationis sumit ex tpis quãtitate: qꝛ iuuenis cui⁹ iuuent⁹ celerius per mortẽ cõsummata fuit: ꝛ in illo modico tpe vixit iuste ꝛ bene se habuit. ꝛ cõparatione vite sue condemnat illũ q̃ longo tpe iniuste ꝛ male vixit. Et nota qñ aliqs inuenit bonũ liquorem positum in malo vase timens ne ibi destruat festinat extrahere ipsum maxime si sit liquor q̃ faciliter permutaret vt vinum vel oleũ. Sic deus quoqꝫ iuuenẽ bonũ ꝛ deuotũ cito extrahit aliqñ de mũdo q̃ totus in maligno positus est: ne permutetur a suo bonitate. vñ festine consummatur iuuentus ꝛ vita eius. Saph. j. Consummationem cum festinatiõe faciet. Sed aduertendũ ꝙ sicut non obest iusto ita obest iniusto ꝛ impio ꝙ vita eius diutius ꝓlongetur: quia malitia semper crescit. vñ iniustus ꝛ impius siue tarde siue cito marior dãnat. Et ideo dicit de impijs ꝛ iniustis Sap. iij. Si longe vite erunt in nihilum cõputabunt: ꝛ sine honore erit nouissimo senectus illorũ. Et si celerius defuncti fuerint non habebunt spẽ nec in die agnitionis allacutionem. Tertium iudiciũ sumit ex ignorãtia cecitatis. s. mentalis. vñ subdit in auctoritate inducta: videbunt. s. insipientes ꝑ cõtrares finem sapientis iusti ꝛ nõ intelligent. Ubi aduertendũ ꝙ finis sapiẽtis duplex est. Unus corporalis ꝭm sensum: et alius spũalis ꝭm intellectum. Finis corporalis q̃ est sensu perceptibilis est mors: ꝛ iste est indifferens ꝛ cõis sapienti ꝛ insipienti. qꝛ morit doct⁹ pariter ꝛ indoct⁹. vt dr̃ Eccl's. ij. Alius est finis spũalis ꝭm oĩam. ꝛ iste non est perceptibilis sensu sed intellectu tñ. ꝛ iste est vita eterna. de quo apl's Ro. vj. Habetis fructum vestrum in sanctificationem: finem ꝟo vitam eternam. In hoc fine differt sapiens a stulto. ꝭm illud Eccl's. vj. Quid habet amplius sapiẽs o stulto: ꝛ quid pauper nisi vt pergat illuc vbi ẽ vita eterna. Ubi aduerte ꝙ sapiens dr̃ q̃ nõ tñ cognoscit sed amat ꝛ desiderat deũ. Unde ꝭm platonem sapiens dr̃ dei cognitor ꝛ amator ꝛ imitator: sicut ait beat⁹ Augu. viij. de ciuitate dei ca. iiij. Stult⁹ aũt dicit q̃ nescit ꝓuidere in posterũ vel igno.

rans appetenda ⁊ vitanda. Pauper autē
dr qui est humilis spiritu recognoscens .s.
suū defectū ⁊ de pctīs contritus. vñ Greg.
s. vj. mora. Pauper est quisquis de suo sen
su elatus nō est, Et bene cōiungunt simul
sapiens ⁊ pauper. i. humilis: quia vbi hu-
militas ibi est sapientia. Uult ergo dicere
ꝙ sapiēs ꝗ cognoscit ⁊ diligit ⁊ imitat deū
⁊ paup. i. hūilis ꝗ cognoscit ⁊ corrigit suū
defectum: hec hꝫ amplius stulto. i. impro-
uido quantum ad futura ⁊ ignorante quā
tum ad presentia: ꝙ sapiēs pergit in fine
illuc vbi est vita. s. eterna. Et per cōtrariū
stultus pergit illuc vbi est mors eterna. Ui
debunt ergo stulti qui non considerant ni
si sensibilia finē sapiētis. s. corpalē. i. mor
tem corporis: sed nō intelligent finē spūa
lem. s. eterne beatitudinis: ad quā aīa ei⁹
pergit. Luce. viij. Uidentes non videāt ⁊
audientes non intelligant. Jo. ix. Qui vi-
dent ceci fiant. B

Secundū quod descri

bitur in themate assumpto est meritoꝝ fe-
cunditas: q: expleuit tpa multa. Ille enī
in breui explet tpo multa qui in modico tē
pore quo viuit acquirit multa merita. Si
cut mercator sollicitus ⁊ industrius plura
lucratur in tempore modico ꝙ piger ⁊ he
bes lucratur in multis temporibus. Un-
de cursor leuis ⁊ velox in modico tempo-
re explet dietas multorum temporum. i. ꝗ
in multis diebus expediri ɔsueuerūt. Sꝫ
istam velocitatē merendi ⁊ operandi facit
amor charitatis. quia sm Greg. nunꝙ est
amor dei ociosus operat enī magis si est.
Item quia sm Aug. omnia etiam seua et
immania tollerabilia et ꝓpe nulla efficit:
Unde sicut dicit Ber. Qui amat vehemen
tius currit velocius ⁊ peruenit citius. Un
de potest dici ei qui sic velociter currit ad
deum ⁊ ad vitam eternam bene operando
illud Eze. xvj. Tempus tuū tempus aman
tiuꝫ. Dicūtur etiam iusti explere multo tē
pora: quia lꝫ eorūꝫ bona opera in modico
tempore expleantur. tamen ipsorum ope-
rum merita per multa tempora remunerā
tur. s. in bonis eternis: immo etiam post
multa tempora remunerabuntur. s. in die
iudicij plena remuneratione. sicut pꝫ ma-
xime de elemosynis ⁊ operib⁹ mīe. Un Ec
cle. xj. Mitte panē tuū sup trāseūtes aqs
q: post multa tpa inuenies illū. In quib⁹
quidē verbis describunt quinꝙ conditio
nes que in datione elemosynarum debēt
obseruari. Prima est vt dentur prompte
siue hilariter: ⁊ ideo ait mitte. Non enī de
bet homo semper expectare pauperes vt
veniant ad petendum. sed debet eis mitte
re etiam non venientibus. maxime si sine
pauperes verecundi. in hoc enī parcit eoꝝ
verecundie ⁊ ostenditur elemosyna ꝓpria
sponte fieri ⁊ hilariter ⁊ non ex importuni
tate petētis. Nee. viij. Mittite partes eis
qui nō preparauerunt sibi. Et. ij. Esdre. ix.
Mittite munera his qui non habent. Se
cunda est vt dētur vtiliter. i. ve detur illud
quod sit magis vtile ei cui datur. ideo ait
panem. Panis enim est precipuum susten
tamentū vite humane. ⁊ ideo nomine pa
nis intelligitur quicquid est necessarium
ad vitam humanaꝫ ⁊ ad eius sustentatio-
nem. Esa. lviij. Frāge esurienti paneꝫ tuū:
Tertia est vt dentur equiter. i. de proprio
bono non de alieno ideo ait tuū. Tob. iiij.
De sustantia tua fac elemosynā. Quarto
est vt dentur clementer. ideo sup transeū-
tes aquas. i. sustinentes tribulatiōes a fa
me ⁊ siti ⁊ nuditate. Per aquas enī tribula
tiones significantur. ps. xlv. Transiuimus
per ignē ⁊ aquā. Nam per ignē significat
feruor tentationuꝫ. ⁊ per aquā inundatio
tribulationū. Naꝫ sicut dixit quidā metri-
ce. Raro iacturā videas contingere solam
Una refert aliam velut vnda recolligit vn
dam. Quinta est vt dentur elemosyne ordi
nabiliter. s. propter deum ⁊ eternam retri
butionem. ⁊ ideo ait. quia post multa tem
pora inuenies illum. s. in futuro nō in pre
senti. sicut ille qui seminat non statim re-
colligit fructum: sed post multa tempora
idest post plures menses. Gal. vj. Bonum
facientes non deficiamus: tempore autē
suo metemus non deficientes. C

Tertio in themate as

sumpto est meritoꝝ gratiositas. q: plac. e.
deo aīa illi⁹. Ubi aduertēdū ē ꝙ ꝑ religio
nē aīa ɔiūgit deo sicut spōso suo vñ sicut
spōsa sollicita est vt sit placita viro suo. Pꝫ
illud. j. Cor. vij. Que nupta est cogitat ꝗ
sunt mūdi quō placeat viro. Sic ⁊ aīa bo
ni religiosi sollicita est vt sit placita deo.
Sꝫ dria ē iter virū lasciuū ⁊ virū honestū
q: hoī lasciuo plꝫ vxor ꝑpt pulchritudinē
vñ maxie hāc diligit ī vxore. Sꝫ viro hone

sto magis placet vxor propter bonitatē et
virtutē. Et sic est aīa respectu dei: q2 intātū
est deo placita inquantū bona. Vñ de phi
nees q̄ significat virū religiosuz d̄i Eccli.
xlv. In bōitate ꝛ alacritate aie sue placuit
deo. In quibus quidem verbis aduerten
dum est. ꝙ anima viri religiosi vt sit spon
sa deo grata debet habere tria.

Primum est vt sit virtuosa: quod nota/
tur in bonitate.

Secundum est vt sit leticiosa: quod no
tatur in alacritate.

Tertium est vt sit gratiosa. qđ notatur
ex placibilitate. q2 placita deo.

Circa primū est aduertēdū ꝙ sicut spon
sa carnalis mľtū studet ad ornatū corpis
ita sponsa spūalis. i. aīa debet studere ad
ornatū mentis. Sed sicut ornamentū cor
poris est habitus p̄ciosus. ita ornamētuz
aīe est habitus virtuosus. Et in tali habi/
tu. scz virtutis bonitas aīe cōsistit. Unde
philosophꝰ dicit in. v. ethicoꝝ. ꝙ virtꝰ est
q̄ bonū facit habērē ꝛ opus eius bonum
reddit. Sic em̄ videmꝰ de vnaquaqꝫ re ꝙ
bonitas eius cōsistit in virtute eius. sicut
medicina dicitur bona q2 habet virtutem
curādi. ꝛ equus d̄r bonꝰ q2 habet virtutez
portandi ꝛ sic de alijs. Et ita etiā aīa dicit
bona q2 virtuosa. Unde etiā August. dicit
ꝙ v̄tus est bona qualitas mentis: qua re
cte viuitur: qua nemo male vtitur: quā deꝰ
in nobis sine nobis operatur. Et ita patz
ꝙ talē habitū ꝛ vestimentū virtutū reci/
pit sponsa. i. oīa a b ipo deo spōso suo. Vñ
patet ꝙ qui aīam suam habet tali habitu
ornatā potest dicere illud Sap. viij. Sor/
titus sum animā bonam. Scđo aīa sponsa
dei debet esse letitiosa: et ideo dicit. in ala
critate. scz vt virtutū opera alacriter pro/
sequatur: q2 ex alacritate exterioris operis
manifestatur interior habitꝰ virtutis. Naz
si queras quomodo potest sciri ꝙ ipa aīa
que inuisibilis est sit induta habitu virtu/
tis qui etiaz inuisibilis est. Dico ꝙ potest
aduerti ex opatione exteriori q2 etiaz occul
ta virtus rei naturalis manifestatur ex sua
operatione. sicut ex expulsione veneni ma/
nifestatur virtus sapphyri vnde curat an/
tracez que est ex materia venenoso. Et vir/
tus iaspidis manifestat ex restrictione flu/
xus sanguinis. Et sic virtus mētis ex boni
tate exterioris operis et conuersationis
manifestatur. Propterea de fide q̄ virtus
precipua est d̄r Jacobi. ij. Ostende mihi ex
operibus fidē tuam. Et dicit ex operibus
nō ex opere. quia ex vno tm̄ opere non ma/
nifestatur habitus. virtutis: sed ex multis
si cū alacritate fiant. Unde ꝙ virtus sit in
aīa habitualiter firmata in exterioribus
bonis operibus: sicut sanctus Thomas de
aquino testatur: cognoscit ex tribus. p̄mo
si operetur stabiliter scz vt sic infirmitas in
bona operatione. ea em̄ q̄ sola dispositio/
ne dependēt facile immutant. nisi s̄m ali/
quam inclinationez habitualē fuerint sta/
bilita. Scđo si operetur celeriter. scilicz vt
operatio perfecta in promptu habeatur.
nisi em̄ potentia naturalis per habitum
aliquomodo inclinetur ad vnū oportebit
semp cum necesse fuerit opari: precedere in
quisitionem in opere. sicut patet de eo qui
vult s̄m virtutem agere habitu virtutis ca
rens. vnde p̄hus dicit in tertio ethicorum
ꝙ repētina sunt habituata. Tertio si ope/
ratur delectabiliter: scz vt cū delectatione
ꝛ gaudio perfecto operatio compleatur.
Quod quidē fit per habitum qui cū sit per
modum nature operationez s̄ibi propriam
quasi naturalez reddit. et per consequens
delectabilem. Nā cōuenientia est delecta/
tionis causa. Unde philosophꝰ in secundo
ethicorum ponit signum habitus delecta/
tionem in opere existentē. Qui ergo virtu/
tum opera his tribus supradictis modis
prosequūtur: isti dicuntur proprie cū ala/
critate operari. Et ratio est: q2 s̄m papiam
alacer dicit fortis velox. vnde alacer quasi
alacer o velocitate ale ꝛ gaudens. Dicitur
ergo fortis inquantuz operatur stabiliter
velox inquātū operatur celeriter: sed gau/
dens inquantum operatur delectabiliter.
Hoc figuratum est. iij. Reg. viij. vbi dici/
tur de filijs israel. Profecti sunt in taber/
nacula sua letantes alacri corde. Taberna
cula enim festiuantium ꝛ letantium sunt
mansiones celestes. de quibus dicit p̄s.
lxxxiij. Quam dilecta tabernacula tua dn̄e
v̄tutū ꝛc. Ad hec tabernacula proficiscunt
homines per opera virtutum: que scz face/
re debent letantes ꝛ alacri corde. i. corde
stabili et prompto et hilari. Tertio debet
aīa esse deo sponso suo grata. vñ dicitur in
auctoritate inducta. placuit deo: scz q2 scl'i
negocia reliquit. ij. Timoth. ij. Nemo mi/
litans deo implicat se negocijs secularibꝰ
ꝛc. Item quia carnalia desideria repressit.

Roma.viij. Qui in carne sunt deo placere non possunt. Item qꝛ ipsi deo fideliter et inseparabiliter adhesit. Hebre.xj. Sine fide impossibile est placere deo. D

Quartū quod describi

tur i themate assumpto est mortis celeritas. qꝛ ꝓperauit educere illum de medio iniquitatꝫ. Ubi nota triplicē gratiā quā fecit deꝰ isti defuncto. Primā scꝫ i accelerando. qꝛ ꝓperauit. scꝫ ne ab hostibꝰ raperetꝛ: sicut dn̄s timens insultū hostium ꝓperat educere vxorē vel familiaꝫ suaꝫ de loco immunito ⁊ ponere in tuto loco. Sic deꝰ properat educere aīam de mundo ne capiatur a demonibus aut a vicijs corrūpatꝛ ⁊ ponit eā in loco tuto paradisi. Hanc accelerationem sub figura desiderabat illꝫ q̄ dicebat. iiij. Regū. iiij. Propera ne mihi morā facias. siquidē periculuꝫ est in mora. Itē properauit educere de mūdo: ne ex diutina expectatione celestis gaudij diutiꝰ affligeretur. Unde dicit deus aīe. Propera amica mea ⁊ veni. Et tamen quosdā amicos suos vult deꝰ in vita ista morari propter bonum suum vt magis mereanꝛ: vel alioꝝ quibus ꝓdesse possunt. vn̄ debent in mora patientiā habere. ſm illud Abachuc. ij. Si morā fecerit expecta eū. qꝛ veniēs veniet. Secundā gratiā fecit deꝰ isti defuncto in extrahendo siue educēdo. scilꝫ a corpe qꝛ properauit educere eū. scilꝫ de carcere corporis: quod ps̄. de gratia petabat dicens. cxlj. Educ de carcere deꝰ aīam meā vt ⁊c. Tertiam grām fecit ei deꝰ in eripiendo. scꝫ de medio iniq̄tatū. ps̄. lvj. Animā meaꝫ eri. de medio catule. Catuli leonū sunt pctā q̄ iniquitates dicūtur. qꝛ oē pctm̄ est iniq̄tas vt dr̄. j. Joh. iij. q̄ catuli leonum dicūtur. quia a leonibꝰ idest a demonibus oriātur ꝑ suggestionem ⁊ nutriunꝛ ꝑ delectationē ⁊ deceptionem. Ab his ergo iniquitatibus est ad gaudia celi ꝑductus. Ad que nos perducat ⁊c.

In funere alicuius boni religiosi. Ser. xij.

Bonum est viro

b cū portauerit iugū ab adolescētia sua. Thren. iij. Inter iugū spirituale ⁊ corporale est differētia. qꝛ iugū corporale est qꝺ imponiꝛ bobus. ⁊ est iugum mundi. Luce. xiiij. Iuga boū emi quinqꝫ. Iugum ſo spirituale est iugū dn̄i: qꝺ imponiꝛ hoibꝰ. de quo xp̄s dixit discipulis Matth. xj. Tollite iugū meū sup vos ⁊c. Hoc intelligi pōt esse iugū obediētie ⁊ regularis vite: sub quo scti religiosi laborāt in agro dn̄ico. i. in ecclesia xp̄i sub quo iugo iste charissimus frater q̄ nūc defunctus est ab adolescentia laudabiliter ⁊ vtiliter lōgo tēpore laborauit. Un̄ merito competit ei qꝺ dr̄ in verbo proposito. bonū inq̄t est viro ⁊c. A In quibꝰ quidē verbis de iugo sancte religiōis qꝺ iste ab adolescentia portauit Hiere. ꝓpheta cuius verba sunt ista describit breuiter tria.

Primo vtilitatem hominis. quia bonū est viro: idest vtile.

Scd̄o facilitatē oneris in eo ꝙ subdit cum portauerit iugum.

Tertio prolixitatem temporis: quia ab adolescentia sua.

Circa primū notādum

est ꝙ iugū obedientie ⁊ sctē religionis dr̄ esse bonuꝫ viro. qꝛ facit virū bonū esse: et qꝛ facit ipm̄ bene esse. Et ratio est qꝛ sicut illud qꝺ adheret fonti caloris. i. igni efficitur calidū: ita illud qꝺ adhereret fonti religiōis scꝫ deo: efficiꝛ religiosuꝫ. Illud aūt qꝺ maxime facit hoīem deo adherere est iugū vite regularis. Et rō est: qꝛ religio remouet ista. quibꝰ hoīes cōiter īpediūtur: ne possint inherere deo. Diciꝛ ꝙ argētuꝫ nō pōt adherere siue cōiungi auro: nisi caueaꝛ a tribꝰ. scꝫ a puluere: a vēto: ⁊ ab humore. qꝛ ista tria impediūt talē cōiunctionē. Sic etiā ne adhereat aīa deo: ista tria impediūt. scꝫ puluis auaritie: vētus superbie ⁊ hūor luxurie. Sed religio remouet puluerē auaritie ꝑ abdicationē ꝓprietatis qꝛ etsi liceat aliquibꝰ religiosis habere aliqua in cōi: nō tn̄ licꝫ habere ꝓprium. ⁊ hoc nō derogat ꝑfectioni fideliū sicut patēter dicit btūs ꝓsper in libro de vita cōtemplatiua. ⁊ habeꝛ. xij. q. j. ꝑ totū. vbi ratio ostenditur ⁊ ꝓpria debere ꝓpter perfectionem cōtemni ⁊ sine īpedimento ꝑfectiōis ecclesie posse facultates que sunt profecto cōia possidere. vn̄ de aplis et primis fidelibus xp̄i a quibus incepit ꝑfectio christiane religionis dicitur Actuum. iiij. ꝙ nec quisq̄ eorum que possidebat dicebat aliquid esse suum. sed erant illis omnia communia. Item religio excludit vētum superbie per humilitatē obedientie. exēplo videlicꝫ xp̄i

de quo dr Phil.ij. q humiliauit semetips factus obediens vsqz ad mortē. Item religio excludit humorē fluxū luxurie p votū ptinentie. Vn̄ religiosi intelligunt p illos eunuchos de qb' dixit xp̄s. Mat.xix. Sunt eunuchi qui seipsos castrauerūt propter regnum celoꝝ. Istis aūt exclusis adheret deo aīa sancti religiosi p charitatem τ ptemplationē. Vn̄ religio dr iugū a iungendo siue piungēdo: qz non solū piungit hominē deo; sed etiā multos in vnū in magnum bonū ipsoꝝ. Vn̄ de talib' dixit p̄s. cxxxij. Ecce q̄ bonum τ q̄ iocundū habitare fratres in vnū. Ex quibus verbis colligi potest quomodo religio facit homīes bene esse ppter quattuor.

Primo quidē qz ponit eos in statu volde vtili. τ ideo dicit. ecce q̄ bonū. i. vtile.

Scd'o qz ponit eos in statu volde delectabili. τ ideo subdit. τ q̄ iocundum.

Tertio qz ponit eos in statu vniformi. τ ideo additur. habitare in vnum.

Quarto quoqz qz ponit eos ī statu omicabili. τ ideo subinfertur. fratres.

Sunt ergo primo viri religiosi in statu valde bono. i. volde vtili τ meritorio vnde non solum dixit bonum: sed etiam q̄ bonum. i. mirabiliter bonum. Et hoc ptz dupliciter. Primo respectu eorum a quibus religio abstrahit. Secundo respectu eorū ad que religio attrahit. Precipue nāqz religiones abstrahunt homines non solum a nociuis vel superfluis; sed etiā a licitis. Quod quidem propter xp̄m facere est mirabiliter bonum. i. vtile τ meritoriū. Mirabiliter quidem dico. quia hominem ī carne viuentem faciunt preter carnem viuere qđ fm Hiero. angelicū est nō humanū. Bonum τ laudabile est in hoīe seculari q abstineat ab illicito pcubitu fornicatiōis vel adulterij τ alioruz specieꝝ luxurie. τ sit contentus vxore suo. Sed religio amplius facit; qz per votū continentie abstrahit ab oī pcubitu etiaz matrimoniali. Et de hoc bono dr. j. Coꝝ. vij. Bonū est hoī mulierez nō tāgere. Et in eodē infra. Dico aūt non nuptis. i. virginib' τ viduis. bonū est illis si sic pmaneāt. Itē bonū τ laudabile est in seculari q seruet ieiunia τ abstinentias ab ecclesia instituto τ q in eis abstineat a carnibus. Sed pbate religiones amplius faciunt; qz indicunt alia ieiunia τ generalem abstinentiam a carnibus. nisi p infirmitate vel ratione medicinē cum aliquo dispensetur. sicut fit in ordine fratrum predicatorum. sicut etiam ex̄ de statu monachoꝝ. Cū ad monasterium. prohibetur monachis q in refectorio carnes nō comedant nec extra nisi in infirmitorio: vel interdum quidam in camera abbatis de licentia τ dispensatione eius pro infirmitate vel alia necessaria causa. Et talem abstinentiam: scilicet a carnibus etiam apostolus cōmendat Ro. xiiij. dicens. Bonum est non manducare carnem. Item ptz esse bonum statum religionis respectu eorum ad que religio ordinat et attrahit. Nam aliqua religio ordinatur et attrahit ad opera vite actiue que pertinent ad dilectionem primi. vn̄ Iac. j. Religio mūda τ immaculata apud deū τ patrez hec est visitare pupillos. et viduas ī tribulationibus eoꝝ. τ īmaculatum se custodire ab hoc seculo. Quedā vero religiones sunt que magis ordinant ad vitā ptemplatiuā sicut religio cartusiensiū τ similiā. τ hoc ptinet ad dilectionē dei. Sed qz nec de' sine proximo nec prim' sine deo diligit: Hiero. dicit. Idcirco perfectior religio est que ad vtraqz opa. s. ptēplatiue τ actiue ordinat τ maxime q̄ studet ad illud opus vite actiue qđ ex plenitudine ptemplationis deriuat sicut est doctrina τ p̄dicatio. sicut Greg. dicit in. v. omel. super Eze. q de perfectis viris post contemplationem suam redeuntibus dr. Memoriā abundantie suauitatis tue eructabunt. Et hoc prefert simplici contemplationi. sicut eni maius est illuminare q̄ lucere solū: ita quoqz maius est contēplata alijs tradere q̄ solū contemplari. Et ideo summū gradū in religionibus tenēt qui ordinantur ad predicandū τ docēduz. Vn̄ ex persona taliū religiosorum dicit. ij. Coꝝ. viij. Prouidemus bona non solum coram deo: scz per contemplatiuā: sed etiā coram hominibus. s. per actiuam. Unde de beato Dominico legitur q diem impertiebatur proximis: noctez deo. Nocte celi perlustrās limina: de terris dat verbi semina

Secundo ostendit ppheta in auctoritate inducta religionis statum esse delectabilem. in eo qđ subdit. τ q̄ iocundū. glo. i. delectabile. Notandū ergo q boni religiosi habēt iocūditatē cordis oris τ opis. Iocūditatem quidem cordis sentiūt ab interiori τ a superiori τ ab exteriori. Primo enim habent iocunditatē τ gaudiū ab interiori

iustificatione, quia .s. habentes cor interi⸗ iustificatum a peccatis preteritis ꝛ custodiē te sse a futuris viuūt in magna iocundita te a sacritate mentis. Et ista est iocunditas que multum placet deo: qꝛ non ꝓuenit ex dissolutione vanitatis: sed ex puritate men tis. Et de tali iocunditate viri religiosi dr Eccli. j. Religiositas custodiet et iustifica⸗ bit cor. ꝛ iocunditatez atqꝫ gaudium dabit Itē hꝫ religiosus iocunditatez cordis a su periori. s. ex diuinorū contemplatione. de qua etiam pħs loquens in libro de porti⸗ bus animalium dicit ꝙ circa diuinas ꝛ su⸗ perexistentes substātias necesse est nobis minores existere theorias. i. consideratio⸗ nes. Sed si ꝺm modum attingamus eas delectabilius aliquid habent ꝙ qui apud nos omnia. Ex tali ergo consideratione se quitur magis cordis iocūditas. Et de hoc iocunditate dicit Prouer. xviij. Qui inue⸗ nit mulierem bonam: inuenit bonū: ꝛ hau riet iocūditatez a deo. Mulier bona est sen sualitas obediens rationi ad quā sequitur bonū pacis ꝛ quietis mētis: ꝛ tūc in elatio ne diuine contemplationis hauriet iocun⸗ ditatem diuine consolationis. Habet em̄ iocunditatem cordis ab exteriori: quia pro pter bonum obediēte patienter portat ad tempus corporalem laborem. Vñ tandem recipiet in futuro eternam leticiam ꝛ cōso⸗ lationem. vnde dicitur Eccli. j. Usqꝫ ad tē⸗ pus .s. mortis sustinebit patiens. ꝛ postea redditio iocunditatis fiet ei. Secundo ha bent boni religiosi iocūditatez oris siue in verbis ꝯsolatorijs quibus alios letificant ꝺm illud .ps. ciij. Iocundum sit ei eloquiū meū. Siue in diuina laude ī qua ad deuo⸗ tionē ꝛ spūalē leticiā frequētius exhortan tur. ꝛ talis laus deo debetur ꝺm illud ps. cxlvj. Deo nostro sit iocunda decoraqꝫ lau⸗ datio. Tertio habēt iocūditatez operis. s. ī operib⁹ vite actiue vt sunt opa misericor⸗ die: que cum iocunditate cordis ꝛ cuz hila ritate vultus fieri debēt. ꝺm illud apli. ij. Corinth. ix. Non ex tristicia aut ex necessi⸗ tate. hilarem em̄ datorem diligit deus. Et ideo dicitur in .ps. cxj. Iocund⁹ homo qui miseret ꝛc. Tertio ostendit in auctoritate allegata ꝙ religio ponit homines in statu vniformi. cum dicitur. habitare in vnū. scꝫ quia sunt vnius religionis: vniformis pro fessionis vinculo colligati: vniformis colo ris habitu induunt: ad vniformē obseruā⸗ tiam regularis vite tenentur. vt. s. vnifor⸗ mitas que exterius seruatur vniformem vnanimitatez representet animorum: que interius esse debet in corde. Que quidem magis habetur ex dei gratia ꝙ ex huma⸗ no cōuictu vel comitiua. vñ in ps. Qui ha bitare facit vnius moris ī domo. s. religio nis. Quarto ostendit in auctoritate p̄fata ꝙ religio ponit eos in statu amicabili: qꝛ vocat eos fratres. Ad litteram em̄ vocant fratres predicatores vel minores vel here mite. Est em̄ inter eos fraternitas nō car⸗ nalis cogitationis: sed regularis ꝓfessio⸗ nis. vnde vt fratres se diligere debent nō carnalis ꝓpinqtatis amore: sed charitatis dilectione. ꝺm illud Ro. xij. Charitate fra ternitatis inuicem diligentes. debent em̄ imitatores esse religionis apostolorū qui bus dominus dixit Matth. xxiij. Omnes enim vos fratres estis. B

Secūdo ī auctoritate

thematis ponitur facilitas oneris qđ ha⸗ bet religiosus portare: cū dicitur cum por tauerit iugum dñi. Nota ꝙ differentia est inter iugū dñi ꝛ iugū mūdi. Nā iugū mun di est status vite secularis. qđ quidē iugū est durum ꝛ graue. iugū em̄ durum ꝛ aspe rum collum bouis depilat: sed graue incli nat ꝛ curuat. Sic status vite secularis de pilat mentem hominis: idest aufert pilos spiritualiū meditationuꝫ ꝛ affectionū q̄ ī mente oriunt ꝛ quibus non debet ornari. seculares enim homines tantam occupan tur circa ea que pertinent ad corpus ꝙ re trahuntur a meditationibus ꝛ affectioni⸗ bus spiritus. Item potest dici ꝙ illud iu⸗ gū seculi siue mundi est durū inquantuz in fert laborem in acquirendo. durius inquā tum infert dolorē in amittendo: sed duris⸗ simū inquantū aliquib⁹ infert ꝑditionem eternā ad eterno supplicia eos mittendo. De tali iugo cōquerebant filij israel dicen tes. iij. Reg. xij. Pater tuus durissimum iu gū imposuit nobis. sic facit mundus his q̄ diligunt ipm. Dicit etiam status vite secu laris iugum graue qđ deprimit mentez ad terrena ꝛ ifima diligenda. Eccli. xl. Occu⸗ patio magna creata est hoībus. ꝛ iugum graue super filios adam. Iugum autem dñi est status vite regularis siue religiōis qđ iuguꝫ non est durū sed suaue: nō est gra ue: sed leue. Vñ ipse dñs ait. Mat. xj. Ius

gum meũ suaue est ⁊ onus meum leue.
In quib⁹ quidem verbis tãgitur quadru/
plex ratio quare istud iugum scꝫ religio/
nis est letanter portandum.

Primo q̃dẽ ꝓpter vniõis nexũ. q꜀ iugũ

Scd̃o propter imitationis exemplum.
q꜀ meum scꝫ q꜀ ex me exortum.

Tertio ꝓpter deuotionis affectum. q꜀
suaue est.

Quarto propter dilectionis affectum.
quia onus meum leue.

Primo ergo portandũ est libenter iugũ
religiõis ꝓpter cõiunctiõis nexũ. Nã sub
iugo corporali cõiungũtur duo boues in
vnũ ad laborãdũ simul. vñ ⁊ iugũ a iungẽ
do d꜀. Est aũt mos religiosoꝝ vt vadãt cõ
binati. siue q̃n vadunt ad seminandũ ver/
bum dei siue ad aliud vtile ⁊ necessarium
opus faciendũ. Et ista combinatio fit siue
propter auxilium. q꜀ frater qui iuuatur a
fratre quasi ciuitas firma Eccl'e. iiij. Me/
lius est duos esse simul q̃ vnũ. habent em̃
emolumẽtũ societatis sue. Itẽ ꝓpter testi
moniũ. vt vn⁹ assit alteri tanq̃ custos ⁊ te
stis honestatis vite. Matth. xviij. Adhibe
tecũ vnũ vel duos testes. vnde Augu. in
regula sua dicit. Nõ eant quocũqꝫ ire ne/
cesse fuerit minus q̃ duo, vel tres. Et hinc
est q̃ etiã dñs discipulos ad predicandũ
mittens sicut dicit Luce. x. Misit illos bi
nos ante faciẽ suam ⁊c. Ergo religiosi sub
iugo obediẽtie combinati exeũtes ad pre/
dicandũ sunt velut boues sub iugo colli/
gati exeuntes ad seminandũ. Osee. xi. Iu
gum imponet eis simul. Unde de tali iu/
go obedientie ⁊ religiõis d꜀ Eccli. li. Col/
lum vestrũ subijcite eius iugo. Secundo
ostẽditur iugũ religionis esse letãter por/
tandũ ꝓpter imitationis exemplũ: quia
meum. in quo notatur collẽdi exemplari/
tas. quasi diceret meũ dico: q꜀ ego in ve/
strũ exemplũ illud ante tuli. Cum em̃ tria
sint substãtialia religiõis voto. s. continen
tie obediẽtie et paupertatis volũtarie. scꝫ
per abdicationẽ ꝓprietatis: horum triũ
xp̃s in seipso nobis exemplũ dedit: ⁊ etiã
in his apostolicã religionem fundauit vt
supra ostẽsũ est. Unde ⁊ ipsos ap'los ad/
hortatus est, dicens. Tollite iugũ meũ sup
vos ⁊ di. a me. Tertio ostẽditur iugũ reli/
gionis esse letanter portandũ propter de
uotionis affectũ: q꜀ scꝫ deuotis fratribus
non videtur asperum sed suaue, ⁊ ideo di/
cit q̃ suaue est: idest dulce ⁊ cõmune. Dul
ce quidem q꜀ licꝫ in exterioribus obseruã
tijs videat austerũ: tamẽ in interiori spi/
ritu dulcorem gignit. sicut fructus nucis
qui habet exteriorẽ testam durã ⁊ interio/
rem nucleũ sapidũ ⁊ suauem. vñ enucleus
celat aridat testat bonum. Sed illi qui nõ
habent sensum ⁊ affectum deuotionis ne
sciunt discernere dulce ab amaro ⁊ suaui/
tatem ab asperitate. vñ refugiũt dulcedi/
nẽ religionis ꝓpter austeritatẽ vite exte/
rioris. Cui⁹ figura habet. ij. Regũ. xix. In
berzelax qui ait. Nunq̃d vigẽt sensus mei
ad discernendum suaue vel amarꝫ. Bern.
Multi vidẽt punctiones nostras: ⁊ non
vidẽt vnctiões nostras. i. consolationes.
Habẽt em̃ religiosi aliquas furtiuas. i. oc
cultas gratias: quas orando ⁊ cõtemplã/
do occulte ⁊ dulciter hauriunt: ⁊ panem
intelligentie sacre scripture quo interius
pascũtur ⁊ pascũt: in quibus est dulcedo
⁊ suauitas. Prouer. ix. Aque furtiue dul/
ciores sunt ⁊ panis abscõdit⁹ suauior. Di
citur em̃ iugũ suaue q꜀ cõmune. Nã onus
q̃d in cõmuni portatur leuius ⁊ suaui⁹ est
ad portandum. Sed religio vult onera ⁊
oĩa esse cõia vt suauius disponant. Sap.
viij. Disponit omnia suauiter. Quarto re/
ligionis iugum est letanter portandũ ꝓ
pter dilectionis affectum qua scꝫ religio/
nis onera omnia leuigãtur. ⁊ ideo dicit. ⁊
onus meũ leue. Quedam que ex se videtẽ
tur nimis grauia ad portandũ ex aliquo
addito vel supposito efficiuntur leuia. ve/
luti si aliquis supponeret onus lignorum
vel alteri⁹ rei dure sup nudũ dorsum asel/
li: esset nimis graue ei ⁊ dolorosũ ad por/
tandum: sed supposita barda vel sella le/
uius portat. Sic multa essent grauia ni/
mis per se bobus ad trahẽdum: que sup/
posito curru leui⁹ trahunt. Et ita religio/
nis onera supposita charitate leuiter fe/
rũtur. Nam sicut dicit Augu. Omnia seua
⁊ immania tollerabilia ⁊ ꝓpe nulla efficit
amor. Unde etiã ipse Augu. Dicit q̃ sarci
na christi que infirmitati grauis est leuis
efficitur charitati. ⁊ maxime quia religio/
nis onera inter multos distribuuntur: ita
q̃ vnus iuuat alium ad portandum reli/
gionis iugũ. Exodi. xviij. Dixit iero moysi
Leuius tibi sit partito i alios onere. Apo
stolus Gala. vi. Alter alterius onera por/
tare ⁊c, que est charitas.

Tertio in themate as

sumpto notatur plixitas tẽporis quo iste
iugũ dñi siue religionis portauerit: qr ab
adolescentia sua vsq ad prouectã etatem
Et idcirco cõpletũ est in eo quod dicitur
Prouerb.xxij. Adolescẽs iuxta viaz suam
etiã cũ senuerit non recedet ab ea. In qui/
bus quidez verbis iste sanctus religiosus
commendatur ex tribus.

Primo ex inceptionis idoneitate: qr in
idonea etate. scz adolescentie cepit seruire
deo scz duz esset adolescens.

Scdo ex psecutionis conformitate. qr
iuxta viam suam. scz bonã quã inceperat
semp ambulauit pficiendo in ea.

Tertio ex cõtinuationis firmitate: quia
etiam cum senuerit 7c.

Circa primũ attẽdendũ est q adolescen
tia ẽ etas apta ad assumẽdũ iugã religio/
nis triplici rõne. Primo rõne inchoatio/
nis. Magna enĩ vis est faciẽda i pncipijs
Nã vt Aristoteles dicit. Paruus error in
pncipio magn9 est in fine. Et h ptz i pctõ
primi parẽtis. p qd tota natura humana
fuit infecta. Poeta etiã dicit: q dimidiuz
facti q bene cepit hz. sicut q male cepit to/
tũ fere amisit. Et iõ multũ est obseruandũ
quib9 artibus hõ a pncipio assuescat. qr si
bonis totũ est lucratũ: si malis totũ est p/
ditũ: nisi statim reuocetur anteq firma/
tũ sit in malo p cõsuetudinẽ. Propter qd
adolescentib9 qui etiã faciliter informari
possunt bonis vel malis morib9: sicut ce/
ra mollis de facili recipit quoscunq im/
pressiões: postq ad annos discretiõis ve
nerint optimũ est assumere iugũ religio/
nis: p quam retrahant a malis 7 ad bona
puocentur. Prouer.j. Adolescẽti det scie
tia 7 intellectus. Scientia scilz pficiendo
in bono. Apl's Col'.j. Proficiẽtes 7 crescẽ/
tes i sciẽtia dei. Et intellect9 quo sciãt re/
cedere a mala. Job.xxviij. Recedere a ma
lo intelligentia. Scdo bonũ est inchoare
religionẽ in adolescentia ratione inclina/
tionis: qr pcipue adolescẽtes incipiũt in/
clinari 7 esse proni ad vanitates et volu/
ptates. 7 iõ ne defluãt in talia bonũ est vt
alligentur freno seu retinaculo religionis
que a religãdo religio dr. Eccl's.xij. Adole
scẽtia 7 volupras vana sunt. Et coniungit
voluptatẽ adolescentie. qr precipue adole
scentes sunt ad voluptates proni: a quib9
quidẽ retrahũtur p ipsi9 religiõis ligamẽ
Tertio rõne fecũdationis. Nã mulieres q
in adolescẽtia nubunt 7 tradunt viris ma
gis fecũde sunt in filijs q ille que vetule
nubũt. Et sic illi q ab adolescentia religio/
nẽ igrediunt 7 pseuerant in ea fecũdiores
7 fertiliores sunt 7 plus abundant bonis
opibus q illi q ingrediunt senes vel mul
tũ puecti. sm illud Hiere.xlviij. Fertilis
fuit moab ab adolescẽtia sua. 7 ita accidit
isti nro defuncto. Scdo cõmendat in au/
ctoritate allegata ex psecutiõis conformi
tate: qr scz iuxta viã suã quã ceperat semp
ambulauit. 7 illa via fuit vita religiosa et
obseruãtia religionis. Quã iste ab adole/
scẽtia intrauit duplici ex causa. Primo vt
mores suos 7 vitã corrigeret 7 in melius
cõmutaret. Itẽ vt mandata 7 consilia dei
pfectius obseruaret. ps.cxviij. In quo cor
rigit adole. vi. suã in custo. sermões tuos.
Primum facit religio p rigorẽ disciplinẽ.
scdm p subiectionẽ obediẽtie. Tertio com
mendat in auctoritate pfata de cõtinua/
tionis firmitate. qr etiã cũ senuerit nõ 7c.
Nã qd noua testa capit inueterata sapit.
Sunt tñ quidã q vel pprer negligentiam
vel pprer maliciã suã a deo derelicti 7 in
senectute sua apostatãt a religione. vnde
istum casum timẽs bonus religiosus dicit
deo frequenter illud ps.lxx. Usq in sene/
ctã 7 seniũ de9 ne derelinquas me. 7 iterũ
ne pijcias me in tpe senectutis 7c. Sed
iste ecõtrario impleuit illd Job.xxvij. Do
nec vixero nõ recedam ab innocẽtia mea.
iustificationẽ meã quã cepi tenere nõ de/
seram. Unñ potuit ei dici illud Deuteroñ.
xxxiij. Sicut dies iuuentutis tue ita 7 se/
nectus tua est. Ex qua ad vitam transitur
eternam. Ad quam 7c.

¶ In funere alicuius religiose mulieris.
Sermo.xiij.

Mulier timẽs de

um ipa laudabit. Prouer.
xxxj. Nos videm9 q hoies
psueuerũt laudare 7 com/
mẽdare aliquo sm q offi/
ciunt ad illa. Unñ hoies mũdani 7 pecca/
tores q multũ afficiuntur ad carnalia lau
dant mulieres multũ de pulchritudie car
nis. sicut habetur de Sara Genesis.xij. q
cũ ingressus esset abraham egyptũ vide/
runt egyptij mulierẽ. scz saram vxorem eius

ꝙ esset pulchra nimis ⁊ nunciauerūt principes pharaoni: ⁊ laudauerūt eā apud illū sed tales non attendunt ꝙ fallat gratia et vana est pulchritudo. Sed scī viri qui carnalia despiciūt ⁊ tm̄ spūalia diligunt commendant mulieres. nō qꝛ pulchre: sꝫ potꝰ qꝛ virtuose. Et in hoc consonant sacre scriptura verba. que ostendit mulierez esse laudabilē: nō ex nobilitate generis vl' ex pulchritudine corꝑali: sꝫ ex timore dei. vnde ait. Mulier timēs deum ⁊c. Et quia talis mulier fuit ista sancta soror que nunc defuncta est: merito potest laudari. ¶ In quibꝰ quidez verbis de ista scā sorore ⁊ de qualibet religiosa muliere ostēdūtur tria.

Primo quid fuit ꝫm naturā: qꝛ mulier.
Scḋo q̄d fuit ꝫm gratiā. qꝛ timēs deū.
Tertio q̄d erit ꝫm memoriā: qꝛ laudabit̄

Circa primū attendēdū est ꝙ illa ꝫm naturā fuit mulier fragilis: sed tamen ꝫm naturam nos videmꝰ ꝙ ea que de se sunt valde fragilia ⁊ passibilia muniuntur ⁊ fortificantur ex circūpositione alicuius rei fortia vel dure: sicut patet in nuce amigdal'. auellanis. quia coꝝ interior substantia q̄ mollis est ⁊ passibilis munitur ⁊ fortificatur duricia exterioris teste. ⁊ in capite hominis est substantia cerebri internus mollis ⁊ passibilis: ⁊ iō communiter panniculis ⁊ ossibus duris. Sic bona quelibet et religiosa soror q̄uis ꝫm naturam sit tā aīo ꝙ corꝑe fragilis: fortificatur tamen robore continentie ⁊ cuiuslibet spiritualis ꝟtutis. Et de tali sorore dicit̄. j. Coꝝ. vij. Mulier īnupta ⁊ virgo cogitat que sūt domini vt sit scā corpore ⁊ spiritu. In quibus quidem verbis quelibet religiosa et scā soror commendatur de tribus:

Primo de corporis castitate: quia innupta quantū ad viduā que viro caret: ⁊ virgo quantū ad eā que nunq̄ habuit virum

Secundo de mentis religiositate: quia. cogitat que sunt domini.

Tertio de vtriusqꝫ scꝫ mentis ⁊ corꝑis puritate. vt sit sancta corꝑe ⁊ spiritu.

Circa primū notandum ꝙ vtraqꝫ castitas cōmēdabilis est scꝫ ⁊ innupte ⁊ vidue ⁊ virginis q̄uis magis laudabilis sit castitas virginalis. Sed de vidua nota ꝙ est differentia inter secularē ⁊ religiosam. q̄a secularis vidua si vult potest sine pctō nubere. q̄uis laudabilior sit si innupta permaneat. Unḋ ⁊ in sacra scriptura vidue q̄ permanserunt innupte plurimū commendant̄ sicut Judith ⁊ Anna. Primo quia iterato nubere videtur signum incontinētie. Et ista etiaz viro bigamo est vna de causis quare irregularis efficitur: et ad ordīes ꝓmoueri non debet: q̄uis principalis causa sit propter defectum vnitatis sacramēti. Scḋa causa quare commendantur vidue que permanserūt innupte est: quia fuerunt magis expedite a sollicitudinibꝰ cause familiaris viri ⁊ filiorum ⁊ familie. Et ideo potuerūt magis vacare spūalibꝰ: sicut ptꝫ de Anna predicta de qua dr̄ Luce. ij. ꝙ hec vidua erat vsqꝫ ad annos. lxxxiiij. que non discedebat de tēplo ieiunijs ⁊ obsecratiōibus seruiens die ac nocte. Et iō apl's dic̄. j. Coꝝ. vij. Dico autem innuptis ⁊ viduis bonuꝫ est illis si sic ꝑmaneant: innupte scꝫ De nuptis ꝟo dic̄ in eodem. Que nupta est cogitat q̄ sunt mūdi quō placeat viro. Sꝫ vidua que est in monasterio siue religione debꝫ oīno innupta permanere: nec ei nubere licet: qꝛ scꝫ continētia est de substātia religionis. Cuius ratio ē: qꝛ ad statum religionis requirit̄ abstractio eoꝝ per que hō impedit̄ ne totaliter feratur in dei seruitium. Sed matrimoniū habꝫ h̄ impedire propt̄ duo. Primo ꝓpter vsum actꝰ carnalis: qui multum retrahit aīam ab illa perfecta intētione tendēdi in deū. sicut ptꝫ ꝑ dicta Augustini in lib. solilo q̄oꝝ. Scḋo propter sollicitudinē quam ingerit hoī de gubernatione viri ⁊ filioꝝ ⁊ rerū tēporaliū q̄ ad eoꝝ sustentationem sufficiant. Unḋ de viro apl's dicit. j. Coꝝ. vij. ꝙ qui sine vxore est sollicitus est que sunt dñi quō placeat deo. Qui aūt cū vxore est sollicitus est que sunt mundi quō placeat vxori. Et idem dicit de muliere que est sine viro vel cum viro. Et ideo cōtinentia perpetua requirit̄ ad perfectionē religionis. Predictam aūt differentiam inter viduā secularem ⁊ religiosam tangit apl's ibidē scꝫ. j. Coꝝ. vij. Pmō q̄dē quantū ad secularē dicens. Mulier alligata est legi quāto tempore vir eius viuit. Qḋ si dormierit vir eius liberata est a lege. cui vult nubat tm̄ in dño. Sed quantū ad religiosam subdit. Beatior autē erit si sic permanserit: scꝫ innupta. q̄uis etiā de seculari vidua vtrunqꝫ possit intelligi. Sed tamen multo beatior vidua religiosa: que sibi voluntarie etiam necessitatem imposuit per votum continentie vlterius non nubendi.

Sed aduc vlterius tangitur in auctoritate allegata altior cōtinentie virtus scʒ virginalis. cū subditur. ⁊ ꝟgo. Ubi notanduʒ ꝙ sicut dicit pħus. act⁹ actiuoꝝ sunt in paciente ⁊ disposito. Nā quia aer quanto pulchrior tanto est magis dispositus ad susceptionem lucis: iō quanto purior ⁊ serenior existit: tanto plus de lumine recipit ⁊ clarescit. Sic etiam de luce spūali: scʒ gratie vel sapientie. de quo animo tanto plus recipit quanto purior existit. Uñ qꝛ virginitas importat maximā puritatem: scʒ incorruptionē mētis ⁊ corporis. qꝛ ſm Augu. Uirginitas est in carne corruptibili ꝑpetua incorruptionis meditatio. ideo maxime disponit ad suscipiendum lumen sapientie ⁊ grē ⁊ etiā glorie. Nā de lumīe sapientie ptʒ in Johāne euangelista qui fuit virgo. ⁊ iō impleuit eū maiori sapientia ⁊ intellectu. De lumine gratie ptʒ in btā Maria virgine que fuit grā plena sicut fuit virgo purissima. De lumine glorie patet qꝛ quanto aliquis magis appropinquat deo in ipsa beatitudine: tāto maiori lumine illustrat glorie. Sed incorruptio scʒ ꝟginitatis hoīes deo primos facit. sicut dr Sap. v. et ideo dr Eccli. xv. Quasi mulier a virginitate suscipiet illū. scʒ xp̄m qui est fons sapientie lux gratie ⁊ splendor glorie. Scdo cōmendatur mulier deuota de religiositate mentis: quia cogitat q̄ sunt dñi. Ubi notādum ꝙ illa cogitat que sunt dñi que cogitat domini ꝓcepta. Infirmus em̄ qui appetit sanari multū cogitat vt faciat que medicus precepit. ⁊ multomagis hō debet cogitare quomodo impleat q̄ ꝓcepit deꝰ. Eccli. iij. Que precepit tibi deus illa cogita semper. Et dicit semper: vt scʒ ob ipsis per propositum peccati nunꝙ̄ recedat. Deut. vj. Hec meditaberis sedens in domo tua: ambulās in itinere: dormiens atqꝫ consurgens. Item cogitat que sunt dñi que cogitat dñi supplicia: scʒ que ipse dñs pertulit pro nobis. Que quidem recogitat in corde sunt velut anime arma contra tentationū insultus. j. Petri. iiij. Christo in carne passo et vos eadem cogitatione armamini. Berñ. Tanta est virtus passionis christi ꝙ si in mente firmiter habeat: nulla peccati iacula ꝓualere possint in anima. sed in memoria eius totus peccati ⁊ mortis fugatur exercitus. Itē illo cogitat que sunt dñi: que cogitat dñi premia que nobis promittit. Hec em̄ premia sunt spiritualia ⁊ eterna sicut dicebat. ps. lxxvj. Cogitaui dies antiquos: et annos eternos in mente habui. Apes super flores resident ⁊ inde attrahūt mel. sic iusti de eternis bonis cogitāt: ⁊ attrahūt inde dulcedinē. Et qꝛ talia premia recondita sunt apud altissimum deū: ideo dicit de sanctis viris Sapie. v. ꝙ cogitatio illoꝝ apud altissimum est. Tertio in auctoritate inducta ondit ꝙ debʒ sanctimonialis femina habere puritatem ꝑfectā scʒ in carne ⁊ vita. Et ideo dixit. vt sit sancta corpore ⁊ spū. Medici qñ inueniūt in membris principalibus dispositiones contrarias: puta ꝙ infirmꝰ habʒ stomachum frigidū ⁊ epar calidum; sicut dicit Auicenna de tympaniaco: tūc ꝯtra frigiditatem stomachi dātur ei remedia interiora: puta aliqua calida ⁊ ꝯfortātia stomachū ⁊ digestionem eiꝰ siue in cibis siue in confectionibꝰ. Sed ne ex talibꝰ calidis epar inflāmetur superponunt epati exterius aliqua frigefactiua puta aliquod epithyma frigidum. Sic qa hō habet contrarias dispositiones in spū ⁊ in carne. quia caro concupiscit aduersus spiritum ⁊ spiritus aduersus carnē: debet homo sanctificare spirituʒ per actiones interiores. puta per potionem compunctionis: per vomitum confessionis: ⁊ per confectionem calidam feruentis orationis ⁊ dulcia contēplationis. Item sctificare corpus ꝑ actiones exteriores: scʒ ꝑ abstinentias ⁊ ieiunia ⁊ vigilias et disciplinas: et labores vite actiue. Unde glosa super verbo predicto dicit. vt sit sctā spū. per actiones interiores. Et tunc in viroqꝫ sctificata potent dicere illud ps. lxij. Sitiuit in te oīa mea ⁊c. Nota qñ aliquis vult ponere in aliquo vase ꝓciosum liquorem: solet ipsum mūdare ⁊ lauare nō solū interiꝰ: sed etiā exteriꝰ vt sit totū mundum ⁊ purū. Sic deꝰ volēs ponere liquorem grē sue in femina sanctimonioli vult ipsam inuenire mūdā ⁊ sanctā. ⁊ interius in spū: ⁊ exterius in corpe. Propterea dicebat aplꝰ. ij. Cor. vij. Mundemꝰ nos ob omni inquinamēto carnis ⁊ spū. Ephe. j. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionē vt essemus sctī ⁊ immaculati. Sancti scʒ in spū: mūdi a pctīs spiritualibus. ⁊ immaculati scʒ in corpore mundi a peccatis carnalibus. B

Secūdo ostēditur in

themate assumpto de ista nostra sorore defuncta qualis fuit per gratiam qꝛ timens deum. Et sic quelibet religiosa soror debet esse timens deum duplici ratione. Primo ratione debiti. scdo ratione lucri. Ratione quidem debiti: qꝛ licz non habeat sponsuz terrenum: habet tamen sponsum celestem scz deum quem multum timere et reuereri debet. vt pote qꝛ spõsus est non debilis sed potentissimus. nõ ignorãs sed sapiẽtissim⁹ ⁊ nõ remissus sz iustissim⁹. Debet ergo primo deū timere rõne sue potẽtie. tanto eñ sponsa magis timet sponsum suū carnalez quãto magis põt sibi nocere: Sed hoĩes quantũcũqz sint potentes nõ possunt ledere vel nocere nisi soluz in rebus tꝑalibus: vel etiã in corpore verberando vel occidendo corp⁹. Magis ergo timend⁹ est ille spõsus celestis qui põt non solū occidere corpus: sed etiã aĩaz perdere ⁊ in eternū dampnare. Unde Mat. x. Nolite timere eos qui occidunt corpus: aĩam aũt nõ possunt occidere: sed poti⁹ ⁊c. Banni ⁊ mandata principuz sunt sub pena amittendi tẽporalia et corporalia. Bãni ṽo dei ⁊ mandata sũt sub pena corpoꝝ ⁊ etiaz aĩarum. Uñ ps. cxviij. Tu mãdasti mandata tua custodiri nimis. Item debet timeri iste spõsus rõne sapientie. plus eñ timet vxor virū suum quando scit ꝙ nihil põt eū latere. Et talis sponsus est christus. Hebre. iiij. Omnia nuda et aperta sunt oculis eius. iij. Reg. iij. Timuerunt regẽ salomonẽ videntes sapientiaz dei esse in eo. Item debet timeri talis sponsus rõne iusticie. plus eñ timent hoĩes iudicem quem sciunt a iusticia non prece nec precio posse flecti. Et vxor habens virū zelotipuz ⁊ implacabilez ⁊ durū vehemẽter timet eū Et talis est spõsus celestis: ꝑcipue in morte vel in extremo iudicio. Prouer. vj. zelus ⁊ furor viri non parcet in die vindicte: nec acquiescet cuiusqꝫ precibus: nec recipiet ꝓ redemptione dona plurima. Hec eñ verba glosa exponit de sponso celesti. vñ poterit ei dicere spõsa q̃ timore eius a malis resipuerit: illud Luc. xix. Timui te sciẽs qꝛ homo austerus es. Scdo debet eum timere ratione lucri. qꝛ scz deum timere est ars multum lucratiua. per quaz conquiruntur multa bona. i. multa merita. Propterea dicitur Tob. iiij. Multa bona habebimus si timuerimus deum ⁊ recesserim⁹ a pctõ. In quibus quidem verbis tria facit.

Nam primo premittit meritorum multiplicationem: quia multa bona habebimus.

Secundo supponit dei subiectionẽ: qꝛ scz timuerimus deum.

Tertio ṽo addit impedimenti subtractionem. ⁊ recesserimus a peccato.

Circa primum nota ꝙ per timorem dei habentur multa bona: qꝛ scz est causa multiplicandi merita. Et huius ratio est: qꝛ timor dei sollicitat ad bene operandū: ⁊ per ipsa bona opera cõquirũtur merita. Unde dicitur Eccli. xv. Qui timet deum faciet bona. vbi Gregorius. Timere deum est nulla que facienda sunt bona pretertre. Unde Eccls. vij. Qui timet deum nihil negligit. Secundo presupponit dei subiectionem. si timuerimus deum. Nota quando est aliqua ars vel operatio que fit multum delectabilis ad faciendum: est homo magis assiduus ad faciendum eam: et ideo plus lucratur. ⁊ talis ars siue operatio est timere deum. Licz eñ timor seruilis qui est propter penam tñ vitandam non sit delectabilis. quia de tali timore dicitur. j. Johan. iiij. Perfecta charitas foras mittit timorem. quoniam timor penam habet tamen timor finalis ⁊ reuerentie delectabilis est quoniam ex dilectione ⁊ charitate dei procedit que facit delectabiliter operari. ⁊ per consequens plus mereri. Unde Eccli. j. Timor domini delectabit cor ⁊c. Et ps. xxx. Quam magna multitudo dulcedinis tue domine quam abscondisti timentibus te. glosa quam impius non sentit quia de febre iniquitatis palatum cordis amisit. Tertio additur in auctoritate allegata exclusio impedimenti: idest peccati quo meritum impeditur. vnde ait. ⁊ recesserim⁹ a peccato: quia stando in peccato opera que fierent de genere bonorum non essent meritoria: sed nec etiam ostenderetur ꝙ deuz ṽe timeret si ab eius offensis: idest a peccatis non desisteret. Unde Eccli. j. Timor domini expellit peccatum. Est enim timor domini: quasi quidam ianitor cordis. Sed est differentia inter timores: quia timor seruilis vel mundanus est sicut ostiarius pictus in portis diuitum: qui eleuata claua videt percutere ingredientes ⁊ ingressum prohibere: et tñ ṽe non facit: sic timor qui sine charitate est videtur pctm̃ expellere, et ideo non expellit, quia dicit Augu. ꝙ

manet in timore seruili peccandi voluntas ⁊ sequeretur opus si separetur impunitas Sed timor finalis est vt ostiarius verus ab ingressu cordis vitia deterrens claua terribili. i. consideratione iudicij et inferni: immo etiam expellit vitia et peccata q̄ fuerūt iam ingressa. Unde Eccli. j. Timor dn̄i sciētie religiositas. Religiositas custodiet et iustificabit cor: scʒ a peccatis. Prouerbi. iij. Time deum ⁊ recede a malo.

Tertio in themate assumpto

Circa primũ attendendum est ꝙ status beatorum est oĩno intransmutabilis. Et ratio est qꝛ beatitudo sanctorum est in deo apud quẽ nõ est trãsmutatio neqꝫ vicissitudinis obumbratio sicut videmus in statu p̄senti homines esse subiectos naturali transmutationi et vicissitudini. scꝫ generatiõis et corruptionis. Unde status ille btõrum propter eternã stabilitatẽ assimilaf terre que manet in medio mundi ꝑpetuo stabilita ſm philosophum in libro celi et mũdi: quia motus partiũ terre est ad centrũ tm̃. et eadem est causa motus alicuius ad locũ et quietis in loco. Et ideo cõcurrentibus ꝑtibus terre ad centrũ suum. scꝫ ad mediũ mundi stat terra fixa in medio vñ representat vitam beatorum que semper stat fixa et imobilis in deo. Et differẽtia istius et illius vite tangitur Eccl's. i. Generatio preterit et generatio aduenit: terra autem in eternũ stat. Et exponif ꝙ in vita ista generatio vna hoĩm preterit per mortẽ et generatio alia aduenit ꝑ natiuitatem. terra autẽ. i. viuentiũ de qua ait. p̄s. cxli. Portio mea sit in terra viuentiũ. in eternũ stat qꝛ semper viuit et nunꝙ morif. Et qꝛ in rebus nõ mutabilib9 nulla mora est ipsa mutatio: iõ eorum vita. i. vitalis operatio qua i deo beati viuũt est oĩno immutabilis: et iõ vocaf eterna ſm participationẽ diuine eternitatis non solũ qꝛ excludit defectũ finis ꝑ quẽ modũ etiã damnatorum pena dr̃ eterna: sed vlteri9 quãtũ ad remotionẽ omnis mutationis nõ solum in actu quã etiã cum excludit: sed etiã in potentia: qꝛ sciũt ex hoc ꝙ deo adherebunt stabilitatem ex diuino munere consequenf vt transmutari non possint: qđ deus habet ex natura ratione cui9 dr̃ eternus. Unde de vita btõrum põt exponi illđ. p̄s. ciiij. Fundasti terram super stabilitatẽ suaz nõ incli. i se. se. Scdo ponitur in auctoritate allegata superius promissio assequẽde felicitatis: cũ subdif. ad quã ingredieris. quasi di. et si forte adhuc in purgatorio detent9 nõdũ sis ingressus terrã illam viuentiũ: tñ ingredieris triplici ratiõe. Primo propter noticiã fidei. Uidemus em̃ ꝙ ad domum cõuiuij alicuius dñi nõ ꝑmittũtur ingredi nisi noti et amici. Et sic in domũ celestis cõuiuij nõ ingredientur nisi noti et amici per fidẽ charitate formatam. vñ Hebre. iiij. Ingredimur em̃ in requiem scꝫ terre viuentium qui credimus. In cuius figuraz solũ caleph et iosue q̄ fuerunt creduli ingressi sunt terram promissionis. Quorum vnus significat fidẽ scꝫ iosue: alter charitatem fide formatam scꝫ caleph q̄ interpretatur quasi oẽ cor: qꝛ charitas diligit deo ex toto corde. Secundo ꝑpter decentiã ministerij. Nã ministros et seruitores decet ingredi domum cõuiuij. Sed tamẽ deus est sic dñs delicatus qui vult habere ministros oĩno mundos et immaculatos: et etiam multum sollicitos i operibus ministerij sui quod est ministerium iusticie. vnde solum qui tales fuerint. scꝫ immaculati et mundi a peccato et solliciti in operib9 iustis ingredientur domũ siue terrã celestis cõuiuij. ſm illud p̄s. xiiij. Dñs q̄s habitabit in tabernaculo tuo. et respõdet. Qui ingredif sine macula et operatur iusticiam. Hoc figuratur in Noe qui ꝑpter iusticiã et innocentiã suam

ingressus est arcã Esaie.xxvj. Aperite por
tas & ingredietur gẽs iusta. Tertio ꝓpter
gratiã encenij. illi enĩ qui portãt encenia
pmittunt ingredi domũ cõuiuij. Hec en-
cenia q̄ portantur in domũ dei & in terraꝫ
viuentium sunt opera mie. q: sola misa co
mes est defunctorũ vt dicit. Ambrosius
Vñ dicet viro misericordi illð Geñ.xxiiij.
Ingredere bñdicte dñi. Cur foras stas?
vñ etiam Mat.xxv.dr q̄ xp̃s dicet miseri-
cordibus. Venite bñdicti &c. Tertio in au
ctoritate inducta ponit̃ segregatio ꝓsen-
tis calamitatis: q: nõ erit ibi calamitos q̄
est in ꝓsenti. q: nõ erit terra ista viuentiũ
sicut terra egypti.i.mũdi huius. Et ratio
est triplex. Primo q: terra egypti. i. mũdi
est tota tenebrosa scꝫ tenebris ignorantie
et pctĩ. vnde egyptus tenebre interpretat̃.
Sed terra illa viuẽtiũ est tota luminosa.
Hoc figuratũ ẽ Exo.x. vbi dr q̄ facte sunt
tenebre horribiles in vniuersa terra egy-
pti: & vbicunq; habitabant filij israel lux
erat. Scðo q: terra egypti ẽ angustijs ple
na. vñ egyptus interptat̃ angustie. Dañ.
xiij. Angustie sunt mihi vndiq;. q: vndi-
q; inimici tenent nos obsessos. Luce. xix.
Circũdabunt te inimici tui vallo: & coan-
gustabũt te vndiq;. Sed illa terra viuen-
tiũ libera est ab oĩ angustia. Prouerb.xj.
Iustus de angustia liberat9 est Esaie.lxv.
Non erunt in memoria angustie priores.
Tertio q: terra egypti. i. mundi est tribu-
lationibus subiecta. vnde egyptus inter-
pretatur tribulatio et ideo filij iacob in
egypto existentes dixerunt. Geñ. xlij. Ve-
nit super nos tribulatio Esaie.v. Aspicie-
mus in terram & ecce tribulationis tene-
bre. Sed terra viuentiũ est oĩo remota ab
oĩni tribulatiõe Job.v. In sex tribulatio-
nib9 liberabit te. & in septẽ nõ tãget te ma
lũ. Per sex tribulatiões intelligũtur tri-
bulatiões huius mundi. q: mũdus in sex
dieb9 est factus qui sunt dies laboris. et
in his liberatus est homo et purificatus a
pctĩs per labores pnĩe & per tribulatiões
ꝓsentes: sꝫ in septimo scꝫ sabbati q̄ signat
requiẽ eternitatis non tanget te malum.
Quarto in auctoritate superius inducta
ponitur exemptio adepte libertatis: cum
dicit̃. de qua existi. & ideo iam liber fact9
es ab ei9 angustijs & tribulationib9. Nota
libẽter erit homo de terra aliena vbi pati
tur multo incõmoda vt redeat ad terraꝫ &
patriã suã vbi habiturus est pacẽ & quie
tem omni tẽpore quo vixerit. Sic terra
nobis aliena est mũdus iste: ĩ quo diu ha
bitare nõ possumus nec inuenire quieteꝫ:
& in q̄ patimur multa incõmoda. Sed pa
tria nr̃a vbi erit ꝑfecta reques & possessio
pacifica oĩum bonoꝝ est terra viuẽtiũ: ad
quã non perueniet spiritus hoĩs nisi hinc
exierat. vñ ps̃.cxlv. Exibit spũs meus & re
uertetur in terram suam. ❧

Tertio in themate as-

sumpto describit̃ exterminium intercepte
potestatis. q: amplius nõ erit in statu scꝫ
tpalis potestat̃. s. ducat9 neq; in eo statu
in quo fuit. Et iõ anteq̄ veniret ad istud
exterminiũ debuit petere cũ ꝓpheta dicẽs.
Remitte mihi vt refrigerer priusq̄ abeam
& amplius nõ ero. In quibus verbis facit
q̄tuor. Qr primo petit relaxationeꝫ culpe
cũ dicit remitte mihi scꝫ pctã. Istud enim
est primũ quo hõ disponit̃ ad beatitudi-
nẽ consequẽdam. scꝫ remissio culpe. vñ in
ps̃.xxxj. Beati quoꝝ remisse sunt iniquita
tes. Et ista remissio fit in cõtritiõe q̄ñ con
tritio est cũ ꝓposito confitendi. ſm illud
ps̃.xxxj. Dixi scꝫ in corde cõtrit9. confite-
bor aduer. me iniu. meã dño & tu remi. &c.
Scðo petit remissionẽ siue mitigationem
pene: cũ dicit vt refrigerer. Refrigerium
enĩ aut tollit aut mitigat ardoreꝫ. et h̊ fit
in penitẽte q̄ñ pena eterna commutat̃ in
penã tẽporalẽ. Sed põt esse tantus feruor
cõpunctionis: et ardor dilectiõis in hoĩe
cõtrito q̄ purgatur culpa et tollit̃ pena.
& tunc est refrigerium de quo ps̃. oir. lxv.
Transiuim9 ꝑ ignẽ & aquã & edu. nos i re.
Nam ꝑ aquã intelligit̃ magna cõpunctio
lachrymaꝝ que lauat maculã culpe. Sed
ꝑ ignẽ magn9 ardor dilectiõis que tollit
reatũ pene. Et sic de pctõ educitur in ma-
gnũ refrigeriũ gratie. Tertio petit preuen
tionẽ hore. scꝫ mortis: q: priusq̄ abeã scꝫ
per mortẽ de vita ista. Nã sicut homo pri
ma delinquit q̄ꝫ humilietur ꝑ penitentiaꝫ
ſm illud ps̃.xxxviij. Priusq̄ humiliarer
ego deliq̄: sic debꝫ prius delicti veniaꝫ im
petrare q̄ humiliet ꝑ mortem & obeat ex-
tra istã vitã. Unde Job.x. Dimitte me vt
plangam paululum dolorẽ meum anteq̄ꝫ
vadã & non reuertar. Vñ si priusq̄ꝫ obeat
per planctũ penitentie peccata abluerit:
tunc contiget ei ſm illud. j. Regum. xix

Abiit ꝛ saluat⁹ est. Quarto predixit destructionē vite. qꝛ amplius nō ero. s. in hac vita corruptibili. Vn̄ non ampli⁹ erit in aliqua prosperitate corporali siue temporali siue diuitiaꝝ siue deliciaꝝ siue honoꝝ aut dignitatū. Ista em̄ omnia temporalia sūt que non habent locū in alia vita que ꝑpetua est ꝛ euterna. Apoc. x. Temp⁹ non erit amplius. Et ideo finaliter erūt aut in eternis penis aut in eternis gaudijs. Ad que gaudia nos perducat deus. Amen.

¶ In funere alicuius pincipis maximi. Sermo. xvij.

P Rinceps maximus cecidit hodie in israel

ij. Reg. iij. Nos videm⁹ ꝙ quando cadūt turres maxime ꝛ altissime ꝙ faciunt in sua ruina maximū sonitū: ꝛ aliqñ seqꝛ magnū dānū. qñ. s. ex casu ei⁹ multi opprimūtur. Exēplū hui⁹ habeꝛ Luc. xiij. de octodecim viris sup quos cecidit turris in syloe ꝛ occidit eos. Sic qñ aliqs maximus princeps ꝛ optimus cecidit ꝑ mortē. sequiꝛ magnus sonit⁹ eiulātiū et flentiū. ꝛ merito: qꝛ nōnunꝗ ex ei⁹ occasu ꝛ morte sequiꝛ multiplex dānū in pplo. ꝛ aliqñ etiā ex ei⁹ subtractione ꝛ absentia sequiꝛ oppressio multoꝝ siue a hostib⁹ siue ab insolentib⁹ q̄ cū audacia insurgūt. Figura hui⁹ habetur. j. Mach. ix. Qi post obitum iude emerserūt se iniqui in oib⁹ finib⁹ israel ꝛ exorti sunt oēs q̄ opabanꝛ iniquitatē. Et post sequiꝛ ꝙ exqrebāt ꝛ ꝑscrutabanꝛ amicos iude et vindicabant in illos: ꝛ facta est tribulatio magna ī israel. Sic modo de isto serenissimo principe nostro defuncto merito pōt et debēt audiri sonit⁹ ꝛ voces lugentiū ꝛ eiulantiū: qm̄ ipi⁹ vita ꝛ ꝑsentia erat oib⁹ causa tutele ꝛ pacis ꝛ salutis. Et ideo nequaꝗ est dubiū quin ex ei⁹ morte ꝛ absentia seq̄ in gēte nr̄a debeāt multa dāna. Et ideo ꝟe ꝓh dolor. qꝛ vt dicūt verba ꝓposita. Princeps maxim⁹ cecidit ꝛc. i. in detrimentum totius gentis nostre que in israel figuraꝛ. A Sed ista quidē verba eundem dn̄m nostrum nobis tripliciter describunt.

Primo quidem vt venerabilē ex excellentia officij: quia princeps magnus.

Scd̄o vt flebilem ex presentia excidij: qꝛ cecidit hodie.

Tertio ꝟo formidabilē vt turbetur ex se quela sꝫ dissidij vel detrimenti qd̄ poterit sequi ī isrl̄. i. in gēte nr̄a ex ei⁹ subtractiōe.

Circa primū attendendū est ꝙ iste potuit dici princeps nō soluꝫ magn⁹. sꝫ maxim⁹. Magnus em̄ fuit rōne nobilitatis. maior aūt rōne dignitatis: sed maxim⁹ rōne ꝓbitatis. Et ideo merito dici pōt ꝙ ipe fuerit figurat⁹. j. Mach. ij. in Matathia cui nūcij ab ātiocho rege missi dixerūt. Princeps ꝛ clarissim⁹ ꝛ magnus es in hac ciuitate ꝛ ornat⁹ filijs ꝛ fratribus.

In quibus quidem verbis iste noster serenissim⁹ princeps ex quattuor que oliꝫ habebat breuiter cōmendatur.

Priō qdē ex potētie dignitate: qꝛ pricepꝫ.
Scd̄o ex fame celebritate: qꝛ ꝛ clarissim⁹.
Tertio ex opulētie facultate qꝛ magn⁹ ꝛc.
Quarto ꝟo ex familie nobilitate: qꝛ ornatus ꝛc. Circa primū attēdendū ē ꝙ multi sunt in mūdo q̄ obtinēt dignitateꝫ ꝛ nomē principat⁹ imeriti ꝛ indigni. Si qdem vt philosoph⁹ dicit. Pricipat⁹ ostēdit virū. Aliq̄ ḡ ostēdunꝛ indigni dignitate ꝛ ptāte principatus ꝓpter defectū prudētie. sicut fuit Roboā fili⁹ salomonis. de q̄ dꝛ Eccli. xlvij. Dereliquit. s. salomō post se de semine suo gentis stulticiā ꝛ iminutū a prudentia roboā q̄ auertit gētē ↄsilio suo. Est em̄ princeps sine prudētia velut ocl's sine luce qui rectā viā nescit tenere sicut nec īprudēs rectū cōsiliū. Vtinā ḡ ipleretꝛ ꝟbū Esa. xxxij. Nō vocabiꝛ vltra is q̄ īsipiēs est pricepꝫ. Idcirco ergo isti⁹ dn̄i nr̄i pricipatus fuit ꝛ erit stabilis. qꝛ ipe ī oīb⁹ se ostēdit sensatū ꝛ prudētē. Iuxta illud Eccli. x. Principat⁹ sensati stabilis erit. Quidā ꝟo alij sunt qui ostēdunꝛ īdigni pricipatu ꝓpter defectum iusticie: qꝛ non intēdūt ad iusticiā: sꝫ poti⁹ ad rapinā. ꝛ tales ꝑfecto nō sunt dicendi principes: sed poti⁹ lupi rapaces. Naꝫ lupi oues rapiūt: sanguinē fundūt: aīam. i. vitā tollūt: ꝛ carnes earū auidissime comedūt. sicut de qbusdā pricipib⁹ dꝛ Eze. xxij. Principes ei⁹ in medio ei⁹ q̄si lupi rapientes ꝑdā ad effundendū sanguinē: ꝛ ad ꝑdendas aīas: ꝛ auare sectādo lucra. Quidā aūt alij sunt q̄ nō sunt pricipatu dignī ꝓpter defectū tēperantie. Vbi notādū ꝙ antiq̄ principes fuerunt tēperati in cibo. q̄ vsqꝫ ad meridiē nō comedebāt. vn̄ reficiebanꝛ tādem ī die post expeditionem negocioꝝ reipublice. sicut Ioseph. de quo dꝛ in ꝑs. ciiij. ꝙ cō

stituit eum dūm dom⁹ sue ⁊ princi. oīs pos. sue. dixit Geñ. xliij. Mecū sunt comesturi meridie. Vñ si qui pricipes inueniebantur q̄ vellēt mane cito comedere erat signū intēperantie ⁊ gulositatis. vñ de talib⁹ dicit̄ Eccl's. x. Ve terre cui⁹ principes mane comedunt. Et dicit ve terre. i. hoīb⁹ terre sue. qz prīcipes q̄ dont se voluptati ⁊ gulositati parū volunt occupari aut laborare circa regimē ipi⁹ terre. Jtē hoībus terre sue: si ipi⁹ principes gulositatē velint imitari: qd eīm a maiorib⁹ agit̄ facile trahit̄ ī minorībus in exemplū. sicut dicit Greg. Eccl'i. vj. Qualis rector ciuitatis: tales habitātes ī ea. Quidā s̄o sunt indigni prīcipatu ppt̄ defectum fortitudinis ⁊ strenuitatis. Nam qz nō habēt fortitudinē ɔtra bella spūalia scz contra tētationes ⁊ contra vitia sed corruūt in eis ideo facit eos deus plerūqz corruere etiā in bello corporali. Osee. vij. Facti sunt q̄si arcus dolosus: cadēt in gladio prīcipes eoꝝ. Princeps q̄ dictis vitijs caruit ⁊ contrarijs virtutibus claruit qñ de medio p mortē educitur ad sanctos dei applicat̄ ⁊ ad deū accedit glorificandus. vnd Viere. xxx. dicit domin⁹. Pricips de medio eius producetur. ⁊ applicabo eū ⁊ accedet ad me. Secūdo quoqz in auctoritate allegata superius cōmendatur bon⁹ princeps de fame celebritate: qz clarissimus dicitur j. Coꝝ. xv. ꝙ alia est claritas solis alia lune alia stellarū. Nam clara est stella: clarior vi detur luna: sed clarissim⁹ videt̄ sol. Habet claritatē stelle princeps qui est famosus de sapientia. quia de sapientia dicitur Sap. viij. Per hāc habebo claritatem ad turbas Et Sap. vj. Clara est ⁊ que nūq̄ marcessit sapiētia. Et quia sapientes sciunt alios erudire. ideo dicitur esse clari vt stelle Daniel'. xij. Qui ad iusticiā erudiunt multos erunt sicut stelle. Et hanc claritatem fame habuit Salomō. Sed ille videtur esse clarior ⁊ habere claritatem lune: qui habet famam de mīa Procedit enim talis claritas ī luce misericordie. de qua dicitur Eccl'i. xxxvj. Ostēde nobis lucē miseratiorū tuarum. Et hec lux atribuitur lune: quia luna splendet his qui sunt in tenebris noctis. quia misericordia compatitur ⁊ subuenit his qui sunt in miserijs aduersitatis. Luna in ipa sua luce habet in se vmbrositatē quia scz vir misericors in ipsa subuentiōe misericordie habet animi compassionem. Job. xxxj. Si vidi lunā incedentem clare. Ista fuit claritas. Dauid de quo dicitur. j. Machab. ij. ꝙ Dauid in sua misericordia consecutus est sedem regni. Sed ille pōt dici clarissimus tanq̄ sol qui habet famam de magna iusticia. Nam sicut philosophus dicit in. v. Ethi. Justicia est preclarissima virtutum. Et neqz lucifer neqz hesper⁹ est ita clarus. Et ideo ille princeps est clarissimus sicut sol qui est famosus de iusticia. Jtem dic̄ apl's de Melchisedech Heb. vij. qui interpretat̄ rex iusticie: deinde autē dictus est rex salem: qd est rex pacis. quia sicut dicitur Esaie. xxxij. Opus iusticie pax. De tali ergo principe potest dici illud ps. lxxxviij. Thronus ei⁹ sicut sol. s. ppter iusticie claritatē ⁊ firmitatē Eccl'i. xxvij. Homo sctōs ī iusticia manet sicut sol. Tertio qz in auctoritate inducta cōmēdat̄ princeps de opulētia diuitiarū: qz magnus in ciuitate hac. Nam maxime efficiunt̄ homines magni ppter diuitias in ciuitatibus. Et hoc aliqn potest iuste ⁊ rationabiliter fieri: qa scz ille est in republica ciuitatis vel patrie magis promouendus q̄ magis esse pōt vtilis reipublice. Sed manifestum ē ꝙ ī multis diuites possunt iuuare rēpublicam magis q̄ pauperes. Vnd̄ si in talibus officijs diuites magis honorentur vel promoueātur ⁊ magni fiant in quibus vtiliores sunt vel esse possunt cōitati ⁊ ciuitati: non est inconueniens neqz peccatum. quia hoc nō ē honorare eos propter diuitias: sed propter reipublice necessitatē ⁊ vtilitatē ⁊ vbi diuites altiorē locū retinēt vel obtinent ī republica q̄ pauperes: nō est indignū ꝙ magis honorentur quantū ad reuerentiā exteriorem. quia aliud ē honorare hoīes ppter psonā aliud ppter statum. Nā propter personā ille est magis honorandus qui est magis v̄tuosus. scz honore laudis vel reputationis ⁊ huiusmodi. Sed propter statum ille est magis honorādus qui altiorē locū in republica tenet. Competit aūt specialr̄ principi magnitudo diuitiarū: quia decet principē esse magnificū. scz faciēdo virtuose ⁊ laudabilr̄ ⁊ rōnabiliter magnos sumptus que sine magnis diuitijs fieri nō pūt Oportet etiam quandoqz principē facere exercitus et bella gerere que sine magnis expensis fieri nō possunt: nec magne expense sine magnis diuitijs: q̄a si tempore guerre ex se nō haberet sed vellet eas tm̄ extor-

quere: oporteret interdum q infantū gravaret eas q adirent eum et non essent ita fidelea et hoc esset periculosum. Oportet etiam interdum principez lorgiri dana magna et munera militibus et alijs bene meritis. In quo etiam vti debet virtute magnificentie. sicut dicitur Hester. ij. de Assuera rege q dono lorgitus est iuxta magnificentiam principalem. i. que principem decebat. Et ita oportet principez esse magnuz idest magnarū diuitiarum: sicut dr de Iob. i. q erat vir ille magnus inter oēs orientales. i. ditio: in diuitib⁹. sicut exponit glosa interlinearis. B Quarta vo cōmendatur princeps in auctoritate allegata superi⁹ de familie nobilitate: q2 ornat⁹ filijs z fratrib⁹. Decet eñ principē pre ceterꝫ posse dici felicem, saltem felicitate politica ad quā sicut tradit philosoph⁹ i. j. rhetr reqrūtur bona intrinseca et extrinseca. Intrinseca aūt dica vel q ptinēt ad aīam. sicut sunt bona honesta. i. ꝟtutes sicut iusticia: tēperātia: fortitudo: magnificētia: magnanimitas. liberalitas. et māsuetudo: prudētia et sapientia: q2 iste sunt maxime ꝟtutes q reddūt principē alijs maxime honorabilez: vel etiā bona q insunt corpori dicunt intrinseca. vt sanitas. fortitudo robur: pulchritudo. magnitudo: z patētia: siue ars agonistica z bona senect⁹. Extrinseca vo bona dicuntur bonitas generis: multitudo amicorum amicitia bonoꝝ: abūdantia diuitiaꝝ: bona ples z multitudo plis: abūdātia possessionis: et corp⁹ cū patētia seruitiua et actiua honor z bona fortuna. Sꝫ precipue est ad eius ornamentū z robur ipi⁹ pricipis q habeat bonos fratres. q2 frater qui adiuuat a fratre quasi ciuitas firma. vt dr Prouer. xviij. De hac habes exēplū in Iuda machabeo. de quo dr. j. Macha. iij. q post mortē matathie surrerit iudas qui vacobot machabeus filius eius p eo: z adiuuabāt euz omnes fratres ei⁹. Itē q habeat multitudinem plis. i. filioꝝ. sicut dr Judicuz. viij. De Gedeone q habuit. lxx. filios q egressi sunt de femore ei⁹. Sꝫ tū melius esset habere vnuz filiū bonū q multos impios. immo melius est nullū habere q nulluz habere bonum. Et hoc est qd dicitur Eccli. xvj. Ne iocūderis in filijs impijs si multiplicentur: nec oblecteris sup illos si nō est timor dei i illis. Et post. Melior est vnus timens deum q mille filij impij. Et vtilius est mori sine filijs: q relinquere filios impios. Et ideo magis debet desiderare princeps prolis bonitatem q multiplicationē. C

Secūdo in assumpto

themate introducitur iste noster dominus vt flebilis siue deflendus ppter presentiaz excidij. idest mortis. quia cecidit hodie scꝫ per mortez a statu dignitatis et vite presentis. Charissimi iste casus. s. mortꝫ cōmunis est. quo ita cadunt minores sicut maiores et ita populares sicut pricipes. quia mors est cōmunis omnibus hominib⁹. Et ratio est: quia hereditas transit in posteros cum onere suo. Et sic humana natura a primis parentibus transit ad posteros cum onere mortis a quo onere nō eximitur nec dominus nec seru⁹. vñ in ps. lxxxj. Vos autez sicut homines moriemini: et sicut vnus de principibus cadetis. Et dicit sicut vnus: q2 nō moriuntur omnes simul: sed vn⁹ post aliuz Sed aduertendū q quādo vento impellente cadit vna arbor multū vetusta et putrida et infructuosa: tūc hō cuius erat nō dolet: immo potius gaudet: quia in loco vnde euellitur potest ponere aliā plātaz nouā et fructuosam. Sed quando cadit arbor procera et fructuosa: tūc dolet et conqueritur Ita quando per aduentuz mortis caderet vnus pnceps qui iam pre senectute nimia esset factus omnino inutilis et etiam desipiens, vel propter nimiam infirmitatem et incurabilem esset totus putridus: certe de morte talis principis potius esset gaudendum q dolendum. Sed quando moritur princeps robustus et serenus et totus virtuosus et reipublice vtilis: tunc est materia flendi et dicendi cum clamore et lachrymis illud Threnorum. v. Defecit gaudium cordis nostri: versus est in luctum chorus noster: cecidit corona capitis nostri.

In quibus quidem verbis ostendit q de morte boni principis lugendum est z dolendum triplici ratione.

Primo rōne amabilitatis: propt qd dicit. Defecit gaudium cordis nostri.

Secūdo rōne strenuitatꝫ: ppt qd subditur. versus est in luctū chorus noster.

Tertio rōne dignitatis: ppter qd subinfertur. cecidit corona capitis nostri.

Circa pmū attēdēdū ē q inter tyrānū z bonū principē est dria: q2 tyrānus pl⁹ curat timeri q amori, sicut dicit Senē. de Ale-

Simile So

sādro in libro de benefi. q͛ summum bonū ducebat terrori esse, ignorans absolta quoqꝫ ignauiā timeri ob viri⁹ malū. Sed bon⁹ pn̄ceps ꝯ̄uis sciat vtrūqꝫ necessariū esse. s. et amari ⁊ timeri: tamen plus appetit amari ꝙ̄ timeri. Et est differentia inter principis timorē ⁊ amorē: quia quādo princeps solū timet͛ vt tyrānus ⁊ nō amatur a subditis: sꝫ odit͛: tūc subditi gaudent de eius absentia et tristant͛ de eius p̄sentia. Et si aliquando in ei⁹ presentia ostendāt gaudiū in facie nō tñ habent in corde. Sed de eo q̄ multū amat͛ est ecōtrario. q͛ dolent subditi de ei⁹ absentia ⁊ gaudēt de ei⁹ p̄sentia: et nō tm̄ in facie: sed etiam in corde. Vñ qñ ei⁹ p̄sentia grata ⁊ amabilis totaliter ꝑ mortē subtrahitur tūc deficit gaudiū cordis ⁊ cessat oīs leticia quā habere solebāt de ipis grata p̄sentia. ꝫm illud Osee. ij. Cessare faciam omne gaudiū eius. i. qd̄ habebāt de eo. ito dicit mors. Secunda ratio est propter ei⁹ strenuitatē: propter quam dicit. versus est in lu. cho. no. Antiquitus enī quando principes fecerāt aliquos actus strenuos: puta ꝙ strenue se habuerant in bello et victoriā reportabāt: tunc obuiabant eis chori mulierū et iuuenū gaudentiū ⁊ ludentiū ⁊ canentiū laudes eoꝝ: ⁊ fiebāt cantilene que postea in succedētibus temporib⁹ cantabātur in choreis ludentiū et gaudentiū. Exemplum de hoc habet͛. j. Regū. xviij. vbi dicitur ꝙ cū reuerteret͛ dauid ꝑcusso philisteo et ferret caput eius in hierusalem. egresse sunt mulieres de vniuersis vrbibus israel cantātes chorosqꝫ ducentes in occursum regis saulis in tympanis leticie et sistris: ⁊ precinebant mulieres ludentes ⁊c. Et cōsimile etiā fiebat alijs principib⁹ strenuis. sicut patꝫ Exo. xv. de Moyse. et Judic. xj. de iepte. Sꝫ ꝯ̄uis tales chori ludentiū et gaudentiū et laudantiū fierent eis dum viuerent. tamen postea in morte ipsorum chorus cōuertebatur in luctum. quia conueniebat ppl'o non ad laudem sed ad luctum: nō ad cantū: sed ad lamentum. sicut patet de Moyse deut. xxxiiij. vbi dicitur ꝙ moyses centum viginti annoꝝ erat qñ mortuus est. Non caligauit oculus eius: nec dentes illius moti sunt. Fleueruntqꝫ eum filij israel in campestribus moab triginta diebus: et completi sunt dies planctus lugentium moysen. Et simile habetur de Juda machabeo. j. Machab. ix. vbi dicitur ꝙ Jonathas ⁊ Simon tulerunt Judā fratrē suum ⁊ sepelierunt eū in sepulcro patrum suorum in ciuitate madin. Et fleuit eum omnis populus israel planctu magno ⁊ lugebāt dies multos. Tunc ergo poterat dicere omnis populus nō laudantium chorus sed lugentium illud Job. xxx. Versa est in luctū cythara mea: et organū meū in vocē flentiū. Tertia ratio lugendi est ꝓpter principatus dignitatē. q͛ cecidit coro. ca. no. Ubi aduertendū ꝙ corona capitis d͛ honor et glia regni siue principat⁹ et q͛ hoc bono ꝑncipe totū regnū siue tota respublica est in honore. et in glia: ideo cadente ꝑ mortem tali principe d͛ corona et honor cecidisse de capite. vñ Hiere. xiij. Descēdet de capite nostro corona glie nostre. Vel ꝑ caput intelligitur ipe princeps Unde sauli dictū est. j. Regū. xv. Caput in tribubus israel factus es. Unde corona cadit de capite qñ dignitas aufert͛ a pn̄cipe qd̄ fit per mortem. Job. xix. Abstulit coronam de capite nostro. D

Tertio ī themate assū

pto mors boni pn̄cipis ostenditur esse formidabilis ex sequela dissidij ⁊ ꝑiculi. q͛ aliquādo remoto principe ꝯsueuerūt ꝯsequi diuisiōes et scismata. vel īter eoꝝ primos vel īter alios ꝓpter ambitionē et suꝑbiā vel auaritiā: ex quoꝝ lꝫ diuisione et cōtrarietate fit diuisio in israel. i. in ppl'o. sicut aliqñ remoto pastore fit dispersio gregis. Hoc figuratum fuit. iij. Regū. xxij. vbi ait Micheas ꝓpheta. Uidi cunctū israel dispersum in mōtib⁹ sicut oues non habentes pastorē. et Hiere. l. Grex dispsus israel leones. i. maiores eiecerūt eū. Prudēs princeps qñ videt acies militū vel peditū ꝑ inuasionē hostiū dispgi conat͛ eos colligere et cōgregare. Sic rogādus est de⁹ ⁊ ad ipm̄ est oē studiū adhibendū ꝙ ex quo subtraxit notabilē pn̄cipē ꝙ habeamu⁹ ꝑ ei⁹ gratiā talē successorē de quo sperari possit illud ps. cxlvj. Dispsiōes israelis ꝯgregabit In qbus q̄dem vbis trio facit propheta.

Nam primo insinuat periculū. s. in dispsione cum dicit. dispersiones.

Secundo debitum: q͛ israelis.

Tertio remedium: q͛ congregabit.

Periculū siq̄dē ppl'i est ī dispersiōe siue diuisiōe. q͛ omne regnū in seipm̄ diuisum desolabit͛. Mat. xij. Sꝫ tñ nō dicit dispsio.

nem sed dispersiones. quia diuersa vitia faciunt in hominibus diuersas dispersiones Nam vnam dispersionez facit superbia. de qua dicitur Job. xxj. Erunt sicut palee ante faciē venti: ⁊ sicut fauilla quam turbo dispergit. Nam palee sunt homines leues: qui nō habent in se pondus humilitatis. vnde ventus superbie eleuat eos in sui reputatione: ⁊ dispergit eos ꝑ diuersas ambitiones. ⁊ scintilla que ꝓm Isidorum est cinis modicus ex extinctione scintillaris materie derelict⁹: est vita hoīs. Tanq̄ em̄ scintile fulgētes fuerūt primi parentes ex quoꝝ. s. materia nr̄a propagata sunt cinetia corpora nr̄a. Sed ex eoꝝ extinctione. i. peccati transgressione. relicta est nobis fauilla modica. i. breuis ⁊ incerta vita: q꞉ ꝑ vnū hoīem peccatum intrauit in hūc mundum. ⁊ ꝑ peccatū mors vt dicit aplus Roma. v. Vñ Job. xxx. Assimilatus sum fauille. Sed hanc fauillam turbo. i. superbia: dispergit. i. ad diuersa mala impedit: q꞉ initiū oīs peccati sup̄bia. Dicitur aūt sup̄bia turbo: q꞉ sicut turbo aerem perturbat ⁊ obscurat: ita sup̄bia mentem. Vñ Job. iij. Noctē illā tenebrosus turbo possideat. Tenebrosus turbo possidet noctē cū sup̄bie temtatio occupat cecā mentē. Aliā ꝟo dispsionem facit vitiū auaricie. Exodi. v. Dispersus est populus ꝑ egyptū. i. per mundū ad colligēdas palleas. i. tēporalia. Nā ꝑ totuz mundū discurrunt homines paup̄tates timētes ad colligenda temporalia q̄ modici ponderis sunt respectu sp̄ualium. Vñ Horatius. Pauperiē fugiēs per saxa ꝑ ignes Impiger extremos currit mercator ad indos. Aliā dispersionē facit vitiū gule. ps. lviij. Ipsi dispergentur ad manducandū. si ꝟo nō. fu. sa. ⁊ murmurabunt. Scđo ponitur debitū scz vnitatis. q꞉ israelis dispersiones sunt. i. populi deū videntis. i. cognoscētis per fidē in quib⁹ nō deberet esse dispersio: sed potius vnitatis congregatio. Nā sicut est in eis vna fides: vnum baptisma: ⁊ vnus de⁹ ⁊ pater oīm: ita deberet esse vna puritas. ⁊ vna charitas. Vnđ. j. Mach. v. dicit̄ ꝙ congregauit iudas qui interp̄tat̄ confitens omnes israelitas: idest fideles. quia scz confessio vnius fidei debet oēs fideles vnire. vt q̄ sunt vni⁹ fidei sint etiaz vni⁹ animi. j. Petri. iij. In fide aūt omnes vnanimes. Tertio quoqz in auctoritate inducta ponitur dispersionis remedium: q꞉ congregabit. Ad hoc em̄ bonus princeps principaliter intendere debet: vt sint oēs congregati in vnitatē pacis. vt consequat̄ exemplum illius qui est pater futuri seculi princeps pacis. scz christi. de quo dicit̄ Jo. xj. ꝙ xp̄s moriturus erat pro gente. ⁊ non tm̄ pro gente: sed vt filios dei qui erant dispersi congregaret in vnū. Sed tamen congregatio vnitas electoꝝ incipit quidem in mundo isto: sed ꝑficietur ⁊ consumabitur in celo. vnde dicitur Marci. xiij. Congregabit electos a quatuor plagis terre vsqz ad summuz celi. i. celestis gaudij. Ad quod nos perducat deus qui ⁊c.

¶ In funere alicui⁹ magni viri. Ser. xviij.

Agnus ⁊ paru⁹ m ibi sunt: ⁊ seru⁹ liber a dn̄o suo. Job. iij. Videmus ꝙ ista naturalia precipue que generantur ⁊ corrumpunt̄ finaliter ad suā primā naturā seu materiā reuertūtur. sicut patet in his que ex seminibus oriuntur: que etiā finaliter in semina reuertunt̄. vt ex frumento generat̄ herba: deinde stipula: post spica. ⁊ ex spica finaliter excutit̄ frumentū. ⁊ ita ē de hordeo ⁊ alijs seminib⁹. Sic hūana corpa sicut ex terra primitus sunt ꝓducta: sic etiā ī terrā finaliter reuertunt̄. Dicit aūt btūs Gregorius ꝙ natura oēs pares genuit: sz varia meritorum ordine alios alijs culpa postposuit. Qđ q̄dē dictū gregorij si loquamur de hoīb⁹ ꝓm primū statū ante pctm̄ nō est intelligendū de oī equalitate. s. ꝙ quātum ad oīa fuissent equales: q꞉ fuisset īeq̄litas sexuū. s. viroꝝ ⁊ mulierū: ineq̄litas etatuz. scz patrū ⁊ filioꝝ. Et quātū ad aīam: q꞉ ꝓpter liberū arbitriū quidaz magis profecissent in iusticia: ⁊ quidā magis in scientia. Et ꝓm corpus ꝓm diuersitatē aeris aut diuersum situz stellaꝝ aliqui robustiores corpore fuissent geniti ⁊ pulchriores ⁊ meli⁹ complexionati: ita tamen ꝙ in illis qui excederentur nullus esset defectus vel pctm̄ siue circa animam siue circa corpus. Unde Gregorius per verba predicta intendit excludere solū disparitatē que est ꝓm differētiā iusticie ⁊ peccati. ex qua ꝯtingit ꝙ aliq̄ penaliter sunt sub alijs coherēdi. Sed ꝓm statū nature corrupte quantū ad hoc natura omnes pares gignit: quia. s. gignit oēs homines mortales. Unde ꝙuis postea in

vita multi varientur: quia quidam magni et quidam parui ⁊ quidam liberi ⁊ quidaz serui: tamen finaliter in primam naturam seu genituraz mortalitatis omnes pariter reuertuntur. quia .s. omnes pariter actualiter moriuntur. sicut semina supradicta finaliter actu producūt semina que in naturali virtute seu potentia primitus continebātur. Unde sicut cum natura mortali pariter generantur: ita per actualem mortem pariter corrūpūtur. Et ideo dicitur in verbo proposito. Magnus ⁊ paruus ibi sunt scz in dominio ⁊ potestate mortis. quasi dicat. equaliter inuadit mors magnum sicut paruum: ⁊ seruus liber a domino quasi ita inuadit liberum sicut seruū. hac excepta ꝙ qui erat seruus ante mortem: per mortem fit liber a domino suo. Uel potest intelligi magnꝰ ⁊ paruus: idest qui in hac vita erāt inequales ƒm magnitudinem ⁊ paruitatē prosperitatis: sublata per mortez tali prosperitate sunt ibi. scz in alia vita quantum ad hac equales: ⁊ seruus est ibi liber a domino suo. A

Possumus ergo dicere ꝙ tria in verbis propositis de morte describuntur.

Prima quidem eius cōmunitas in inuadenda. quia ita magnus sicut paruus inuaditur a morte.

Scd'a eiꝰ potestas in detinēda: quia ibi sunt .s. ī carcere mortis .i. ī sepulcra detēti.

Tertia eius auctoritas in manumittenda. q: tante auctoritatis est mors ꝙ de seruo potest facere liberum: ⁊ ideo dicit. ⁊ seruus est ibi: supple liber a domino suo.

Circa primū notādū

est ꝙ idcirco a morte ita inuaditur magnꝰ sicut paruus: quia mors est iusticiaria dei ad puniendū humane nature peccatum. Propterea enī dicit aplus Ro. v. ꝙ ꝑ vnū hominē peccatū intrauit in mūdū. scz per adam in quo oēs homines peccauerūt. q: adhuc tota humana natura in eo ↄtinebatur: ⁊ in ea corrupta est tota humana natura: ita ꝙ in ea oēs peccauerūt: ⁊ ideo pertransijt mors in oēs ad puniendū istud peccatū. tanꝗ̄ quedam iusticiaria dei. Et q: iusticiaria dei est: oportet ꝙ ipa sequat modum diuini iudicij. Diuinū autem iudicium nō attendit personā .i. paruitatē vel magnitudinem ꝑsone: sed oēs equaliter iudicat. Et rō cōsimile accidit de morte: q: omēs equaliter ꝑcutit. ⁊ hoc est qd innuit Sap. vi. vbi dicitur. Non subtrahet scz a morte ꝑsonam cuiuscꝫ dn̄a: nec verebitur persona cuiuscꝫ. quoniā pusillū ⁊ magnum ipse fecit. ⁊ equaliter est illi cura de oibus. Ex quibꝰ quidem verbis colligitur ꝙ deus in iudicio mortis tria circa hoīes ostendit.

Primo eq̄itatem sue iusticie: q: non subtrahet personam cuiuscꝫ.

Secūda magnitudinē sue potentie: q: non verebitur personam cuiuscꝫ

Tertio eq̄litatē sue ꝓuidētie. qm̄ pusillū ⁊c. Ostendit ꝗ̄ primo ꝙ in iudicio mortis deꝰ sicut equꝰ ⁊ cōis iudex nō est acceptor personarū: q: nō subtrahit a morte ꝑsonaz cuiuscꝫ .s. nec magni nec parui. Et rō istius eq̄itatis est triplex. Prīa est ꝓpter inuariabilem sententiā prime dānationis: q̄ dictū est primo parenti Gen. ij. De ligno scientie boni ⁊ mali quod est in medio paradisi ne comedas. In quacūcꝫ enī die comederis ex eo morte morieris. Et quia ipse postea comedit incurrit sniaz mortis: nō solū aūt ipse sed omēs hoīes. q: omēs hoīes postea descenderūt ab eo: ⁊ ideo oēs potētialiter ⁊ originaliter cōtinebant in eo sicut ī prīa radice: qua vitiata ꝑ peccatū oēs in eo viciati sunt ⁊ morti addicti. Unū aplus Ro. v. dicit ꝙ iudicium quidē ex vno in condēnationem. q: per vnius delictū in oēs homines mors pertransijt in cōdēnationem. Et ideo ab hac generalissima sentētia ⁊ condemnatione nulla persona hoīs subtrahitur: q̄si diceret iudiciū est. In iudicio autez dei nō decet ꝙ sit personaꝝ distātia. iuxta illud Deut. j. dixit moyses iudicibus qui positi erant vice dei ad iudicandum ꝑplm̄ eius. Non erit distantia personaꝝ: ita paruum audietis vt magnū: nec accipietis cuiuscꝫ personā: q: dei iudicium est. Scd'a rō est ꝓpter rationabilē ꝓuidentiā diuine dispositiōis. ne scz mala fierēt absꝫ terrore ⁊ bona sine remunerationis spe. Nam si ex eo ꝙ nō ꝓfertur cito ↄtra malos sententia filij hoīm absꝫ vllo terrore perpetrāt mala qd esset si sentētia mortis ⁊ iudicij nūꝗ̄ sequeret? Et ideo mortis iudicium dū oibꝰ imminet omēs terrere debet. Itē iusti q̄ bona agunt ⁊ semꝑ hic in angustia viuunt si nō sequeret aliquādo mors: quā remunerationē sperarent? Quia igit̄ non est apud deum iniquitas vt scz velit malos semꝑ in iniq̄tatibus prosperari: ⁊ bonos nunꝗ̄ re

munerari: iudiciū mortis disposuit oibus esse cōe., vt boni omes remunerent᷑ ⁊ male singuli puniantur absq̧ cuiusq̄ exceptio persone. Et. ij. Paral. xix. Non est apud deū iniquitas neq̧ personarum acceptio. Job. xxxiij. Absit a deo impietas. et ab oipoten te iniquitas. Opus enim hoīs reddet ei: et iuxta vias singulorū restituet eis. Et post Qui non accipit personam principum: nec cognouit tyrannū. Opa eñ manuum eius sunt vniuersi. Subito morientur: scʒ vt su⸗ perbia reprimatur ex mortis humiliatione vt negligētia operandi tollatur ex mortis subitatione et vt gloria mundi contēnatur ex mortis expoliatione, quoniaʒ cū interie rit nō sumet omnia neq̧ descendet cum eo gloria eius. Tertia quoq̧ ratio cōmunita tis mortis est ꝑpter familiarem materiam cōsolatiōis. vnde. Seneca. Idcirco vide⸗ tur mihi rerum natura id quod omantissi⸗ mum est fecisse cōmune: vt accerbitatem fa cti p̄solaretur equalitas. Eccli. xxxviij. Mi⸗ hi heri tibi hodie. Acerbum factum videt᷑ ei qui bene faciendo in mundo isto affligi⸗ tur et videt aliū inique agentem hic semp p̄sperari. Sed qñ cogitat ꝙ in morte fiāt adequatio reconpensationis: quia ipse et de bonis que egit et de malis que sustinuit remunerabitur. et econtrario iniquis et de his que male egit et de bonis receptis qui bus male vsus est punietur a deo qui non est personarū acceptor: habet ꝑfecto mate riā magne consolationis. Et sibi acerbum videtur ei qui patitur iniurias ꝙ ille qui eas infert aliquādo hic non punitur sʒ con siderando ꝙ deus in morte vindictā illius non pretermittet: et ꝙ pro patiētia sua pre mium eternum restituet. habet etiaʒ mate⸗ riam ingentis consolationis. Vñ apl's di⸗ cit Colos. iij. Scientes ꝙ a dño recipietis retributioneʒ hereditatis dño xpo seruite Qui eñ iniuriam facit recipiet illud quod inique gessit. et non est personarū acceptio apud deum. Quod ergo boni non subtra⸗ hantur a iudicio mortis sicut nec mali: non est ad perditionem. sicut contingit de ma⸗ lis: sed est ad acquisitionem salutis. vñ ad Heb. x. Non sumus subtractiōis filij in p ditionē: sed fidei in aquisitioneʒ aīe. Secū do deus in iudicio mortis ostēdit magna nimitatem sue potentie: qi non veret᷑ ma⸗ gnitudineʒ cuiusq̄. Videmus enim ꝙ in mundo quidam habentur magni propter dignitatem excellentie sicut reges ⁊ tamen deus nō veretur coꝝ magnitudinē quin ꝑ mortē occidat eos. ps. cxxxv. Qui percussit reges magnos et occidit reges fortes. Job xij. Baltheum regū dissoluit. Quidam ꝟo reputant᷑ magni ꝑpter ꝓfunditateʒ sapiē⸗ tie siue sciētie sicut pħi. et sicut Salomō de quo di. iij. Regū. iiij. ꝙ p̄cedebat sapiētia Salomonis sapientiaʒ oīm orientalium ⁊ egyptioꝝ: et erat sapientior omnibus hoī⸗ bus. sed tamen deus non veretur magnitu dinē sapientium ⁊ scientiū: quia scʒ sapien tia sua ⁊ sciētia oēm sciētiā superat ⁊ vin⸗ cit. Vñ Job. xxxvj. Ecce deus magnus et vincēs sciaʒ nostrā: et ideo moritur doctus pariter et inductus. ps. xlviij. Cum viderit sapiē. mo. sil'. insi. ⁊ stu. peri. Quidam ꝟo re putantur magni ꝑpter plenitudinem opu lentie. s. diuitiarū. sicut dicit᷑. j. Regū. xxv. de Nabal carmeli. ꝙ hō ille erat magnus nimis. id est diues valde. Unde statim sub ditur de diuitijs eius quantū ad animalia in quibus precipue erant antiquoꝝ diui⸗ tie. Erātq̧ ei oues tria milia ⁊ mille capre ⁊c. Sed tamen deus magnitudinem diui⸗ tiarum non veretur quin rapiat eos p mortē sicut patet Luce. xij. in illo diuite qui dice⸗ bat. Anima mea habes multa bona ⁊c. Di⸗ xit autem illi deus. Stulte hac nocte ⁊c. Et sic patet ꝙ omnes quantuncūq̧ magni siue in dignitatis potentia siue i cognitio nis scientia siue in diuitiarum opulentia: debent formidare magnitudinem diuine virtutis que precipue ostenditur in morte. Unde dicitur Exo. xv. Irruat sup eos for⸗ mido et pauor in magnitudine brachij tui. Tertio deꝰ in iudicio mortis ostendit eq̄ litatem sue ꝓuidentie. quia pusillū ⁊ ma⸗ gnū ⁊c. qua. di. ꝙ ipē deus fecit ita pusillū sicut magnum. ideo equaliter est illi cura de omnibus. scʒ tam de paruis q̄ magnis et precipue in iudicio mortis. scʒ vt sine p⸗ sonaꝝ acceptione quilibet tam pusillus q̄ magnus tunc inueniat iusticiaʒ. Et ideo si⸗ mile iubetur fieri in iudicio humano quod quantum possibile est conformariꝺʒ iniusti i cia iudicio diuino. Sm illud Eccli. v. Iusti⸗ fica pusillū ⁊ magnū silr. quasi dicat iustifi ca sic. i. equali et eorum iusticias in iudicio attēde sine personaruʒ acceptiōe. Sʒ cu ca illud qđ dictuʒ est ꝙ eq̄liter est illi cura de oībus posset dubitari. qꝛ cura quaʒ hʒ deꝰ de hoīb' procedit ex amore quem ad hoīes

habet: sed deus nō equaliter amat oēs homines: quia dicit beatus Augu. sup Iob. ꝙ omnia diligit deus que fecit: sed īter ea magis diligit creaturas rationales: et de his amplius que sunt membra vnigeniti filij sui. et multomagis ipsum vnigenitum suū. ergo non equaliter est illi cura de omnibus hominibus. Sed dicendum ad hac ꝙ amare est alicui bonū velle. Si ergo consideretur iste actus qui est amare ex parte diuine voluntatis. sic deꝯ equaliter omnia amat; qꝛ. s. aīa diligit vno simplici actu voluntatis: et semꝑ eodē mō se habēte. Sed si cōsideret̄ iste actus ex ꝑte boni qđ deus vult his quos amat. sic dꝛ plus amore eos quibꝯ vult maiora bona. Et cū amor eiꝯ sit causa bonitatis reꝝ. sequit̄ ꝙ quāto aliqs melior est, tanto magis sit amatus a deo. Qñ ergo dꝛ ꝙ equaliter est illi cura de oībus: non intelligitur ita vt equalia bona sua cura det oībus hoibus: sed quia equali sapiētia ⁊ bonitate oībus prouidet ⁊ oēs gubernat. Sap. xij. Non est alius ꝙ̄ tu cui cura est de oībus. Unde multum debent oēs cōsiderare in co. s. Petri. v. Omnē sollicitudinem vestram proijcientes in eum. qm̄ ipsi cura est de vobis. B

Secūdo in themate assūpto

describitur mortis potestas in detinenda: quia ibi sunt scꝫ magnus et paruus scꝫ in carcere mortis. i. in sepulchro siue sepulture loco. Unde de domino nostro dꝛ Jo. xix. Erat autem in horto monumentum nouum in quo nondum quisꝙ̄ positus fuerat ibi ergo posuerunt Iesum. licet nō diu steterit eo ꝙ non potuerit nec decuerit eum diu a mortis vinculis detineri: quia tertio die resurrexit: Sed iterū aduertendū ē ꝙ scḋm causaꝫ mortis ita ibi vbi sunt scꝫ in alia vita mortui perpetuo collocant̄. Et hoc est qđ figurate dicit̄ Eccl's. xj. Si ceciderit lignum ad austrū vel ad aquilonem. vbicūqꝫ ceciderit ibi erit. In quibus qdem verbis quattuor describuntur.

Naꝫ primo describit̄ hoīs viuētis figura: quia figuratur per lignum

Secundo morientis ruina. si ceciderit.

Tertio ruentium distantia ad austrum vel ad aquilonem.

Quarto distātie ꝑseuerātia: qꝛ ibi erit

Circa primū notandū est ꝙ ꝑ lignuꝫ figurat̄ hō. s. ꝑ lignū inutile ad opꝯ bonum homo peccator: Ezech. xv. Fili hoīs quid fiet de ligno vitis ex oībus lignis nemoruꝫ que sunt inter ligna siluarum. Nunqd tolletur de ea lignū vt fiat opus: aut fabricabitur de ea paxillus vt dependeat in eo qđ cūqꝫ vas. Ecce igni datum est in escā. Notanduꝫ em̄ ꝙ lignū vitis. i. palmes vel sarmentū ꝙ̄ diu inheret viti nullū lignum est eo fructuosius. sed a vite sepatuꝫ nulluꝫ eo inutilius. Et sic est de pctōre. Uites em̄ est xp̄us. Lignū vitis est q̄si sarmentū a vite separatū et incisū est hō pctōr a xp̄o sepatꝯ ⁊ diuisus gladio iniqtatis: qꝛ iniqtates nr̄e diuiserunt inter nos ⁊ deū nostrū. Esa. lix. Inter ligna nemoris. i. inter fideles ecclesie. vel que sunt in diuersis siluis. i. in diuersis statibus vel officijs efficitur inutilis tā respectu sui ꝙ respectu aliorum. Respectu sui et quātū ad meritū: qꝛ nō tollet̄ ex eo lignum qđ valeat ad opus. i. nullus actus potest exire ab eo qui sit opus meritoriū; neqꝫ etiaꝫ vt fiat ex eo fabrica celestium mansionū que fabricant̄ ex meritis bonoꝝ operuꝫ. Est etiā inutilis respectu aliorū qꝛ non pōt fieri paxillus vt pendeat in eo aliqđ vas. paxillus est paruus palus. idest prelatus humilis et rectus ⁊ firmꝯ: ex quo depēdent vasa domini. i. aīe subditoꝝ. Sꝫ homo iustus ⁊ peccator non potest esse talis; qꝛ neqꝫ paruꝯ ꝑ humilitateꝫ; neqꝫ rectꝯ per iusticiā vel charitateꝫ; neqꝫ firmꝯ ꝑ constantiā ⁊ patientiā. et ideo non est dignus preesse animabus. Et ideo solū valet vt sit esca ignis peccati ī presenti: quia peccatuꝫ est fornax babylonica que succenditur malleolis. et vt sit esca gehenne ignis in futura. Sed per viride ⁊ fructuosum ligmuꝫ figurat̄ hō iustus qui est in charitate radicatus. influentia gratie diuine vel sapiētie irrigatus. disciplinali maceratiōe siue castigatiōe putatꝯ et filijs sacre doctrine gratiarum ⁊ fructibus bonoꝝ opeꝝ plenꝯ. Et de tali ligno dꝛ in. p̄s. j. Erit tanꝙ̄ lignum qđ plan. ⁊c. Scḋo notat̄ ī auctoritate inducta hoīs morientis ruina. cū dꝛ. si ceciderit. Notanduꝫ qñ cadit vnū vas vile et debile puta vas luteū ita ꝙ frangat̄: paruꝫ curat̄ et modicū quis pertubat̄. Sed quando cadit et frangit̄ vnū vas preciosuꝫ qđ nō pōt postea reparari: est maior ꝑturbatio et dolor. Homo aūt hꝫ duo vasa. Unū est luteum et debile et vile. i. corpus. qđ si cadat ⁊ frāgat̄ ꝑ morte nō debet multū curari. ⁊ maxime

quia reparabitur in resurrectione. Et vas
preciosum z nobile est aīa: qḋ in morte ca-
dit z irreparabiliter frangitur quādo ho-
mo impenitēs z in pctō moritur: quia ne-
quaqꝫ potest amplius per penitētiā repa
rari: z ideo semper tales erunt perditi. vñ
dicitur de eis Hiere. xxv. Cadetis quasi va
sa preciosa. Sꝫ de iusto z vere penitēte di
cā cecidemt. s. p mortē nō collidet. s. quātū
ad aīam. s. collisione cōfractiōis seu dāna
tiōis. Tertio ponit in auctoritate īducta
cadētiū. i. morietiū differētia: cū dī. ad au-
strū vel ad aqlonē. Nā ille cadit ad austrū
qui morit in gratia: z qr cor aperit deo ad
suscipiēdū eā per finalē pniām tripliciter
scꝫ p pfectā cōtritionē z integrā z humilē
cōfessionē z etiā per idoneā satisfactionē.
Ideo dicitur Apoca. xxj. Ab austro supple
erant porte tres. Ille vero cadit ad aqlonē
qui morit in frigore infidelitatis vel ma-
litie. Eccli. xliij. Frigidus vent⁹ aquilo fla
uit z ꝯgelauit crystallus ab aqs. Frigidus
ventus aquilonis est finalis z vehemens
tētatio demonis qua tentat morientē vel
de infidelitate vel de desperatione: z tunc
aqua mobilis p congelationē efficit crys-
tallus dur⁹ z imobilis a sua malitia. i. du
ritia: qr mēs que p liberū arbitriū erat mo
bilis ad bonū z ad malū: p cōgelationē in
fidelitatis vel desperatiōis efficit dura ad
pniām z oīno obstinata: ita vt impenitēs
z desperatus moriatur peccator. Vel ali-
ter potest intelligi. quia lignum pcisū. i.
iustus p mortē sublatus: tūc cadit ad au-
strum quādo videlꝫ post ipsā mortē trāsit
ad paradisi gaudium. Job. xxxix. Plume
scit accipiter expandens alas suas ad au-
strum. Accipiter leuis significat aīam alle
uiatā o pondere pctī: vel ab onere corporis
p mortē. z tūc plumescit. i. nouas plumas
z nouas dotes glīe accipit. expādēs alas
suas scꝫ intellectū z affectū ad austrū. i. ad
summū paradisi gaudiū siue bonū qḋ est
deus. Abachuc. iij. Deus ab austro veniet
Sed tūc lignū precisum cadit ad aqlonē
qñ pctōr mortuus ducitur ad inferni sup-
pliciā. vt ibi sit cū apostata angelo qui ait
Esa. xiiij. Ponā sedem meā in laterib⁹ aq-
lonis. Aquilo em̄ dict⁹ est qr aquas ligat z
stringit. vnde est regio aquilonis gelida z
obscura z tempestuosa ppter ventum im-
petuosum. Et sic in inferno. est frigiditas
obstinate malitie z obscuritas: non tantū
corporalis sed etiam spūalis per priuatio-
nem omnimodā luminis grātie z glorie. z
tempestuositas per inquietudinē z vehe-
mentiā multiplicis z incessabilis pene. q̄
continet omne malū. vnde Hiere. j. Ab aq
lone pandetur omne malū. Tertio quoqꝫ
in auctoritate inducta ponit differētie p-
seuerantia: cū dī. vbicūqꝫ ceciderit ibi erit
scꝫ immutabiliter. Hieronym⁹. Vbicūqꝫ ti-
bi locū preparaueris futurāqꝫ sedem siue
ad austrū siue ad aqlonē: ibi cū mortuus
fueris permanebis. Si ergo ceciderit ad
austrū. i. ad mortē ptrāsiuerit ad paradisi
gaudiā ibi erit pmanēs. s. in eternū. ps.
lxv. Ibi letabimur in ipso. s. ī deo. Esa. lj.
Leticia sempiterna sup capita eorū. ps. v.
In eternū exultabūt z habitabis in eis.
Si aūt ceciderit ad aqlonē vt. s. post mor-
tē ducat ad inferni suppliciū: ibi erit etiā
in eternā in fletu z luctu horribili. Mat.
viij. Ibi erit fletus z stridor dentium. C

Tertio quoqꝫ in thema

te assumpto ostenditur mortis auctoritas
Nam tāte auctoritatis est mors qꝫ de ser-
uo liberū facit. z ideo dicit qꝫ ibi seru⁹ est
liber a dño suo. s. ī loco vbi est post mortē.
Notandā est autē hic qꝫ est quedā seruit⁹
que est impeditiua salutis. s. seruit⁹ trans-
gressionis pctī. de qua dicit Johā. viij. qꝫ
oīs q̄ facit pctm̄ seruus est pctī. Et de illa
seruitute dꝫ homo multū curare vt fiat li-
ber. s. p pniām dū viuit: qr post mortē non
habet penitentia locū. Liberatur em̄ hō p
mortē a seruitute peccati: nō respectu pre
teriti nisi assit penitētia de pctō preterito
sed respectu futuri inquātū post mortē nō
potest ampli⁹ peccare neqꝫ demereri. saltē
respectu premij essentialis. Nā btī habent
voluntatem confirmatā in bono: z dānati
obstinatā in malo q̄ obstinatio potius est
pena qꝫ culpa. Sed est quedam seruitus q̄
nō est impeditiua salutis. sicut est seruit⁹
ꝯditionis scḋm qꝫ vnus homo est seru⁹ alte
rius. Et ideo de ista nō est multū curandū
inquātū non impedit salutem nec seruitu
tem dei: licet libertas sit melior habēti eā
si bene velit vti. Et hoc ē qḋ dicit Aplūs .j.
Cor. vij. Seruus vocatus es: non sit tibi
cure. Sed si potes fieri liber magꝭ vtere.
qui em̄ in dño vocatus est seruus libertus
est dñi. In quibus verbis ostendit aplūs
triplicem rationē quare de seruitutis con

ditione nō debet homo curare. Primo q̄o
nō excludit aīe salutem. tūc eñ excluderet
aīe salutē q̄ñ impediret hominē ne posset
vocorio xp̄o ad suam fidē vel seruitiū non
esse in eo: sed hoc nō est. Et ideo si tu es vo
catus a xp̄o ⁊ es in gr̄a ⁊ seruitio suo: non
sit tibi cure ꝙ sis seruus hoīs. q: apud xp̄z
nihil facit differētia seruitutis vel liberta
tis. Gala. iij. In xp̄o iesu nō est seru⁹ neqꝫ
liber. i. nihil facit differētia liberi ⁊ serui.
Secūda ratio quia nō excludit benefacien-
di libertatē siue facultatem. satis eñ pōt
bñfacere etiaz seru⁹: tū si potes fieri liber
magis vtere. q: magis poteris vacare ad
libitū circa bona q̄ volueris facere. tamen
siue seruus siue liber dꝫ studere pro posse
ad benefaciēdū. q: d̄i Eph̄. vj. Unusq̄sqꝫ
q̄dcūqꝫ feceris bonū hic percipiet a dn̄o si
ue seruus siue liber. Tertia ratio est: quia
humana seruit⁹ nō tollit diuinā libertatē:
q: q̄ in dn̄o vocat⁹ est seru⁹ libert⁹ est dn̄i.
Sicut etiam ecōtrario humana libertas
nō prohibet diuinā seruitutē. sm̄ illud. j.
Cor. vij. Qui liber vocatus est seruus est
xp̄i. de cui⁹. s. seruitio recipiet eternā mer-
cedem. Ad quam nos perducat ⁊c.

¶ In funere alicuius militis aut equi-
tis aurati. Sermo. xix.

c

Cunctis diebus

q̄b⁹ nūc milito expecto do
nec veniat īmutatio mea.
Job. xiiij. Reges terreni
diuersa loco solent habere
⁊ diuersas domos. Quaꝝ quidē q̄dā sunt
gaudij sicut palacia ad cōmmandū: ⁊ came
ra ad reclinandū. Quedā vo sunt dolora
⁊ supplicij sicut carceres ⁊ patibula ad ma
los puniēdū. Quedā aūt sūt exercitij sicut
est cāpus belli ad militādū. Ito quoqꝫ do
minus noster qui est rex regū ⁊ dn̄s dn̄an-
tium hꝫ locū gaudij. s. padisuz in quo loco
sunt regales diuitie. felices delitie: ⁊ ho-
nores excellētie. vn̄ dn̄s ait Luc. xxij. Ego
dispono vob̄ sicut disposuit mihi pr̄ me⁹
re. vt eda. ⁊c. In regno nāqꝫ diuitie: ī esu
⁊ potu delitie: ī mēse regni sessione honor
excellentie designaꝛ. Item hꝫ locū suppli
cij. s. infernū in quo loco diuitiaꝝ sunt ine
stimabiles miserie: loco delitiaꝝ intermi-
nabiles āgustie: ⁊ loco honoꝝ cōfusibiles
cōtumelie. Unde dn̄s Mat. xxv. dicet re-
probis. Discedite a me maledicti: ⁊ vocat
maledictos propter eternas miserias: in
ignem. scꝫ ad ardoris angustias: qui para
tus est diabolo ⁊ angelis ei⁹. vt sentiatis
eoꝝ cōtumelias. Itē hꝫ dn̄s locū exercitij
scꝫ mūdū qui ad militandū a d̄o ōd quiescē
dū datus est nobis. Sed in hoc quidē cā-
po quidā exercitauerūt se sub armis pn̄ie
sicut petōres puersi quidā sub armis mie
sicut actiui: quidā sub armis sapiētie sicut
cōtemplatiui: quidā aūt sub armis fortitu
dinis ⁊ patiētie sicut oēs iusti. quos multe
tribulationes iustoꝝ. Un̄ ptꝫ ꝙ arma mi-
litie nostre non sunt carnalia sed sp̄ualia.
Et lꝫ illa militia sit laboriosa: tū q̄ñ veniet
īmutatio mortis vel iudicij: expectaꝛ inde
maximum p̄miuz. ⁊ hoc est q̄d ex persona
cuiuslibet boni militis d̄r in verbo ꝓposi
to. cunctis diebus quibus ⁊c. ¶ In qui
bus quidē verbis de exercitio sp̄ualis mi-
litie describuntur tria.

Primuz est opportunitas temporis: cū
dicitur. cūctis diebus quibus nunc.

Secundum est strenuitas operis: cum
subditur. milito.

Tertiū est preciositas muneris seu mer
cedis: quia expecto ⁊c.

Primū inducit ad laborandū. Secūdū
ad dimicandū. Tertiū ad expectādū. Un̄
patet ꝙ ista militia est laboriosa ⁊ bellico
sa ⁊ penosa ꝓpter expectationē: q: spes q̄
differtur affligit aīam. Prouerb. xiij.

Circa primū attenden

dū est ꝙ tēpus laboris hui⁹ militie: primo
quidē hꝫ diuturnitatē: q: durat cūctis die
bus q̄bus. s. homo viuit. Itē habēt oppor
tunitatē. s. p nūc. Est ꝗ laboriosa ista sp̄ua
lis militia ꝓpter temporis diuturnitatē
scꝫ q: labor ei⁹ durat cunctis dieb⁹ quib⁹
homo viuit. Et ratio est: q: q̄diu homo est
in bello semp opꝫ ꝙ laboret ad defenden-
dum se. sed hō q̄diu viuit semp est in bel-
lo vel carnis vel mundi vel diaboli. Unde
opꝫ ꝙ semp sit sollicit⁹ ⁊ semp laboret ad
sui defensionē. Sed in tali labore ⁊ defen-
sione inuenit hō laborē ⁊ dolorē ⁊ erūnā
⁊ inquietudinē. Unde d̄i Eccl's. ij. Cuncti
dies eius dolorib⁹ ⁊ erūnis pleni sunt: nec
p noctē q̄escit mens ei⁹. Ubi aduerte ꝙ di
es hoīs replenꝛ dolorib⁹ quādo affligitur
a mūdo. Dolor eñ aīe est vt dicit Au. xiiij.
de ciuitate dei. ab his rebus que nobis no
lentibus ⁊ dissentientibus accidūt. Unde

quia quatidie accidunt nobis in mundo
isto que displicent nobis τ que non velle
mus: idea cũcti dies hominũ dicunt esse
pleni dolaribus. Unde etiaȝ tullius dicit
quarta libro de tusculanis questionibꝰ ꝙ
dolor est egritudo crucians. Et vocat egri
tudinem ipam passianem aĩe: qua anima
in seipsa cruciatur duȝ sentit se hßbere vel
pati ea que sibi displicẽt. Et talibus dolo/
ribus quatidie afficimur. Sed tamen si
homa sciret talia patiẽter partare τ tales
dolores per rationem moderari: deus in/
funderet multos cansolationes. Sm illud
ps. xciij. Sm multitudinẽ do. me. cõso. tu.
le. ani. me. Sed iterum dies hoīs dicũtur
esse pleni erũnis qñ grauat a carne siue p
ipsius impugnationes. quia caro cõcupi/
scit aduersus spm. siue per ipsius egritudi
nes. qꝛ sicut dicit Tullius. Erũns est egri/
tuda labariosa sensualitati Sed egritudo
cancupiscẽtie est laboriosa rationi ꝑpter
difficultatez resistendi: τ si nan resistit est
in tristicia propter cõscientiam remorden
tez. vnde Eccl's. v. Cunctis diebus vite sue
comedit in eñina τ tristicia. Et dicit come
dit quia etiã ipa comestio est sibi ad erum
ne augmentum. tum quia in sudore vultꝰ
sui vescitur pane suo: tum quia etiam ipa
comestio auget cõcupiscentie passianem.
Sed tunc mẽs hoīs hȝ inquietudinez: qñ
impugnat a demone. vnde dicit ꝙ neqȝ p
noctẽ. i. per tenebras tẽtotianis diabalice
quiescit mens eiꝰ. Uel ad litterã neqȝ ĩ no
cte qñ homo plus appetit q̃escere pmittit
diabolus quiescere mentẽ eius vel tẽtãdo
vel varias somnioꝝ illusiões immittendo.
Job. ix. Non cõcedit requiescere spm meuz
Eccl's. viij. Non sinitur quiscere ingruen/
te bello. Scdo nota ꝙ tempus laboris mi/
litie presentis hȝ oppoitunitatẽ. s. qꝛ tũc est
tẽpus appaitunũ ad dimicandũ τ militã/
dum. Et hoc ostendit taȝ tpis instantia q̃ȝ
laci cõgruentia. Temporis quidẽ instantia
qꝛ cũ distinguant tria tpa humane vite. s.
preteritũ pñs et futurũ. In preterito nã
possumꝰ militare deo: qꝛ iam ꝑteriit. In fu
tura iam nã debemus expectare: qꝛ nullus
certus est an perueniat ad senectutem. vñ si
contingat hoiem expectare faite nã attin/
get. Et dato ꝙ contingat viuere vsqȝ ad se
nectutẽ: natura erit debilior ad pniam fa/
ciendaȝ. consuetudo proclinior ad peccan/
dum. et hostis crudelior ad impugnanduȝ.
et opa pñie minus grata ad recipiendum
sicut qui seruit dño cũ equa clauda ceca et
sene. sic qui in senectute dño seruit similis
ei est qui dat vestem putridam et cansum/
ptam: quia talis nan habet gratiam sicut
ille qui dat nauam. Unde. ij. Corinth. vj.
Dicitur. Ecce nunc tempus acceptabile. i. q̃
seruitiũ militie xpi erit acceptum dea. Hoc
idem patet ex loci cõgruentia. quia lȝ mul/
ta sint loca: non patest tamen in oibꝰ mili/
tari. Naȝ dãnati qui sunt in inferna nõ mi
litãt: quia fuerunt turpiter ab hostibus de
uicti: et ideo in carcere cruciant. Illi etiaȝ
qui sunt in purgatorio nan militant. quia
ibi inclusi τ detenti satisfaciũt pro delictis
suis. In paradiso etiam nõ militant. quia
ibi iam amnibus deuictis hostibus a labo/
re militie totaliter quiescunt. Relinquitur
ergo ꝙ salum in loca in qua nũc sumꝰ. scȝ
in mũda isto sit lacꝰ militãdi. ij. Macho. s.
Nunc autem hic sumus scȝ in laco pugne
et militie. Iasue. xxiiij. Nunc erga timete
daminũ τ seruite ei. Seruite scȝ in exerci/
tio spiritualis militie. scȝ contra vitia viri/
liter dimicando. B

Secundo in themate

assumpta describitur strenuitas opis que
inducit ad dimicandam: cum dicitur. mili
to. Nam militia carporalis instituta est ad
strenuuȝ opus: idest ad bellandum pro de
fensione patrie vel reipublice. Unõ narrat
Eutropius ꝙ romulus instituta republi/
ca romanorum elegit mille viros fortes: q̃
essent in omnis pro defensione reipublice:
quos a numero millenario milites appel/
lauit. Sed militia spũalis seruoruȝ christi
est bellare contra hostes spirituales: idest
contra demones τ contra tentationes cor/
nis τ mundi pro defensiane salutis anime
τ ne impediantur qui habent ire ad super
nam ciuitatem celestis regni: vbi erit opti/
ma respublica semper gaudiosa τ pacifica
Unde patet ꝙ vtraqȝ militia. scȝ et mun/
di τ dei: patest dici bana ex eo ꝙ vtraqȝ est
ad banum finem ordinata. scȝ ad salutem
reipublice vel anime vt perueniat ad rem
publicam ciuitatis superne: quia cuius fi/
nis bonus est ipm quoqȝ bonum est sicut
philasaphꝰ dicit. Uñ de vtroqȝ militia ex
poni possit illud quod dicitur. j. Timoth.
j. Milites in illis bonam militiam habẽs
fidẽ τ bonam conscientiã. In quibus q̃dã

verbis apostolus tria facit.

Nam primo quidez precepit exercitiũ difficile: cum dicit. milites.

Secũdo adiungit officiũ laudabile: q2 bonam militiam.

Tertio vero ostendit armaturam inuincibilem: cum dicit. habẽs fidem et bonam cõscientiam.

Circa primũ aduertendũ est q̃ militare est officiũ difficile. q2 laboriosuz. q2 frequẽter oportet milites esse in armis et discursibus et exponere se periculis. Sed tñ labor militie alleuiat multũ qñ miles recipit bona stipẽdia vel qñ expectat recipere multũ honorifico premio: tũc eñi viriliter pugnat et libẽter militat vt vincat. Est enim licitũ militãti de labore suo recipere stipendium sicut medico vel aduocato recipere salariũ sicut dicit beatus Augu. Sed contra hoc posset argui. q2 videtur q̃ militare vel bellare ꝓpter stipẽdia nõ sit licitũ: q2 illicitũ est preferre min9 bonũ maiori bono. sed p̃sona siue vita p̃sone est maius bonũ q̃ pecunia. sed qui militant vel bellant propter stipendia exponunt p̃sonam τ vitam periculo mortis ꝓpter lucrũ pecunie. ergo videtur q̃ militare ꝓpter stipẽdia non sit licitũ. Sz dicendũ q̃ militare ꝓpter stipendiũ esset illicitum si in ipso lucro vel stipendio ponat vltim9 finis militie. nũc aũt ita est q̃ militia aut bellum ordinat ad bonũ cõe. s. ad salutem reipublice vel totius patrie: que preponẽda est etiam saluti ꝓprie vite vel p̃sone. Ipsum etiam stipendium τ lucrũ militia nõ est finis principalis ꝓpt quẽ militat: q2 etiã ipz ordinat ad aliquẽ finẽ honestũ τ bonũ: puta ad sustẽtationẽ sui vel familie vel ad subuentionez pauperũ sicut τ alia lucro honesta. vñ de peculio castrensi qd. s. filiofamilias in militia degẽti donatũ est: vel q̃ ipse in militia acq̃siuit qd nisi militaret acq̃situr9 nõ erat: ipse filiusfamilias põt facere elemosynã τ condere testamentũ. q2 quantũ ad illud pater familias censet. ff. ad mace. l. j. §. vltio τ. l. ij. τ. vj. de inof. testa. §. vltimo. Sic militantes xpo ĩ militia spũali siue p actib9 spũalibus: licite recipere stipendia pecunie vel aliarũ corporaliũ. sicut sunt p̃dicatores τ sacerdotes τ ecclesiaꝝ rectores: possunt p labore spirituali. nõ per modũ venditõis aut emptionis: quia hoc simoniacuz esset. vñ dicit. j. q. j. Quicq̃d inuisibilis grẽ consolatione tribuitur: nunq̃ questibus vel quibuslibet premijs venũdari penitus debet. Sed tamẽ accipere possunt p sustentatione sua: que debetur eis ab his quib9 spũalia administrant ßm ordinationẽ ecclesie τ consuetudinem approbatã: ita tñ q̃ desit intentio emptionis τ venditionis Et q̃ ab inuitis non exigatur per subtractionẽ spũalium que sunt exhibenda hoc eñi habere quãdã venditionis speciẽ: sed gratis spiritualibus prius exhibitis: licite possunt statute τ ↄsuete oblatiões vel quecũq̃ alij ꝓuẽtus exigi a volẽtibus et a valentibus soluere auctoritate superioris interueniente. Vñ predicantibus etiã debẽtur temporalia ad sustentationẽ ipoꝝ: non ad emendũ p̃dicatiõis verbũ. vnde sup illud j. Timo. v. Qui bene p̃sunt presbyteri: dicit glosa q̃ necessitatis est accipe vñ viuit sed charitatis est p̃bere: non tñ venale est euãgeliũ vt p his p̃dicet. sic em̃ vẽdãt magnã rem vili p̃cio. Sic etiã aliqua tẽporalia dãtur celebrãtib9 missas: vel dicentib9 officiũ ecclesiasticũ siue p viuis siue p defunctis: non quasi preciũ sed quasi sustentionis stipendiuz. Item ille qui non tenet ex officio spiritualia exhibere: põt pro eis eodem modo recipere aliquid temporale. xij. q. ij. charitatem. Ex quo sumitur argumẽtũ q̃ sacerdos potest locare opas suas si non habeat alias vnde viuat. Item pro ꝓcessionibus que fiũt pro funerib9 alique elemosyne recipiũtur: que si aliquo pacto interueniente fierent aut cum intentione emptionis τ vẽditiõis fierẽt simoniacum esset. vnde illicita esset ordinatio si aliqua ecclesia statueret q̃ non fieret processio in funere alicuius: nisi solueret certoz pecunie quantitatẽ: q2 p tale statutũ precluderetur via gratis aliquib9 officiuz pietatis impendendi: magis autẽ licita esset ordinatio si statueretur q̃ oĩbus certoz elemosinã dãtibus talis honor exhiberet. q2 p hoc non p̃cluderetur via alijs exhibendi. ipsa etiã ordinatio habet speciẽ gratuite recõpẽsationis. Illi etiã qui dãt paupib9 elemosynas vt impetrẽt orationuz suffragia: nõ dãt vt intendentes emere orones: sz ad ꝓuocãdũ pauperuz animos vt gratia τ ex charitate orẽt p eis. Et sic patet quõ tã milites dei q̃ mũdi nõ debẽt suis stipendijs militare. Et ideo queritur. j. Coꝛ. ix. Quis militat suis stipendijs: qua. di. nullus. Secũdo in

auctoritate inducta specificat officiũ lau/
dabile scʒ bonam militiam. Ubi aduerten
dum est ꝙ bona militia potest dici nõ solũ
militia spũalis de qua apostolus dicit. ij.
Cor. x. ꝙ arma militie nostre nõ sunt car/
nalia sed spũalia. sed etiam militia corpo/
ralis. que scʒ ad defensionem reipublice ⁊
ad repressionem rebelliũ armis corporali
bus vtitur. Unde etiam in sacra scriptura
scti viri militasse legunt̃ hmõi militia sicut
dauid. vñ Aug. ad bonifaciũ. Noli existi/
mare neminẽ deo placere posse qui armis
bellicis ministrat. Et in his erat sctũs dd
cui dñs magnũ testimoniũ phibuit. Item
iudas machabeus de quo dr. j. Mach. iij.
ꝙ preliabat̃ preliũ israel cũ leticia ⁊ dila/
tauit gloriã pplo suo. Et symon frater eius
dixit. j. Macha. xvj. Uos scitis quãta ego
⁊ fratres mei ⁊ domus patris mei fecimus
ꝓ legibus ⁊ ꝓ sanctis prelia. Ex quibus ptʒ
ꝙ bona erat eoꝝ militia: quia ordinabat̃
ad reipublice defensionẽ ⁊ ad diuini cultus
conseruationem. In populo etiã christia/
no institute sunt quedã religiões ad mili/
tandum: vt religio hospitalarioꝝ scti Jo/
hãnis. nõ quidẽ ꝓpter aliquid mundanũ
sed ꝓpter defensionẽ diuini cultus ⁊ publi/
ce salutis: vel etiam pauperũ ⁊ oppressoꝝ
bm illd ps. lxxxj. Eripite pauperẽ ⁊ egenũ
de ma. pec. li. Itẽ ille bonus cẽturio. de quo
dñs dixit. Non inueni tantã fidẽ in israel
dixit Matth. viij. Nam ego hõ sũ sub po
testate cõstitutus habẽs sub me milites.
Sed notandũ ꝙ ad hoc vt illa militia sit
bona ⁊ licita opʒ attendere ad q̃ttuor. Pri
mo ad militantis statũ. Oportet eñ ꝙ mi
litans sit in statu laicali: qꝛ clericis est iter
dicta militia et arma assumere ⁊ bellare vel
sanguinẽ fundere. xxiij. q. viij. Clerici. nisi
in necessitate ineuitabili. Scdo dʒ attendi
ad militie exercitum qd est bellare in quo
etiã milites laici male militarent nisi esset
bellum iustũ. Nam aut cõstat bellũ esse iu/
stum. puta quãdo manifestum est. qꝛ geri/
tur auctoritate pricipis: quia priuata psõ
na suũ ius potest ĩ iudicio ꝓsequi. Item ꝙ
sit ex iusta causa. s. qꝛ illi q̃ impugnantur ex
aliqua culpa hoc meruerãt. vnde Aug. di/
cit in libro q̃stionũ. Justa bella dñt diffiniri
ri que vlciscũt̃ iniurias. si gẽs vel ciuitas
plectenda est. q̃ vel iudicare neglexerit qd
a suis improbe factum est vel reddere qd ꝑ
iniuriã ablatum est. Item ꝙ sit intẽtio re/
cta bellantium: qua scʒ intẽdatur vt bonũ
promoueatur: vel vt malum vitetur. Quã
do igitur sic constat belluʒ esse iustum licet
seculari bellare. Aut constat bellum esse in
iustum ⁊ tunc non licet. Aut est dubium et
tũc licet subdito bellare ad mandatum su/
perioris: quia excusatur ꝓpter bonum obe
dientie: licet forte peccet dominus contra
deum male precipiendo ⁊ milites et seruiẽ
tes. ⁊ stipendiarij extranei nõ creduntur ex
cusari: quia non excusat eos bonũ obediẽ
tie sicut subditos: nec debent se discrimini
in dubio cõmittere vt iuuẽt aliquẽ in preiu
dicium alterius. Quia sicut dicit Ambro.
Si non põt alicui subueniri quin grauet̃
alter. cõmodius est neutrũ iuuare ꝙ gra/
uare alterũ. xxiij. q. v. denique. Tertio dʒ at
tẽdi ad militãtis salarium vt si fraudulẽter
querat stipendiũ qd sibi non debet: puta si
nõ habuit equos quos debuit habere: ⁊ re
presentauit equos alienos ꝓ suis: vel si di
xit mẽdaciter equũ perijsse vt haberet emẽ
dã. Itẽ ꝙ nõ velit salariũ ĩmoderatũ: qꝛ vi
deat aliquos indigere ꝓ ditate sua. Itẽ ꝙ
vltra stipendiũ sibi debitũ aliud non q̃rat:
alioq̃n reputaretur predo non miles. Unde
Augustinus. Propterea quadam prudentia
sunt militantibus stipendia constituta: ne
dum sumptus querit̃ predo grasset̃. xxiij.
q. j. militare. vnde Luce. iij. Contenti esto/
te stipendijs vestris. Johãnes baptista mi/
litibus dixit. Quarto debet miles vitare mi/
litie abusum: qui est in cõcussione innocen
tiũ. siue ad ostentationẽ viriũ cũ nocumen/
to hoim ⁊ rerum. Sic inuẽta sunt tornea/
menta ⁊ ictus lancearũ ⁊ huiusmodi: licʒ
nõ prohibeantur quedam exercitia militie
vt cursitationes ⁊ versiones dextrarioꝝ et
ars percutiendi ⁊ defendendi ⁊ proijciendi
tela. vnde. ij. Regum. j. Dauid precepit vt
docerent filios israel arcum. i. artem sagit/
tandi. Sic ergo patet quomodo possit dici
bona militia secularis. Sʒ de bona mili/
tia spirituali informat apostolus militare
volentem dicens. ij. Timo. ij. Labora sicut
bonus miles iesu christi. Ubi ostẽditur ꝙ
ad bonã militiam requiritur ꝙ militet di/
ligẽter: ⁊ decent̃: viriliter: ⁊ salubriter. Di/
ligẽtia notatur in labore: decentia in mili/
te: virilitas ĩ bono milite: sʒ salubritas in
militie christi iesu. Felix ergo miles est q̃ ẽ
diligens in labore: decens in cõuersatione
virilis in actiõe: salubris in inuentiõe. Ter

tio in auctoritate superius inducta addi-tur armatura inuincibilis scꝫ vt sit habens fidem ⁊ bonã cõsciẽtiam, quia bona conscientia nihil metuit. Dicit em̃ Seneca ꝙ nihil timendum faciat animũ nisi reprehẽsibilis vite conscientia. Ergo econtrario cõscientia irreprehensibilis vite facit animũ impauidũ. Hãc armaturã habebat qui dixit Act. xxiij. Ego oĩ cõsciẽtia bona conuersatus sum ante deũ. Sꝫ fides vera est sicut scutũ qḋ oẽs ictus aduersarij repellit. Vñ Apostolus Ephe. vj. In oĩbus sumentes scutũ fidei: ĩ quo possitis oĩa tella nequissimi ignea extinguere.

Tertio notatur in thema

te assũpto. p̃ciositas muneris siue mercedis. quia expecto donec veniat ĩmutatio mea. Notandũ ꝙ duplicem immutationẽ expectat miles xpi. Unã in morte: aliam in resurrectione. Prima erit ad glĩficationem aĩe: scda ad reformationem ⁊ glorificationẽ corporis. Et de hac expectatione dicit Jacobi. v. Ecce agricola expectat preciosũ fructum terre patienter ferens donec accipiat tẽporaneũ ⁊ serotinũ. Temporaneus fructꝰ ẽ premiũ qḋ reddit aĩe tempore mortis vel pro labore vite temporalis. Sed serotinus ẽ quẽ recipiet sero. i. in fine mũdi Apl's Philip. iij. Saluatorẽ expectamꝰ dominũ nostrũ iesum xp̃m qui re. cor. ⁊c. Sꝫ notandũ ꝙ primã ĩmutationem miles xpi cũ magno desiderio expectat triplici rõne Primo rõne veritatis cognoscende. Nam in vita ista quasi nulla perfecta ratio de rebus reddi potest. Quis em̃ redderet rõnẽ solũ de herbis ⁊ plãtꝫ: quomodo sint sic facte ⁊ porme ⁊ magne ⁊ virtuose. Vñ Eccl's viij. Hoc intellexi ꝙ omniũ operũ dei nulli possit hõ inuenire rationem. Sed in illa visiane dei videbuntur oĩa. vnde Grego. Quid est qḋ nõ videant qui videntem oĩa vident. Esaie. viij. Expectabo dñm qui abscondit faciem suã a domo Jacob ⁊ presto labor eum quasi di. qui nũc abscõdit faciẽ tunc reuelabit eã: tunc in visione faciei sue videbimꝰ. Secũdo rõne beatitudinis asseq̃ude. Nã beatitudo ab oĩbus hoĩbus desideratur: ⁊ a quocũqꝫ pereret si vellet beatus esse responderet ꝙ sic. Unde q̇cq̇d potuit salamõ facere vt inueniret ĩ mũdo isto beatitudinẽ fecit. vt testat in Eccl's. ij. Feci inquit mihi domos plantaui vineas ⁊c. sequit. Et oĩa q̃ desiderauerũt oculi mei nõ negaui eis ⁊c. Cũqꝫ me cõuertissẽ ad vniuersa opa q̃ fecerãt manus mee ⁊ ad labores meos in quibus frustra sudauerã: vidi in oĩbus vanitatẽ et afflictionẽ spiritus ⁊ nihil pmanere sub sole. Itẽ quidã philosophoꝝ posuerũt beatitudinẽ in diuitijs: quidã in honoribꝰ: quidã ĩ voluptatibꝰ: ⁊ quidã non inuenientes in vita ista posuerunt in alia. Unde ⁊ nos dicimꝰ ꝙ btitudo est status omniũ bonoꝝ aggregatione pfectus. quĩ quia non inuenit in vita ista: oportet ꝙ expectetur ĩ alia. vnde Tob. ij. Uitam illã expectamus quã deꝰ daturus est. Scdo rõne quietis possidẽde. Nõ em̃ quietat res nisi in suo loco: vt dicit philosophus. sicut patꝫ in pisce lapide ⁊ igne. sed nõ inuenit nisi in deo ⁊ nõdũ hõ viuit hic vnde Michee. ij. Surgite ⁊ ite q2 non habetis hic requiẽ. Secũda inmutatio quã expectat miles xpi erit in resurrectiõe: quando corruptibile hoc. s. corpus induet incorruptionẽ ⁊ imortalitatẽ: ⁊ tunc sicut dicit j. Cor. xv. Oẽs quidẽ resurgemꝰ sꝫ nõ oẽs immutabimur. Nã mali nõ ĩmutabuntur in mutatione glorificationis: sed tm̃ boni glorificabunt. Ad quã glorificationẽ ⁊c.

¶ In funere alicuius militis religiosi. vt sancti Johannis ⁊c. Sermo. xx.

Militia ẽ vita hominis sup terrã. Job. vij.

Sicut dr in principio institutionũ. Imperatoriã maiestatẽ nõ solum armis decet esse decoratã sꝫ etiã legibꝰ armatã. Rõnũ huiꝰ est: q2 legibꝰ diriguntur subiecti. sꝫ armis reprimunt vel subiugant aduersarij. Per istũ modũ impator celestis deus in cuius manu est patestas ⁊ iperiũ. prĩo quidẽ rẽpublicã suã. s. hũanã naturã sue. s. maiestati subiectã sapientissimis legibꝰ decorauit. s. lege. veteri decorata p ãgelos ĩ manu mediatoris. i. moysi: deinde lege noua ⁊ euangelica data p veruꝫ mediatorẽ deuꝫ et hoĩeꝫ ihꝫ xpꝫ quẽ moyses figurauit. Scdo ꝟo eandẽ rẽpublicã vt esset etiã armis munita fortissima militia circũcinxit illoruꝫ videlꝫ militũ: de q̃bꝰ dr Zach. ix. Circundabo domũ meã. i. ecclĩaꝫ ex his q̃ militãt mihi. De quoꝝ etiaꝫ numero militiꝫ special'r dici pnt precipue illi milites q̃ deo militant et de presenti sunt siue ad defensionẽ terre

sancte et fidei catholice contra infideles. sicut sunt hospital'. qui sunt quasi milites regine. vnde et milites beate virginis nuncupantur. Aduertendū est q̄ de⁹ habet duo loca precipua vbi tenet militiā suā. Nā vn⁹ locus eius est in quo milites ei⁹ ꝓbantur. quia etiā romani antiquitus anteq̄ tyrones militie sue ascriberēt: multū eos ꝓbabant. Vñ etiā. iiij. Regū. xxv. dī q̄ sopher princeps exercit⁹ ꝓbabat tyrones de ppl'o terre. Alius vo loc⁹ est in quo milites ꝓbati honorantur et premiant. Locus ergo in quo milites dei probant est sup terrā. Sz locus in quo premiātur est super celos. vñ et militis celestis vocat que et angelis et hominibus constat. vñ Luce. ij. Facta est cū angelo multitudo militie celestis. De numero etiam militū qui ꝓbantur super terrā est quilibet hō viuēs in ista vita mortali. vñ tota vita hoīs est quasi ꝓbatio militia. Et ideo dicitur in verbis ꝓpositis q̄ militia est vita et c. A In quibus q̄dē verbis laquēs beat⁹ Job de vita mortali hominis ponit de ipsa tria:

Nam primo quidē ostēdit q̄ est difficilis et laboriosa. s. q̄ militia est.

Scdo vo innuit q̄ est breuis et calamitosa. q̄ vita hominis est.

Tertio q̄ est vilis et ignominiosa: q̄ sup terram est.

Circa primū attendēdum

est q̄ vera ꝓbatio militū est in exercitio bellorū. Valde aūt difficile et laboriosum est ꝯtinue bellare et oportere semp esse sub armis militie. Sed q̄diu hō hic viuit vndiq̄ bella fremūt saltē tentationū siue a carne siue a mūdo siue a demone. q̄ isti sunt hostes hoīm qui militant aduersus aīam. vnde alia littera Job hz. Tētatio est vita hoīs sup terrā. Et idcirco semper opz hoīes si volunt euadere: esse sub armis militie et nunq̄ ea deponere. de quib⁹ dīc philosophia Boetio. Talia inquit ꝯtuleram⁹ arma: que nisi tu prior abiecisses: inuicta te firmitate tuerēt. Et de his armis dīc apl's ij. Cor. x. Arma militie nr̄e nō sunt carnalia: sed potētia deo ad destructionē munitionū. Ubi arma sp̄ualia vt feruēti⁹ assumam⁹ illa quadrupliciter cōmendantur.

Prio a necessitate: q̄ arma sunt. et ideo necessaria nobis.

Secundo a congruitate: quia cōuenit militie nostre.

Tertio ex durabilitate: q̄ nō sunt carnalia: que cito deficiant. sed spiritualia que semper durant

Quarto quoq̄ ex virtute quia potentia deo ad destructionem et c.

Circa primū nota q̄ homo licz sit fortis et audax: tñ si sit inermis nō est securus cōtra hostem. vñ arma confortant audaciā. Sunt aūt arma inuasiua q̄bus hostis impugnat vt ensis lancea et huiusmodi: et defensiua quib⁹ homo protegitur vt scutū lorica et huiusmodi. Et hec est differētia inter ista. q̄ inuasiua nō portant cōtinue: sed solū q̄n hostē vult ꝑcutere. defensiua vo semper maxime si sit inter hostes et nesciens locū et quādo debeat inuadi. Sp̄ualiter aūt arma quib⁹ diabolus impugnat a nobis sunt opa virtutum vnde nō oportet semp ista habere. nō enī potest homo semp operari nec expedit: sed sufficit arma hec idest opera habere loco et tēpore sicut viso paupere tūc est tempus dādi elemosynā: et q̄n occurrit materia operādi. Arma vo defensiua sunt habitus virtutum: quib⁹ hō stat securus ne ledatur. Ephe. vj. Induite vos armaturam dei vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Figura huius est q̄ quādo persequebātur filios israel egyptij armati ascenderūt. Sicut enī ſm naturā hō nudus et inermis eodem ictu leditur et occiditur: sic homo nudus grā et virtutibus quandoq̄ ictu tentationis sic ꝑcutitur q̄ moritur. Et si arma virtutum haberet euaderet et resisteret piculo. Unde Roma. xiij. Induamur arma lucis. et dicit lucis quia reddūt nos illuminatos et cautos ꝯtra insidias hostis. Scdo in auctate inducta cōmendātur arma ꝟtutū ex cōgruitate. quia militie nr̄e. s. cōgruētia. Ubi aduertendū q̄ militia nr̄a est militia dei: q̄ hz pugnare ꝯtra exercitū diaboli. Diabol⁹ aūt facit exercitū de tribus militijs. s. de militia sua de militia carnis: et de militia mūdi. Militia aūt diaboli est cōgeries pctōꝝ sp̄ualiū vt supbie vane glorie inuidie ire et accidie Cui⁹ militie milites sunt diuerse species et modi dictoꝝ vitioꝝ. Et talis militia vocat militia celi: q̄ diabolus de celo cecidit cū talib⁹ vitijs. Qñ ḡ miles dei oīb⁹ tentationibus taliū vitioꝝ sp̄ualiū fortiter resistit tunc militia celi. idest demonū qui de celo ceciderunt, idest omnis virtus eorum ta-

deficit ⁊ cadit. Esa. xxxiiij. Tabescet omnis militia celorum: ⁊ omnis militia celorum desinet. Alia militia est carnis: cuius milites sunt desideria carnalia ⁊ immūda. hec militia vincit abstinendo ab ipsis carnalibus desiderijs ſm illud .j. Petri. ij. Obsecro vos obstinere a carnalibus desiderijs que militant aduersus aīam. Tertia militia est militia mūdi cuius milites sunt cōcupiscentie prosperitatis .s. diuitiarū delitiarū ⁊ honoꝝ. Itē timores aduersitatis vnde prosperitas ⁊ aduersitas sunt dua latera siue acies militie mūdi. Qui ergo tā magnanimus est ꝙ ꝓspera despiciat ⁊ aduersa non metuat: talis pōt dicere de mūdo illō Judith. vj. Gladi⁹ militie mee trāsiet ꝑ latera ei⁹ Gladius iste est virtus magnanimitatis: q̄ tūc ꝑ latera mūdi ꝑtrāsit qn̄ ꝓspera mundi contēnit: ⁊ ei⁹ aduersa nō metuit. Tertio cōmēdatur arma spūalia ex durabilitate: q: non sunt carnalia q̄ scȝ cū carne deficiant sed potius cum ipso spū remanēt ⁊ perdurant. Duplici ergo ratione dicunt̄ non esse carnalia. Primo rōne subiecti: q: habit⁹ virtutum q̄ sunt arma aīe defensiua non sunt in carne que infirma est. ſm illud Mat. xxvj. Spūs ꝓmptus est caro autem infirma: sed sunt ī mēte que stabilis ē et perpetua. Et ideo dicit Augꝰ. ꝙ virtus est bona qualitas mentis Et vnūquodqȝ est in aliquo ſm modū ei⁹ in quo est: ⁊ ideo sunt in mēte habitus virtutū stabiliter ⁊ firmiter. Et ideo dicūtur habitus: q: ſm philosophū habitus est q̄litas difficile mobilis. Sed illa rō non sic intelligenda est vt intelligat̄ cōcludere ꝙ virtutū habit⁹ qui sunt in mēte sic sint ibi stabiliter ⁊ firmiter ꝙ nō possint amitti: q: habitus virtutis infuse per vnū actum peccati mortalis tollit̄: lȝ aīa in qua sunt habitus virtutū sit stabilis ⁊ perpetua ſm substantiā: cū sit indisposita ad talem formā vel habituȝ ꝑ contrariā dispositionem pctī. Nec etiam obstat ꝙ virt⁹ recipitur in oīa ſm modū sīe. q: q̄uis substantia aīe sit stabilis ⁊ perpetua: tū virtus recipit̄ in aīa mediante potentia rationali: cuius ꝓprietas ē vt in opposita possit. Et ideo nō sic firmatur ꝑ habituȝ virtutis: q̄n possit in oppositū: ꝑ qō ipse habit⁹ tollitur. Nec etiā repugnat hoc ei qō dicit philosoph⁹ ꝙ habit⁹ est difficile mobilis: q: nulla res est adeo stabilis q̄ nō statim ex se deficiat sua causa deficiente. Unde nec est mirum si deficiente cōiunctione anime ad deum qui est causa infusionis virtutum in aīam per mortale peccatū: deficiat virtus infusa: nec hoc repugnat sue imobilitati q̄ intelligi non potest nisi sua causa manente. Sed nihilominus arma spūalia virtutum que sunt in aīa dicūtur esse durabiliora ⁊ stabiliora ꝙ ea que fundant̄ in carne. tū quia ipsa caro deficit ⁊ aīa non deficit: tū quia aīa arma virtutū non perdit nisi voluntarie. Ea autem que fundātur in carne vt sunt sanitas ⁊ fortitudo ⁊ pulchritudo perdūtur etiā inuite. Et iterū q: dispositiones que sunt ī carne habēt causas magis trāsmutabiles. vñ nō sunt simpliciter difficile mobiles. Sed qualitates aīe dicuntur simpliciter difficile mobiles ꝓpter inmobilitatē subiecti. vñ ⁊ simpl̄r dicunt̄ habitus. Secūda arma militie nostre dicuntur nō esse carnalia: q: scȝ opa virtutū que sunt vt arma offensiua non sunt ꝓ carnali cōmodo sed ꝓ spūali faciēdo. Vñ apl's. ij. Coꝛ. x. In carne ambulantes non ſm carnē militam⁹ .i. ſm glo. nō pro cōmodo carnali. Quarto cōmendant̄ arma spūalis ex virtute: q: sunt potētia .i. fortia deo .i. per deum. Nam videm⁹ etiaȝ in naturalib⁹ ꝙ virtus inferior non sufficit ad agendū nisi confortetur a superiori virtute. sicut virt⁹ terre nō sufficeret ad fructificandū nisi iuuaretur ⁊ cōfortaret̄ a virtute celestiū corporum: nec virtus hoīs sufficeret ad agendum nisi iuuaret̄ a virtute solis. ꝓpter qō dicit philosoph⁹ ꝙ homo generat hoīem ⁊ sol. Sic nec virtutes humane sufficerēt cōtra hastes spūales nisi iuuarent̄ ⁊ cōfortarent̄ a deo. Unde apl'us philip. iiij. Oīa possum in eo qui me ꝯfortat. Et dominus oīt Johā. xv. Sine me nihil potestis facere vnde sufficientia nostra ex deo est: vt dr̄. ij. Coꝛ. iij. Sed ad quid sint potentia arma spūalia ostēditur cū subdit̄. ad destructionē munitionū .i. calliditatū hoīꝫ vel demonum. frequenter enī demō callide tentat ⁊ impugnat hoīeȝ sub specie boni vel vtilis suggerēs noxia. Et tales calliditates sunt eius munitiones quas circa aīnā ponit vt capiat eā. Esa. xxxiiij. Paliur⁹ in munitionibus eius. Paliur⁹ est cardnus cū quo opplanatur pānus. cū quo aliq̄n ille q̄ vēdit pānos veteres pannū attritū ⁊ veterē ita deducēda carduus super ipm̄ facit ele

nare pilos ⁊ apparere pilosum ꝙ videtur quasi nouus: ⁊ si fit ibi menda non apponet super dictis pilis. et sic diabolus facit in callidis tentationibus suis: quia illud quod est malum ⁊ nociuum facit apparere bonum ⁊ vtile. vnde ipse transfigurat se in angelum lucis. Sed armatus spiritualibus armis virtutū vt fide ⁊ prudētia: faciliter auertit euertit istas munitiones. B

Secūdo in themate

assumpto ostēditur vita humana esse breuis calamitosa. scʒ eorpo ꝙ vita hoīs est. Naʒ vita hoīs est calamitosa: idest calamitatibus ⁊ miserijs plena. Non enī inuenitur hō qui non habeat suā miseriā. Nā alij habet miseriam paupertatis: aliquis fatuitatis ⁊ diuersoꝝ modorum ⁊ sunt alie fere infinite miserie quibus hominis vita est plena. Et ideo ex magna dei mīa est ꝙ sit vita hoīs breuis. ſm illō Iob. xiiij. Homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miserijs. Sʒ nihilominus videmus ꝙ homo diligit vitam et metuit mortem. Sed si diligitur vita misera: multomagis debet diligi vita beata. Et si timet mors temporalis ⁊ corporalis: multo fortius timeri debet mors eterna. Sʒ videte ꝙ nō est in potestate hominis retinere vitam corporalem: nec est in eius potestate vitare mortem tēporalem. Est tamen in eius arbitrio positum habere vitaʒ eternam ⁊ euadere eternam mortem. Et hoc est qđ dicitur Eccli. xv. Ante hominem vita ⁊ mors bonum ⁊ malum qđ placuerit ei dabitur illi. In quibus quidem verbis describuntur tria.

Primo differentia premij: quia ante hominem vita ⁊ mors.

Scđo distātia meriti: qꝛ bonuʒ ⁊ malū.

Tertio libertas arbitrij: qꝛ qđ placuerit ei ⁊c. Circa primū attēdēdū ē ꝙ premiū bonoꝝ est vita: premium vo malorum est mors. Et ista posita sunt scʒ per fidem ⁊ sacrā scripturā ante hominez vt contempletur ⁊ consideret ea. Primo ergo ante hominē est posita per fidem vita scʒ beata: que erit bonoꝝ premium. sicut dicitur Deut. xxvij. Erit vita tua quasi pendens ante te. Hanc vitā scʒ beatā multū deberet homo desiderare: ⁊ ad eā habendā sine pigricia laborare. Nā ille qui hʒ vitā penuriosaʒ ⁊ durā ⁊ potest ire ad locū vbi habebit delicatissimam ⁊ abundantissimam ⁊ nobilissimā vitam: non pigritat surgere ⁊ ire. Figura habetur de hoc in filio prodigo q̄ dissipauit substantiam suā viuēdo luxuriose. et postea cepit egere ⁊c. Et subdit. Surgā ⁊ ibo ad patrē meum ⁊c. Luce. xv. Sic homo cupit hic saturari de temporalibus nec pōt tot habere vt impleatur vel satiet auaritia eius. Vñ semper est ī fame: sed si vellet ire ad domū patris. scʒ ad celū tunc cibaretur pane vite ⁊ intellectus: ⁊ haberet vitā nobilissimā ⁊ interminabilem. Nā homo in vita ista hʒ triplicē vitam scʒ vegetabilē in qua cōicat cum plātis: ⁊ sensibilem in qua cōicat cum brutis: ⁊ intellectualē in qua cōicat cuʒ angelis. Sʒ vita vegetabilis ⁊ sensibilis non est sine corpe: vita aūt itellectualis est oīe ꝓpria. Quādo igit moritur homo ſm corpus non remanet in anima nisi vita ⁊ operatio intellectualis: que est vita nobilissima ⁊ operatio. Et maxime in his aīabus que eleuantur ꝑ gloriā ad visionē diuine essentie. in qua visione anima que non hʒ aliaʒ operationem nec appetitū nisi intellectualē: ita in dei cognitione repletur ⁊ satiatur ⁊ delectatur ꝙ est in summa delectatione ⁊ fruitione gaudiosa. Et quia ibi non ē vita vegetatiua. nec appetit aīa comedere vel bibere: nec patitur famē vel sitim nec aliquā indigestionē: nec aliquaʒ intemperantiā humoꝝ: nec aliquā egritudinem. qꝛ iste sunt passiones que sequūtur vitam vegetatiuā: que modo ibi locum non habet. sicut nec lapis q̄ non habet vitā vegetabileʒ patitur aliq̄d hoꝝ. Itē qꝛ nō est ibi vita ⁊ operatio sensitiua. Non enī habetur ibi appetitus alicuius delectatōis sensibilis vel ſm tactū vel ſm gustū vel ſm aliquē sensum: nec habere talia sensibilia esset eis ad delectationeʒ. Sicut nec ouis si tu apponeres ante eam carnes delectaretur: quia non est appetitus suus ad carnes: sed ad herbas. sed leo ecōtrario. Vñ quia ibi est tm̄ appetitus qui sequitur vitā intellectualeʒ: ideo sunt ibi solū delectationes intellectuales que sunt delectatiōes nobilissime: qꝛ sunt ſm altissimas potētias. s. ſm intellectuʒ ⁊ volūtatē: ⁊ sunt in altissimo ⁊ nobilissimo obiecto. scʒ in deo. Nam si nō esset in hoīe nisi virtus visiua oculorum: tunc tota delectatio hominis esset in videndo pulchros colores ⁊ pulchros figuras. Et si esset possibile ꝙ esset vna figura pulcherrima in q̄

representarentur oēs figure ⁊ colores pulchri: tūc nollet videre nisi illā. Sic ē de intellectu hrō respectu dei. vñ istū itellectum petebat ps. cxviij. di. Intellectum da mihi ⁊ viuā. s. vita eterna. q2 h est vita eterna vt cognoscant te solū verū deū ⁊c. Jo. xvij. Secūdo ante hominis conspectū est positum premiū maloꝝ. scʒ mors eterna. Abachuc iij. Ante faciem eius ibit mors. scʒ eterna q̄ est mors gehenne. De morte corporali videmus ꝙ mors tolerabilior est qñ hō moriť ex solo defectu nature: puta post longum seniū: sed horribilior mors videtur: vel qñ homo moritur morte violenta: puta quando occiditur gladio vel moritur fame aut morte pestilēciali. Et talibus mortibꝰ assimilatur mors gehenne: qua moriūtur peccatores finaliter impenitētes. Unde Hie. xlij. Morientur in gladio ⁊ fame ⁊ peste et non effugient a facie mali qđ ego afferam super eos. Dicit ergo primo morientur in gladio. Gladius eñi qui vulneranda inducit diuisionez ⁊ q̄diu manet in vulnere nō inducitur sanatio: est vltio diuine sñie separans hoīem a deo ⁊ semper manebit. ij. Reg. xij. Nō recedet gladius de domo tuo vsq3 in sempiternū. Sequitur. ⁊ fame. Quando homo non habet cibaria que appetit ⁊ nihil datur sibi qđ vult solet dici ipse moritur fame. sic erit ibi: q2 auferetur omnis boni copia: ⁊ omne qđ desiderabitur negabitur. sicut patet Lu. xvj. in diuite epulōe vñ dr Deuť. xxxij. Consumentur fame ⁊ deuorabunt eos aues ⁊c. Sequitur. ⁊ peste Pestis dicitur a pascēdo: quia est morbus pestilentialis depascēs ⁊ affligens: qui descendit p totū hominē. In quo notatur ꝙ illis mors habʒ omnis mali copiā: ⁊ gignitur ex aere corrupto. Et sic illa pena ex corruptione peccanti. Unde Exod. ix. di pharaoni: idest diabolo. Percutiō te ⁊ populū tuū peste. Sequiť etiā. ⁊ non effugiēt a facie mali qđ ego afferā super eos. Ubi notatur maloꝝ perpetuitas. Quando homo est in carcere ⁊ sperat euadere aliqua ē consolatio: sed ibi nulla. Itē aliqua cōsolatio esset si haberet leuē pressionez: sed ibi non Sap. xvj. Manū tuā effugere impossibile est. Threno. ij. Non fuit q̄ effugeret in die furoris dñi. Secūdo poniť differentia meriti: q2 bonū ⁊ malū supple sunt posita ante hoīem. q2 vtrūq3 pōt facere. Sʒ videat quid faciat: q2 faciendo bonum mereť vitaʒ facienda vero malum meretur mortem. Et ideo debemꝰ esse sicut dicit apostolus Ro. xij. odientes malū adherentes bono. Sed quātum ad bonū sciendū est ꝙ deberet inducere hoīem ad operandū bonum condicio nature proprie. q2 natura cuiuslibet rei inclinat eam ad suam propriam operationē. Unde philosophus dicit in libro Ethicoꝝ. ꝙ inconueniens est esse hominē ociosum a sua propria operatione. qđ probat per exemplum. Accidit enim homini ꝙ sit textor vel coriarius aut grammaticus aut musicꝰ: aut aliqđ huiusmodi. Sʒ nihil hoꝝ rum est in homine qđ non habeat propriā operationem: alioquin ista homini frustra aduenirent. Si ergo operatur sm ista que sunt ei accidentia: inconueniens maius est ꝙ sit ociosus i his que sunt ei propria per naturaʒ. vnde sicut in corpore videmus ꝙ quelibet pars habet propriā operationeʒ: sicut propria operatio oculi est videre: ⁊ manus palpare ⁊ pedis ābulare: ⁊ sic de aliis ergo multa fortius dʒ operari sm partem sui digniorē scʒ aīaʒ. Et talis dicitur esse ꝓpria operatio hominis. quia propria operatio rei est que conuenit ei sm propriaʒ formam. forma autē hoīs est anima rationalis vt rationalis est. Illud ergo est propriū opus hominis qđ est opus rationis. hoc aūt non est corpus peccati qđ est contra rationem: sed est opus bonum ⁊ virtuosum: qđ scʒ est factum sm rationem rectam. Uñ sicut est propriū opus arboris producere bonum fructum: ita propriū hominis opus est facere opꝰ bonum. Unde Colo. j. In omni opere bono fructificantes. Consequenter debet homo odire ⁊ vitare malū: Et ratio est: q2 sicut nihil diligitur nisi sub ratione boni: ita nihil oditur nisi sub rōne mali. Ideo illud malum est maxime odiendum qđ nullomodo potest habere rōnem boni. tale aūt malum est solū maluʒ culpe ⁊ non malū temptationis vel pene: quia temptatio cui non consentitur vt dicit Greg. est materia exercende virtutis. Pena autē bona est inquantū a mūdo nos separat: ⁊ ad deum amandum nos eleuat. Unde Gregorius dicit ꝙ mala que nos hic premunt ad deum ire compellunt. Sed maluʒ culpe qđ est peccatum est totaliter odiendū: q2 non potest habere rationem boni quod est contrariū diuine dilectioni: quia separat nos a deo cui dilectio eiꝰ nos cōiungit Esa. lix:

Iniquitates nostre diuiserunt inter vos ⁊ deum vestrū et sepatus a deo q̄ est fons bonitatis nō pōt esse bon⁹. vn̄ ps. xcvj. dicit. Qui diligit͡z dn̄m odite malū.i.pctī. Tertio in auctoritate allegata ostendit͡ facultas liberi arbitrij cū dī. qđ placuerit ei.i. hoī dabitur illi.i. si placuerit ei bonū dabit͡ ei vita si malum mora. Ioh. xxiiij. Optio vobis dat͡, eligite vobis hodie qđ placet. Ex his verbis videt͡ ꝙ ex libero arbitrio fit ꝙ hō faciat malum.i. pctm̄ et dānetur: vel ꝙ faciat bonū ⁊ saluet͡. Sed ex hoc verbo non est accipiendū ꝙ sola facultas liberi arbitrij sine gratia sufficiat ad vitandu͡z malu͡z peccati vel ad faciendu͡z bonum vnde vitā eternam assequat͡: quia sicut dicit Aug. in libro hyponosticon verbum istad Eccl's intelligitur de hoīe ſm statū nature integre qn̄ nondū erat seruus pctī. vn̄ poterat peccare et non peccare: nunc etiam quodcūq͡z vult homo datur ei: sed hoc ꝙ bonum velit habet ex auxilio gratie.

Tertio in themate assū

pto ostenditur ꝙ vita hominis est vilis et ignominiosa. scil͡z ratione loci. quia super terram vbi sunt viliora et ignobiliora. Sꝫ dicitur Eccl's. vij ꝙ deus fecit hominē rectum. rectum autem dicimus cuius mediū non discrepat ab extremis. Principium autem hominis fuit ex terra: et finalis resolutio eius erit in terram. Unde conueniens fuit ꝙ medium sc͡z vita eius esset etiam in terra. Dicitur tamen militia eius esse super terrā: qr non ꝓ terrenis: sed ꝓ his q̄ supra terrena sunt.i. pro supremis et celestibus bonis debet hō militare. vn̄ apl's Col. iij. Que sursum sunt sapite et non que sup terram: sc͡z imediate. Eccl'i. ij. Exaltasti super terrā habitationem meā.i. in celesti gloria. Ad quam deus nos perducat ⁊c.

¶ In funere doctoris legum vel decretorum. Sermo. xxi.

Bi litterat⁹: vbi

verbo legis ponderās: vbi
v est doctor paruulo͡z: Esaie
xxxiij. Uidemus ꝙ i mundo
sunt multi stulti et pauci sapientes. ſm illud Eccl's. i. Stultorum infinitus est numerus. Et ratio est: quia hō cōposit⁹ est ex duplici natura. sc͡z sensitiua et intellectiua. et ſm naturam sensitiuā cōmunicat cū bestijs irrationabilib⁹: sed ſm intellectiuā cū angelis spiritibus. Sequendo igit͡ passionem appetit⁹ sensitiui efficitur bestialis et stultus. Sed sequendo affectiōes appetitus intellectiui et rationalis efficitur sapiens et angelicus. Quia igitur multi sunt sequentes passiones sensitiuas pauci xo viuētes ſm rationē͡z et intellectū ideo multi sunt stulti et pauci sapientes. Et quia multitudo sapientium sanitas est orbis terra͡z. vt dicitur Sap. vj. Unde qn̄ aliquis multū sapiens et litteratus morit͡ videtur esse materia tristicie ⁊ lamenti toti cōitati seu ciuitati: quia sapientes sunt in cōitate sicut oculus in corpore: quia ꝯsilio et sapientia sua dirigūt oēs alios. Quia igit͡ iste fuit sapiens ⁊ litterat⁹ et legista ⁊ magn⁹ doctor iuris. pōt et merito adaptari lamentū Esaie in verbo ꝓposito deplorātis et qsi dicēt͡z. O vbi ē litterat⁹ ⁊c. ¶ In quib⁹ quidem xbis tangit͡ aliqđ de isto qđ est manifestū. et aliquid qđ est dubiū. Manifestū em̄ est ꝙ iste fuit hō lrat⁹ et legista magnus q̄ sciebat bn̄ pōderare et allegare xba legis: et ꝙ etia͡z fuit doctor preclar⁹ ⁊ gratiosus. Dubiū aūt est qđ queritur: cum dicitur. vbi est: Dum em̄ ipse viuebat facile erat soluere istā questione͡z: quia aliquādo erat in camera ad studēdum: aliquando in scholis ad legēdū: quādoq͡z forte in curia ad aduocandum. quandoq͡z in consilio ad perorandu͡z: quandoq͡z in alijs locis ad recreandu͡z. Sed nūc et de cetero in nullo tali loco inuenietur. et lic͡z corpus eius nunc sit in lecto vel in feretro vel ī eccl'ia: statim tamen tumulabitur et in escam vermibus dabitur. Remanet igit͡ tm̄ de anima questio et dubium vbi sit. Et de hoc intendit q̄rere: cū dicit. Ubi est litterat⁹ vbi verba legis ponderans ⁊c. In quibus quidē verbis duo consideranda sunt.

Primū est multiplicatio q̄stionis. quia ter queritur vbi est.

Scđm est specificatio intētionis: quia sc͡z specificat illum de quo intendit querere: de eo qui fuit litteratus et aduocatus. et doctor magnus.

Circa primū notandū

est ꝙ ideo Esaias ter q̄rit dicēs. vbi est vbi est vbi ē: vt īnuat ꝙ tria sunt loca ad q̄ anime morientiū vadūt.i. celū: purgatorium: ⁊ infernus damnatorum. vnde intēdit petere

an sit in celo: an in purgatorio an in inferno. Sicut em̄ in naturalibus quod est graue vt terra locatur in infimo: qd vero leue vt ignis in medio scz inter aerem et celum. qd vo neqꝫ graue neqꝫ leue vt celum locatum est in supremo. Celestia em̄ corpora: quia non sunt grauia nō cadūt deorsum: et rursum quia non sunt leuia nō ascendunt motu recto in sursum: sed solum mouentur per circulū. Sic anima grauata ꝛ honerata peccatis mortalibus descēdit et vadit ad infernum. ſm illud Job. xxi. Ducunt scz peccatores in bonis scz tēporalib9. vt diuitijs delitijs et honorib9. dies suos et in puncto scz mortis ad inferna descendunt. Ubi pro diuitijs habēt oēm defectū: ꝓ delitijs crudele tormentū: ꝓ honorib9 sempiternū opprobriū. Et de tali mortuo q̄rit. Job. xiiij. Homo cū mortuus fuerit nudatus atqꝫ cōsumptus: vbi queso est? Est exponit hō. s. peccator impenitēs cū mortuus fuerit delitijs nudatus a diuitijs et cōsumptus. ita vt nihil honoris ampli9 recipere possit: vbi queso est? scz in alia vita ſm aīam. Et pōt responderi ꝙ est in inferno. vbi etiaꝫ est velut mortuus ꝛ nudatus atqꝫ consumptus. Nam lꝫ sit mortuus in corpore: aīa tamen eius viuit vita nature: et hoc est in preiudiciū ei9 vt possit sentire tormenta: et ideo ei9 vita vocatur vmbra mortis. Job. x. vbi vmbra mortis ꝛc. Umbra em̄ habꝫ similitudinem cū re cuius est: non tamen est illa res sicut vmbrā hoīs non est hō. Ita illa pena habet similitudinem cū morte: q2 est summa ꝛ terribilissima penarum: non tamen est mors: q2 mortuus non sentit penas et percussiōes: sed anima damnata semper sentit penas et tormenta horrenda. Et ideo de talibus dicitur Apoc. ix. Desiderabūt morteꝫ et fugiet mors ab eis. Est etiaꝫ talis anima nudata ꝛ expoliata oībus bonis. s. bono superiori idest vita eterna: quaꝫ habent illi q̄ sunt in celo in re: qui vo in mundo habent eam in spe. sed damnati qui sunt in inferno necin re nec in spe. Item sunt nudati ꝛ expoliati bono interiori: scz habitibus virtutū: ꝓ quibus habent vermes vitiorꝫ et maloꝝ desideriorꝝ a quibus quotidie corroduntꝰ. Itē sunt nudati et expoliati bono exteriori: scz diuitijs delitijs et dignitatibus. ꝛ a nulla creatura mūdi pōt recipere remedium vel refrigeriū. Job. xxiiij. Nudos dimittunt homines ind umēta tollentes scz mora: diabolus et consanguinei: qui tollūt sibi bona temporalia. In tali etiam anima facta est consumptio totalis omnis boni preterqꝫ naturalium: que etiaꝫ in demonibus ſm Dionysiū integra remanserunt. vnde nec habent dānati bona in re. sicut beati habent omnia bona: quia beatitudo vt dicit Boetius est status oīm bonorum aggregatione perfectus: nec habent ea in spe sicut iusti in mundo viuētes: nec etiam in potētia siue possibilitate: sicut peccatores viuētes in mūdo quia possunt adhuc conuerti ꝛ saluari. Sed de damnatꝭ dicitꝰ Job vij. Consumpti sunt absqꝫ vlla spe. Secundo est aliqua anima que nō est grauis sed leuis. sicut anima que recedit de vita ista purgata quideꝫ a grauibus idest a mortalibus peccatis: sed si recedat cum venialibus que sunt peccata leuiora. vel licet sit absoluta a culpa et a pena eterna: nondum tamen perfecerat penitentiaꝫ ad quaꝫ erat obligata. talis inquam vadit ad purgatorium: cuius communis locus esse creditur supra infernū: ꝛ est ibi pena ignis. Si ergo de tali mortuo queratꝰ prout queritꝰ. Job. vij. vbi est ille? Dico ꝙ in loco penoso. sed tamē securo. Est enim ibi scz in purgatorio pena tanta vt excedat omneꝫ penam huius vite. ſm Augustinum. lꝫ non sit eterna sed talis securus est ꝙ nō ꝑdetur. sꝫ saluabitur: q̄ securitas non est in mundo. Tertio est aliqua aīa q̄ neqꝫ grauis est neqꝫ leuis idest q̄ nō recedit hinc grauata neqꝫ mortalib9 neqꝫ venialib9 sꝫ a culpa et a pena totalitꝰ absoluta sicut martyres vel sicut post baptismū decedētes. vel vt ꝑfectissimi viri. sicut fuit btūs Dn̄icus cui in fine apparuit xp̄s dicēs. veni dilecte mi. veni ad gaudia veni. Talis ergo vadit ad illud de quo dicitur Baruch. iij. Scias vbi sit longitur nitas vite ꝛ victus: vbi lumen oculorum et pax. Nam sicut in mundo est vite breuitas ſm illud Job. xiiij. Homo natus de muliere breui viuens tempore ꝛc. Nec obstat de hoībus prime etatis. quorum adam vixit nongentis ꝛ. xxx. annis. et Seth nongentis et duodecim. et matusalem nongētis ꝛ lxx. q2 omne quod fine clauditur breue est ſm Augustinum. vnde pro tanto tempore noluerunt facere habitatiōes. Sic in celo est vite logiturnitas. i. perpetuitas. Nam sicut locus celestis ē incorruptibilis: ita q̄ in celis erunt incorruptibiles erūt. Est em̄

ibi longiturnitas vict⁹. q̄ ibi in medio paradisi est lignū vite xp̄s deus ⁊ homo cui⁹ essentia. i. cui⁹ fruitio mortem ⁊ corruptionē excludunt. Est etiā ibi lumen oculorum. scilz interiorꝝ. i. clarissima ⁊ manifesta cognitio prime veritatꝫ: ⁊ etiā cognitio aliorū quantū necessariū erit ad vniuscuiusqꝫ intellectualē pfectionē. Itez est ibi lumen etiā exteriorū oculorum. scz ex xp̄i humanitate clarissima: ⁊ ex corporib⁹ glorificatis aliorꝝ sctōꝝ: q̄ fulgebunt vt sol: q̄ ciuitas illa non eget lumīe solis. q̄ claritas dei illuminabit eam. ⁊ lucerna ei⁹ est agnus. vt dicitur Apoc. xxj. Item est ibi pax interior p impletionē desideriorū ⁊ p concordiam spūs ⁊ carnis. Itē pax superior p vnionez ⁊ concordiā anime cū deo. Itē pax exterior per perfectū amorem beatoꝝ adinuicem exclaso omni hoste ⁊ omi contrario molestante: sed nulla talis pax est in mundo. Unde tunc vere poterit dicere xp̄us illud Joh. xiiij. Pacē meā do vobis: nō quomodo mundus dat ego do vobis. B

Secūdo ī themate assumpto

Secūdo ī themate assumpto specificatur intentio querentis scz de quo intendit q̄rere vbi sit. Et describit illum ex triplici gradu scientie iuris.

Et primo ex habitu scientie. cū dicit̄. litteratus. i. litterarā iuris scientia repletus.

Scd̄o ex actu scientie vel intelligentie: quia verba legis ponderans.

Tertio ex vsu magistralis scīe: q̄ doctor

Querit ergo primo vbi sit litterat⁹. i. litterarū scientia preditus. talis em̄ debz esse magis sapiens q̄ idiota q̄ est sine litteris. Ille aūt in rei veritate pōt dici magis sapiēs qui puenit ad meliorez finem: ⁊ talis est qui finaliter vadit ad vitā eternam. ⁊ iō dicit̄ Eccl̄s. vj. Quid hubet amplius sapiens stulto: nisi q̄ pergat illuc vbi est vita Sed heu hodie frequenter ꝯtingit q̄ idiote ⁊ simplices vadunt ad celum: ⁊ multi litterati ad infernū. Et h̄ est q̄ tales quanto sunt magis litterati: tanto sunt magis cupidi ⁊ magis maliciosi ad faciendum illicita lucra sicut ptz in iuristis causidicis. Et q̄ aliquādo magis litterati hoīes minus bene sentiunt de fide. sicut ptz in pluribus philosophis ⁊ medicis: qui contra fidem christianā adherent, execrabili errori commendatoris Auerroys: scilz de substantia anime hoīs q̄ nihil remaneat post mortez sicut nec de aīa iumenti. Et de talibus dicit propheta. Homo cū in honore essz non intellexit cōparatus est ⁊c. Quidam etiam sunt litterati diaboli: q̄ student in artibus supsticiosis ex diabolica instigatiōe ⁊ traditione inuentis scz in necromanticis. Et de talium oīm litteratura dicebat propheta. ps̄. lxx. Qm̄ non cognoui litteraturam introibo in potentias dn̄i. Et apostolus. ij. Cor. iij. Littera occidit: scz aīaz. Secundo querit vbi sit verba legis pōderans. Quod quidem posset referri specialiter ad aduocatuz qui verba legis ponderat allegando vel impugnādo. Sed multi aduocati male ponderāt scz aliq̄n iniustas causas scienter assumendo vel prosequēdo: ⁊ tūc tenetur parti lese ad restitutionem. Aliquando ꝑo sermones duplices faciendo vel ad negandum veritatē partem suaz inducendo vel falsos testes instruendo: vel immoderata salaria exigendo vel cauillationibus ⁊ terminorum dilationibus causas cuz grauamine partiū prolongādo. Et omnes profecto tales male ponderāt verba legis. Et talia vitia ptinent ad pandera saccelli dolosa. De quib⁹ Michee. vj. Nunq̄d iustificabo stateram impiam ⁊ iniquū iudicium: ⁊ saccelli pondera dolosa? Sacellus iste est mens vel lingua aduocatorū: qui verba legis dolose ponderant. ⁊ sequit̄. Et habitātes in ea loquebantur mendacium et lingua eorū fraudulenta in ore eorum. Et ego cepi percutere te perditione super peccatis tuis. Tertio quoqꝫ querit de vsu magistralis licentie: scz vbi sit doctor. Nā quando doctoratus fuit accepit licentiam magistraliter docendi ⁊ cathedrā tenendi si vellet. Sed notandū q̄ ille est verus ⁊ perfectus doctor legū cuius vita non discrepat a legis doctrīa. Sicut dicitur de xp̄o qui fuit magister ⁊ legifer noster. q̄ cepit xp̄s facere ⁊ docere. Actuum. j. Unde cum lex sit sanctio sctā affirmans honestum ⁊ prohibens contrariū: ille posset dici verus legum doctor: qui honeste viueret ⁊ inhonesta fugeret. Est etiā lex ciuilis quam iste docuit vel canonica edita a quattuor. de quibus dicitur in principio decretaliuz. Ideo inquit lex proditur: vt appetitus noxius sub iuris regula limitetur perquam gen⁹ humanū vt honeste viuat: alterum non ledat ius suum vnicuiqꝫ tribuat: informat̄. Unde sicut dicitur Matthei. v. Qui fece

rit et docuerit scz ista quattuor: hic vocabitur magnus in regno celorum. Ad quod regnum nos perducat etc.

¶ In funere alicuius iudicis. Ser. xxij.

Memor esto iudi

m cij mei: sic enim erit et tuum Eccli. xxxviij. Secundum doctrinam phi in libro ethicorum sermones sunt exquirendi sm materiam subiectã. et ideo conueniens videtur ex quo materia presens est de morte iudicis: quod sermo siue predicatio fiat de iudicio mortis. Sed tñ aduertendum est quod sm Senecã in prouerbijs. dies sequens est discipulus diei precedẽtis. Nam ex his q̃ occiderũt tpe precedẽti possumus accipere doctrinã et noticiã de his que accidere possunt in tpe sequenti. Et ita est de morte: qr iudiciũ mortis qd̃ actum est isti in tẽpore psenti fiet nobis et cuilibet nostrum in tẽpore sequẽti. Et idcirco in vbo ppositio ex persona istius iudicis mortui dicuiltbet nostrum viuenti. Memor esto etc. Ois homo q̃ adhuc viuit; iudicij mei: idest mortis mee in qua iudicatus sum: sic enim erit et tuum. scz quia sic morieris: et ad iudiciuz venies. A In quibus quidem verbis tria ecclesiasticus facit.

Nam primo inducit ad vtilem consideratione͂: cum dicit. Memor esto.

Scdo exprimit terribilem diffinitione͂: cum subdit: iudicij mei.

Tertio quoqз facit infallibilem pnosticatione͂: qr sic enĩ erit et tuum.

Circa primũ attenden

dum est quod maxime vtilis est consideratio et rememoratio eoꝝ que accidere debẽt hoĩ in nouissimo vite sue: scz in morte: quia in his pōt dirigere totã vitã suã. Unde sicut ille qui vult nauẽ suã bene gubernare ponit se in fine nauis et ante se nauem dirigit vt pericula euitet. Ita q̃ vult bñ gubernare vitam suã debet se ponere in fine nauis: idest vite sue p mortis meditationem, et eorum que accidere debent sibi in morte. vt possit ad bonũ exitũ nauẽ suam. i. vitam dirigere. Sene. Considera quod pulchra sit res ante mortẽ vitam consumare: deinde secure expectare reliquam ipis partem. O quam sollicite longe ante naute sibi prouident de nquis directione quã habẽt malũ passuz transire. Sic quilibet debz sibi puidere lõge añ quõ possit piculosum passuz mortis transire: qr illic naues pertransibunt. i. aĩe per artum foramen mortis. Quia igitur ea q̃ in morte contingunt vocantur nouissima homĩs: dicitur Eccli. xxxviij. Memento nouissimoꝝ et noli obliuisci. In quibus quidem verbis duo facit.

Quia primo inducit ad considerationis actũ cũ dicit. memento nouissimorum.

Scdo prohibet cõsiderationis defectũ: cum subdit. noli obliuisci.

Dicit ergo pmo memẽto nouissimorum: idest eoꝝ que tibi in nouissimo vite debent accidere consideratione͂ habe: qr cuiuslibet eoꝝ consideratio habet vtilitatez suã. Memento ergo nouissimoruz primo scilz quod de rebꝰ tuis nihil portare tecum poteris: vt mundana vilipẽdas. Scdo quod vlterius ad pniam reuerti non valebis: vt nunc penitentiam agas. Tertio quod in loco ad quẽ nouissime pueníes perpetuo permanebis. vt nũc procures quod ad gloriã vadas. Quarto quod pctã tua celare nequibis, vt ea modo p penitentiã deleas. Quinto quod a sententia lata appellare non poteris. vt ptimescas. Hec ergo sũt nouissima tua: quoꝝ memorem te esse oporter. Eccli. vij. Memorare nouissima tua et in eternum nõ peccabis. Scdo prohibetur cõsiderationis defectus: cum dicitur. et noli obliuisci. scilz mortis et iudicij. Unde antiqui dñi primo ne obliuiscerent mortis propter gloriã dignitatis. sed recordarent semper mortalitatis sue: habebant q̃dã memorialia futurã mortem repñsentantia. Naz quãdo imperatores electi erãt prima die coronationis sue veniebat lathomus habens tres vel quatuor pecias marmoris diuersoruz colorum dicens De quo genere marmoris vult dñs imperator sibi fieri monumentum: ea quod mortalis est et mortis debet habere memoriam vt humiliet. Item Johãnes patriarcha fecit sibi sepulcrũ imperfectum: et in magnis solẽnitatibus cũ esset in loco honoris constituit quẽdã qui ei dicebat. Dñe imperfectum est sepulcrum tuũ: iube illud perfici. quia nescis qua hora fur veniet. Item consueuerat papa in loco in quo conuersabatur frequentiꝰ habere lectum pape defuncti. vt eo viso recordaretur sui finis et humiliaret. Itẽ non debz hõ obliuisci iudicij ad quod veniet p mortem. quia ibi non poteꝝ

rint aliqd celare nec se de aliquo excusare nec iudicē aliquo modo declinare vel iratū placare: nec ab eius sententia appellare vel prouocare. vñ Prouerb. iij. consulit sapiens dicens. Ne obliuiscaris legē meaꝫ qua. s. statutum est hoībus semel mori et post hoc iudiciū Hebreo. ix. ꝛ Deuter. xxv. Caue ne obliuiscaris. B

Secūdo in assumpto

themate ex persona istius defuncti recolit ecclesiasticus terribilem diffinitionem quia dicit iudicij mei. i. mortis mee in qua iudicatus sum. Consueuerunt eñi iudices et domini terraꝝ tuscie ꝛ lombardie postꝙ aliquos iudicauerunt completo officio suo stare ad syndicatum et ad iudicium alterius iudicis. Unde iste qui olim alios iudicauit modo in morte sua oportuit ꝙ staret ad syndicatum et ad iudicium dei ad quod citatus fuit per mortem in quo iudicio nihil valent allegationes vel cauillationes pcuratoꝝ sed saluꝫ testimonia proprijaruꝫ conscientiarū: que tunc nude ꝛ manifeste sunt et iudici examinanti et angelo custodi et demoni accusanti. vñ non poterit subterfugere reus qñ confiteaṫ. Sed tamē posset peccator si vellet illius iudicij damnationeꝫ effugere: si seipsuꝫ ante iudicare vellet iudicio penitētie. ƺm illud apostoli. j. Coꝛ. xj. Si nosmetipos diiudicaremus nō vtiqꝫ iudicaremur. Sed notanduꝫ ꝙ iudiciū mortis ꝙuis videaṫ esse malum et terribile: tñ in rei veritate bonū est ꝛ vtile. multa eñi interdū apparent esse mala: q̄ tñ in rei veritate sūt bona. Naꝫ si q̄s somniaret ꝙ suspēderet in furcis: videreṫ esse maluꝫ somniū. ꝛ tñ dicunt somniaꝝ interpretes ꝙ bonū somniū est ꝛ exaltatione suspēsi significat in bonū vñ quāto alti⁹ viderit se suspēdi tanto sibi significat melioreꝫ fortunā ꝛ maiorē exaltationē. Jteꝫ qñ ioseph fuit vēditus a fratrib⁹ suis illa venditio visa est mala: ꝛ tñ ī rei veritate fuit bona: qꝛ factus est dñs egypti. qḋ nō fuisset nisi venditus fuisset. Et ideo ipse dixit eis. Geñ. l. Uos cogitastis de me maluꝫ ꝛ deus vertit illud in bonū. Et sic est de mortis iudicio qꝛ quātūcūqꝫ petōrib⁹ videatur esse maluꝫ tamen in rei veritate est bonum vnde diciṫ Eccli. xlj. O mors ꝙ bonuꝫ est iudiciuꝫ tuū

Jn quibus quidem verbis tria de morte ostenduntur.

Nam primo quidem innuiṫ quō ipsa est penalis et nosē: cum dicitur. o mors.

Secunda quomodo est vtilis. cū diciṫ ꝙ banum. i. ꝙ vtile.

Tertio quomodo est terribilis: cum ad dicitur iudicium tuum.

Circa primum notandum ꝙ mors dicitur a mordendo: quia ille qui mordet partem tollit ꝛ partē dimittit: ꝛ ita facit mors quia tollit vitam corporis et dimittit vitaꝫ anime. Quando pomū est ex aliqua parte putridum et aliud est solidum: tunc remouetur quod est putridum ꝛ remanet qḋ est solidum. Sic mors aufert corpus putridum et dereliquit animam que est stabilis ꝛ ppetua. Sed nihilominus talis morsus est dolorosus. ppter cōnaturalitatem corporis ad aīam. sicut etiā in incisiōe carnis putride dolor sentiṫ. Uñ propter separationem anime a corpore diciṫ mors esse amara. j. Regu. xv. Siccine separat amara mors. Dentes autem quibus mordet mors sunt diuersimodi mauendi. Eccli. xxj. Dentes leonis dentes eius ꝛc. Secūdo ostēditur quomodo mors est vtilis quia iudicium eius dicit esse ꝙ bonum idest valde vtile. Et hoc multiplici ratione. Primo qꝛ in eo terminatur miseria scilꝫ huius vite. Sicut enim felix appetit vitam: ita infelix appetit plerūqꝫ mortem: qꝛ sicut dicitur Eccli. xxx. Melior est mors ꝙ vita amara. Uñ narrat Ualerius maximus ꝙ olim in ciuitate Marsiliensi tenebatur venenuꝫ cicuta temperatū: quod voluntarie sumebāt vel qui diu habuerant prosperam fortunaꝫ ne scꝫ caderent in miseriam anteꝙ morerētur morte naturali vel dabatur ijs qui fuerant in aduersitate et miseria. vt saltem p mortem suam miseriam terminarent. Et si dicatur ꝙ mors aliquibus auget miseriaꝫ scilicꝫ peccatoribus. propter quod dicitur ꝙ mors peccatorum pessima. Dicendum est ꝙ hoc non est ex morte: sed ex malitia vel negligentia ipsorum. Secundo quia in mortis iudicio humiliatur superbia alia enim mala que accidunt potest homo plerunqꝫ euadere vel contra ea aliqua remedia inuenire. Et ideo in eis propter spem non humiliatur cor superbuꝫ. Sed non sic in morte a qua nullus potest euadere. Unde Antioch⁹ humiliatus a timore mortis dixit. ij. Machabeorum. ix. Justuꝫ est subditū esse deo: et mortalē nō paria deo sen

tire. Tertio quia per eā parificant inequa-
lia. Nā in alijs possunt hōies esse inequa-
les, vt in diuitijs et in honoribus ⁊ in alijs
similibus. sed mors omnes adequat. Unde
assimulatur mors porte basse in cuius exitu
omnes se pariter inclināt. Quarto q̄ i ta-
li iudicio certificatur ignorantia. s. futuri
de quo oēs sumus in dubio. Oīs eñ status
mutabilis ē siue diuitis siue iusti siue ser-
ui siue dñi et cuiuscunq̄ cōditionis alteri⁹
Sed mors ponit hoīem in statu certo a q̄
nunq̄ mutabit. Quinto q̄ in hoc iudicio
aīa beatificat. beatitudo eñ est bonum qd̄
ab oībus appetit: q̄ est bonū naturale om-
nia bona continens: et bonum purū omni
malo carens. Sed nullum aliud bonum ab
omnibus appetitur. ⁊ ad hoc bonum perue-
nitur per mortem. Apoca. xiiij. Beati mor-
tui qui in dño moriunt. Et ꝓpterea dice-
bat apl's. j. Cor. ix. Bonum est mihi magis
mori. Jon. iiij. Melius est mihi mori q̄ vi-
uere. Eccl's. iiij. Laudaui magis mortuos
q̄ uiuētes. Tertio in auctoritate adducta
ostendit mors esse terribilis ꝓpter iudiciū
vn̄ dicit iudiciū tuū. Si quidē iudiciū mor-
tis. i. qd̄ post mortē sequitur terribile est ⁊
tremendū: intantum vt propheta clamaret
territus dicens. Non intres in iudiciū cū
seruo. ⁊c. Tunc eñ multa peccata que nunc
latent ad lucem venient ⁊ apparebunt. si-
cut radio solis apparente multi atomi ap-
parent in aere qui prius non apparebant.
Et sic erit in radio diuini iudicij de pecca-
tis et de omnib⁹ exigetur ratio. Sed si ho-
mo vellet habere bonam sententiam debe-
ret sibi primo prouidere. sicut ille qui va-
dit ad iudiciū ciuile. vadit securus si por-
tat secū bonū instrumentū: si habet ꝓcura-
torē instructū. et si habet aduocatū peritū.
Sic in iudicio tutus erit qui secū habuerit
bonū instrumentū. i. bonā cōscientiā: cui⁹
littere sunt bona opera et vera non ficta cū
falsitate hypocrisis. Itē bonum ꝓcuratorem
scʒ pauperem vel xp̄m in pauperib⁹: q̄ ipse
dicet qd̄ vni ex minimis meis fecistis mi-
hi fecistis. Et feneratur dño qui miseretur
pauperis. Prouer. xix. Unde salarium huius
procuratoris est elemosyna. Item bonum
aduocatum vel aduocatos plures scʒ ali-
quem vel aliquos sanctos. Prelati enim ec-
clesiarum in curia romana habent aduoca-
tos quib⁹ frequenter mittūt munera. Sic
si volumus sanctos q̄ sunt in celesti curia
habere aduocatos mittamus eis frequen-
ter munera. s. deuotarū orationū vel absti-
nētiarum ieiunando cor vigilias vel ele-
mosynarum exhibitarū ꝓ eorum amore et
venerationis reliquiarum et eccl'iarū suarū
et alioꝝ similiū. et ista faciendo ibim⁹ ad il-
lud iudicium bene ꝑparati. Eccli. xviij. An-
te iudicium para iusticiam tibi. C

Tertio ī themate assū

pto ex psona istius defuncti fit infallibilis
ꝓnosticatio: cum dicitur: sic eñ erit et tuū
scʒ iudicium sicut modo est meum. nam de
consimilibus idem est iudicium. Est autem
inter homines triplex similitudo propter
quam idem iudicium tripliciter accipiunt.
Prima est nature: q̄ omnes sunt consimi-
lis nature. scʒ mortalis. et ideo de omnib⁹
fit idem iudiciū: scʒ mortis: q̄ omnes mo-
riuntur. Et ideo de hoc posset dicere iste
defunctus illud. iij. Regum. xxij. Sicut ego
sum scʒ mortuus: ita et tu morieris. Scd̄a
similitudo est culpe: quia quidam sunt con-
similes in culpa. Et isti habebunt in mor-
te in fine seculi idem iudicium. scʒ eiusdem
pene. vnde Mat. xiij. Colligite primum zi-
zania et alligate ea in fasciculos ad combu-
rendum. et post. Sicut ergo colliguntur zi-
zania et igni comburunt sic erit in consum-
matione seculi. Mittet filius hominis an-
gelos suos et colligent de regno ei⁹ omnia
scandala. et eos qui faciunt iniquitatem ⁊
mittent eos in caminum ignis. Dicuntur
autem alligari in fasciculos. q̄ sicut dicit
Isidor⁹. Similis culpe reos ꝯsimilis cru-
ciatus constringet. Unde in vna pena con-
simili erit fasciculus. i. congregatio adul-
terorum: in alia consimili congregatio hy-
pocritarum et sic existens memor esto iudi-
cij mei: quia nisi te correxeris sic erit ⁊ tuum
quia damnaberis ad consimilem penam ⁊
sic est de alijs peccatoribus. Apoc. xviij. Ex-
ite de illa populus meus ne participes si-
tis delictorū eius ⁊c. Tertia similitudo est
gratie et qui sunt consimilis gratie partici-
pes. gratie dico gratum facientis habebūt
idem iudicium. scʒ eiusdem retributionis
scʒ in vita eterna. quia gratia dei vita eter-
na. Et in his omnib⁹ apparet equitas diui-
ne iusticie. et rectitudo diuini iudicij vt pos-
sit dici illud ps. cxviij. Iust⁹ es dñe ⁊ rectū
iudiciū tuum. Ad hoc iudiciū retributionis
vite eterne perducat nos deus. Amen.

¶ In funere alicuius excellentis notarij. Sermo. xxiiij.

Bi sapiens: vbi scriba. vbi conquisitor hui⁹
v seculi. j. Cor. j. Uidem⁹ ꝙ frequēter hoīes euadunt ꝑ sapientiā suam de multis ꝛ magnis periculis. Et ratio est qr sapiētia predominatur ꝛ preualet his ex quib⁹ cō-sueuerūt causari pericula. Nam quedā pericula sunt que ꝓueniunt a causis superioribus. s. ab impressionibus astrorū vt sunt cōcitationes bellorꝫ: sterilitates agrorum egritudines aīaliū ꝛ similia Sꝫ sicut dicit vulgatū ꝓuerbiū. Sapiens dn̄atur astris Et istud ꝓuerbiū sumptū est ex verbo Ptolomei q̄ ait in cētiloquio suo. ꝙ anim⁹ sapiens iuuat ꝛ impedit celestē effectū. Iuuat quidē adhibendo ea que fortificāt impressionē corpis celestis. Sicut si impressio celestis corpis inflammando choleram concitet ad iram ꝛ ꝑ consequens ad bellū ꝛ aliquis sapiens faceret aliqua accidere que magis ꝓuocarent ad irā: tunc diceret iuuare celestē effectū. Sed si impressio celestis corpis inflāmaret sic choleram ꝙ induceret tertianas febres ꝛ medic⁹ sapiens adhiberet remedia resistētia cholere vl' talem humorē euacuantia: tūc diceret impedire celestem effectum. Et ideo dr̄ Hiere. x. A signis celi nolite metuere. Quedam ꝓo pericula sunt que ꝓueniūt a causis īferioribus. s. vel ex hominū discordia. sicut sunt etiā partialitates ꝛ guerre ꝛ obsidiōes terrarum: q̄ etiam frequēter vincunt vel euaduntur per sapientiam aliquorꝫ. sicut dicit Eccla. ix. Ciuitas parua ꝛ pauci in ea viri Uenit cōtra eam rex magn⁹ ꝛ vallauit eam extruxitq̄ munitiones ꝑ gyrū ꝛ ꝑfecta est obsidio. Inuentusq̄ est in ea vir pauper ꝛ sapiens ꝛ liberauit vrbē ꝑ sapientiā suam. Et post subdit. Melior est sapientia q̄ arma bellica. Uel ꝓueniūt pericula ex multiplici hominū malitia. Sed sicut dr̄ Sap. vij. Sapiētiā nō vincit malitia. Sed quicq̄d sit de alijs periculis: ꝑfecto ꝯtra periculū mortis ꝛ ei⁹ exterminiū nullaten⁹ vnq̄ sapiētia hoīs vl' periti cuiuscūq̄ artificis siue medici siue iudicis siue scribe vel notarij vel cuiuslibet alteri⁹ hoīs: sciuit remediū aliqd̄ efficax inuenire quo q̄s mortem sic possit euadere ꝙ nūq̄ moriat. Et ideirco morit doct⁹ pariter vt indoctus vt dicit Eccl's. ij. Omnes em̄ rapit mors ꝛ nescim⁹ vbi ꝯstituat. Propt' qd̄ ī auctoritate ꝓposita de ista ꝓbo viro q̄ maltū reputabat' sapiens ꝛ excellēs tā in arte notarie q̄ ī officio ꝓcurationis causarū seculariā: bene q̄rit vbi sit. s. sapia dictandi vel agilitas scribēdi vel sagacitas ꝛ sollicitudo cōquirēdi tpalia lucra. qr nullū de cetero istorꝫ appebit vel erit in eo. Un̄ dn̄ q̄rit ꝛ dicit. vbi sapiens. vbi scriba ꝛc. A In quibus quidē verbis excellētia cuiuscūq̄ notarij defuncti describitur ex tribus.

Primo quidem ex generali noticia artis notariorꝫ: cum queritur. vbi sapiens.

Scd̄o ex speciali peritia cōfectionis instrumentorꝫ: cū queritur. vbi scriba.

Tertio ex singulari solertia ꝓcurationis causarū ꝛ litigiorū. s. cum querit' vlterius: vbi conquisitor huius seculi.

Circa primū attēdēdū est ꝙ sicut ph̄us dicit in primo meta. Sapientis est scire oīa. s. generaliter. Si ergo ille dr̄ esse simpliciter sapiens qui scit generaliter oīa sequit' ꝙ ille debeat dici sapiēs ƀm qd̄. i. ƀm aliquā artē q̄ scit oīa generaliter q̄ ptinēt ad illā artē. Et sic dr̄ sapiēs medicus q̄ scit generaliter oīa q̄ pertinēt ad artē medicandi. Et sic sapiēs notarius qui scit oīa generaliter q̄ ptinēt ad artē notarie. Sed postq̄ talis defunct⁹ est querit' vbi est ille mortuus tā sapiens ī arte sua. quasi dicat' nō est amplius. quia iā est ꝑdita quoad nos ipsa sapiētia sua Sic em̄ pōt dicere mors illd̄. j. Corinth. j. Perdam sapientiam sapientū. In quibus quidem verbis innuitur triplex defectus sapientie secularis: siue sit sapientia medici siue iudicis: siue notarij.

Primus attenditur respectu periculi: cum dicit. perdam.

Secundus respectu premij: cum dicit. sapientiam.

Tertius respectu subiecti: cum addit sapientum.

Circa primū notādū est ꝙ in hoc apparet defect⁹ sapientie secularis. qr plurib⁹ est causa ꝑiculi ꝛ ꝑditiōis aīe sue. Quod q̄dem ideo accidit: qr male vtunt' sapientia siue scientia sua. Sūt em̄ quedam in hoīe quib⁹ homo nō potest male vti. sicut sunt virtutes vt beat⁹ Augu. dicit ꝙ virtus est

bonā qualitos mētis: qua recte viuit: qua
nemo male vtit. Lz em̄ homo posset male
vti virtute vt obiecto. scz male de virtute
sentiendo vel virtutē odiendo vel de virtu
te superbiendo non tamen potest male vti
virtute tanq̄ principio vsus: ita. s. q̄ mal⁹
sit actus virtutis. Et q2 dicta diffinitio cō
uenit omni virtuti humane: cū scientia sit
virtus intellectualis hominis: competit
etiam ei q̄ homo nō potest male vti ea in
quantum est principium vsus: ita q̄ mal⁹
sit scientie actus Sed tm̄ potest homo ma
le vti scientia vel de ea superbiendo: quia
scientia inflat: vel per ipsam scientiā suam
defendendo iniustā causam sicut facit ma
lus aduocatus: vel in nocumentum alte/
rius sicut si medicus qui scit per scientiaz
suam que sunt res venenose daret eas ali
cui sub specie medicine ad comedendum.
vn̄ sapientia talium est causa perditionis
eorum. Et talis sapientia q̄uis etiam sit
lucratiua. nihilominus potest dici esse pe
riculosa et noxia. Luce. ix. Quid em̄ pficit
homo si lucretur vniuersuz mundū: se aūt
ipsum perdat et detrimentā sui faciat. Se
cundo ostenditur in auctoritate adducta
defect⁹ secularis sapientie respectu pīci/
pij in eo quod dicit. sapientiā. Hec em̄ est
sapientia de qua dicit Jac. iij. q̄ nō est de
sursum descendens. s. a deo. Nec est cōtra
hoc illud qd̄ dr̄ Eccli. j. A domino deo est.
Nam et Ecclesiasticus ibi loquit de sapien
tia increata. s. de sapientia diuina. vn̄ sta/
tim subdit. Et cuz illo fuit semper et est an
te eū vt primo ostendat diuina sapientia
que est filius esse genita a patre qi omnis
sapiētia. i. filius dei in quo est oīs noticia
Col. ij. In quo sunt omes thesauri sapien
tie et scientie abscōditi. Uel dicitur omnis
sapiētia. i. perfecta sapiētia: vel q2 omnis
sapientie est idea et efficiens causa et origo
q2 fons sapientie verbum dei. Hec ergo sa
pientia. i. filius a dn̄o deo patre est. s. geni
ta. Deinde ostendit q̄ est patri consubstā
tialis: ita tamen q̄ est ibi distinctio perso
nalis: et ideo subdit. et cum illo. i. cum pa/
tre fuit semp. s. ei consubstantialis ab eter
no. Et vt expressius intelligatur esse patri
coeternus subditur. et ē ante euū. euū em̄
est mensura eoruz que habent principiū et
nō finē esse ergo ante euū est esse ante pri/
cipiū: et hoc est esse eternaliter. Sed beat⁹
Jacobus loquitur de sapiētia creata et hu
mana et vitiata. de quo dicit vbi supra. Nō
est ista sapientia desursuz descendens. sed
terrena aīalis diabolica. Dicit ergo talis
sapiētia nō esse desursuz descēdēs. s. a dei
bonitate: sed poti⁹ de deorsum veniēs ab
humana prauitate. et ideo ē terrena. i. aua
ritia nō inhians ad celestia pmia: sz solum
ad lucra terrena et frequenti⁹ p modos illi
citos. Itē est aīalis. i. carnalis nō intēdēs
ad spūalia bona. sed tm̄ ad corpalia cōmo
da. Item quia est diabolica. i. fraudulēta
fallacijs et deceptionib⁹ plena sicut diabo
lus vtitur scientia sua ad decipiendū et fal
lendum. Tertio describitur sapientie secu
laris defectus ī auctoritate adducta supe
rius respectu subiecti: cū dicitur. sapientiā
scz secularīā Nam frequenter apud secula
res astutie vocant sapientes etiā illi qui
astute et sagaciter sciūt facere mala: in qui
bus tamen nō est vera sapientia. Vn̄ de ta
libus dicitur Hiere. iiij. Sapientes vt fa/
ciant mala bona autem facere nescierūt.
Sed vero sapiētia ostēditur ecōtrario: et
est in his q̄ sciunt bona facere et mala oīa
caute vitare. Sed q2 talis sapientia raro
inuenit in hoc seculo queritur Job. xxviij.
Sapientia vbi inuenitur. B

Secūdo ī themate as

sumpto describitur scientia excellētis no/
tarij defuncti ex speciali peritia conficien
di contract⁹ et publicas scripturas. scz cuz
queritur. vbi scriba. Naz scriba fm papiā
dicitur librari⁹ qui pertinet ad chartas et
scripturas publicas. vnde talis scriba est
notarius qui habet pficere et scribere et pu
blicare chartas testamentoz et instrumen
torum et actitoruz et arbitratuū et aliorum
multorum. Sed quātūcūq3 aliquis nota
rius fuisse perit⁹ in talibus: postq̄ tamen
mortu⁹ est vbi scriba. quasi dicat. non est
hic amplius. quia tota peritia et scriptura
sua nō potuit resistere morti. Sed nota q̄
raro inuenitur scriba. i. notarius qui sit
sufficiēter peritus quātum scz necessariuz
est ad sue artis exercitiū. et adhuc inuenit
rarius qui sit bene verax et iustus quantuz
ad sue artis vsum. Nā qualis debent esse
scriba. idest notarius sufficiens quantum
ad artis exercitiuz ostēdit exemplo esdre
de quo dicitur. j. Esdre. vij. q̄ ascēdit. d̄ ba
bylone: et ipse scriba velox in lege: In qui/
bus quidē verbis ostenditur q̄ ad hoc vt

est scriba.i.notarius sufficiens necessaria
est quadruplex peritia.
Prima ē vt sciat clare dictare. ⁊ hoc no
tatur cū dī.ascendit de babylone.
Scđa est vt sciat expedite pronunciare
qđ notaꝛ cum dī.⁊ ipse scriba.
Tertia est vt sciat celeriter notare: qđ no
tatur cum dī. velox.
Quarta ē vt sciat chartas seu īstrumē
ta legitime rogare: ⁊ hᵒ notaꝛ cū dī.i lege.
Primo ğ necessariā est vt sciat scriba.i.
notari⁹ clare ⁊ apte dictare. Tūc autē est
clarū dictamē qn̄ est ordinatū ⁊ distinctuꝫ
siue breue. Naꝫ si ea que dictātur ponunꝛ
seu scribātur inordinate ⁊ indistincte ⁊ cū
verboꝝ ꝓlixitate non est dictamen clarū:
sꝫ cōfusuꝫ ⁊ obscurū. qđ quidē maxie debꝫ
notari⁹ vitare. Et iō in auctoritate īducta
dī ꝙ ascēdit de babylone.i. de cōfusiōe qꝛ
babylon interꝑtaꝛ cōfusio. Nā quādo no
tarius est ita ingeniosus ꝙ etiā ea q̄ cōfu
se acta vel dicta sunt ipse sciat distincte ⁊
ordinate ⁊ breuiter ac succincte colligere
tūc ꝓfecto de babylone.i. de cōfusione re
cedit. Et ex hoc cōuenit maxima vtilitas
ex eo ꝙ pleruꝗ ex scripturis notarioꝝ
cōfuse ⁊ inordinate ⁊ cū verboꝝ ꝓlixitate
dictaria oriunꝛ postea cauillatiōes ⁊ que
stiones ⁊ lites ⁊ magna dāna mltoꝝ. vn̄
in figura hui⁹ dī.ij. Esdre.viij. Hic esdras
ascendit de babylonia cū esset scriba inge
niosus. Scđa peritia q̄ est necessaria scri
be.i.notario est vt sciat apte ⁊ expedite ꝓ
nūciare: qđ notaꝛ cum dicꝛ scriba. vt scꝫ
lingua ei⁹ correspōdeat manui siue pēne
qꝛ sicut scriba debet esse expeditus in scri
bendo: ita etiā debet esse expedit⁹ et velox
in legendo ⁊ pronūciando ea que ipm̄ le
gere seu ꝓnunciare oportet. vn̄ dī in ps.
xliiij. Lingua mea calamus scribe veloci
ter scribentis. Et bene et apte cōparat lin
guā calamo scribe: qꝛ nec lingua siue cala
mo nec calamus scribe sine lingua valet.
Oportet em̄ ꝙ contractus corā cōtrahen
tibus et testib⁹ primo pronuncietur verbo
deinde ꝙ ponaꝛ in scripto nec vnū adiꝗ
altero sufficit. Tertia vo peritia q̄ adhuc
scribe.i.ipsi notario necessaria est.ē vt sci
at bn̄ et celeriter scribere ea q̄ habꝫ scribe
re. et iō in auctoritate īducta dicꝛ scriba
qđ quidē necessariū est.tuꝫ propter eos q̄
habēt scripta eoꝝ expectare. tū ꝓpꝛ ipos
met qui habent multa scribere. et qui etiā
ꝓpter tarditatē et negligentiam scribendi
possūt de facili obliuisci ita ꝙ postea ma
le et diminute scribit q̄ dicta sunt in contra
ctu vel testamento vel in alijs que scribere
oportet. nec debent scripturas suas pone
re tm̄ in cedulis q̄ faciliter ꝑduntur. sed po
tius ī libro ī quo cū opportunū fuerit im
breuiature inueniantꝛ. nec debꝫ esse scriptu
ra ita breuis ꝙ factū non plene ab alio in
telligiꝛ. qm̄ si cōtigerit notariū mori ante
publicationeꝫ nō possent postea ꝑ aliuꝫ suf
ficienter publicari. Debet ergo esse velox
in scribendo: nihil tn̄ de cōtingentib⁹ omit
tendo. In oibus em̄ operibus velocitas
cōmendatur: nō que tollit diligentiā: sed
que excludit negligentiā et ostendit operā
di peritiā. quia iste qui male scit arteꝫ ope
raꝛ tarde. puta si scribat et in qualibet lit
tera trepidat ⁊ deliberat quomodo debe
at formare. Sed si est bene peritus veloci
ter ⁊ secure operaꝛ. vnde phus dicit ꝙ ar
tifices certissimi nō deliberant. Et ideo di
citur Eccli.xxxi. In omnibus operib⁹ tuis
esto velox. ⁊ intelligiꝛ in oibus operibus
scꝫ bonis esto velox: scꝫ non procrastinans
Sed contra hoc videtur esse quod dicitur
Eccli.xxxij. Sine consilio nihil facias. sed
consiliuꝫ nō debet esse velox qꝛ sicut Sene
ca dicit. Velox consilium sequitur peniten
tia. ergo nec operatio. Unde Prouer.iiij.
Palpebre tue ꝓcedant gressus tuos. Sed
respondendum est ꝙ est duplex velocitas.
scꝫ strenuitatis. ⁊ precipitationis. Prima
est bona: secūda. mala. Prima ꝯtraria ac
cidie ⁊ ista suadeꝛ. secunda contraria deli
berationi ⁊ ista prohibetur. Quarta peri
tia que est necessaria scribe.i. notario est
vt sciat chartas seu instrumenta legitime
conficere ⁊ rogare ⁊ etiā testamenta ⁊ alia
que oportet. Et dico legitime.i. ꝭm insti
tuta legis ciuilis ⁊ canonice ⁊ legis mu
nicipalis. ⁊ iō in auctē inducta additur in
lege. sunt em̄ multa instituta ⁊ ordīata tā
in ciuili q̄ in canonica et etiam in munici
pali lege ⁊ de contractib⁹ ⁊ de testamentis
⁊ de alijs que ad notariū ꝑtinent de quib⁹
oportet notariū noticiam habere. Quomo
do em̄ sciet testamenta conficere q̄ ignorat
ea que sunt per leges statuta: siue de perso
nis q̄ testari possunt vel nō testari: siue co
dicillari aut causa mortꝭ donare siue etiam
de differentia testamentoꝝ. scꝫ nuncupa
tio vel in scriptis ⁊ de vtriusꝗ conditio

ne aut ordine partiũ testamenti: siue de legatis aut istitutionib⁹ heredum: siue de exhereditationib⁹: aut de differentia filiorũ seu liberoꝝ instituendoꝝ vel nõ instituendoꝝ. vel de gradibus liberaꝝ: vel de institutione ascendentiũ. et de heredib⁹ extraneis. ꝛ de substitutione: ꝛ de institutiõe vulgari tacita vel expressa: ꝛ de substitutione pupillari aut exẽplari aut breuiloq̃ seu reciproca siue de ꝓhibitionib⁹ q̃ fiũt a testatoribus: aut de ꝑuisione pupilloꝝ: siue de ꝑbia derogatoria vel de adiectiõib⁹ penarũ. et de effectu clausule finalis: aut de testib⁹ aut de forma singulariũ partiũ testamẽti: aut de restitutiõib⁹ et illicite acq̃sitꝫ aut de ordinatione cõmissariorũ. Et simile est de alijs q̃ ꝑtinent ad cõtract⁹. De quib⁹ oĩbus apparet notariũ noticiã habere vel saltem ꝑm cõsiliũ iurisperitaꝝ q̃ talia sciũt omnia formare. Et idcirco ex ignorantia notariorum multi defect⁹ ꝛ errores inueniunꝭ in instrumẽtis ꝛ testamentis ꝛ alijs coꝝ scriptis: de q̄b⁹ sequunꝭ magna dãna frequẽter de quib⁹ non est dubiũ teneri notarios ex quo ignorantes sunt. Et tñ voluntarie ad talia faciendũ que nesciũt se exponunt. Vñ antiquit⁹ notarij vocabanꝭ scribe legis. qꝛ oẽs erant periti de legibus que ipsoꝝ officiũ tangebant. Vester. iij. Vocati sunt scribe legis: alia regis.

Tertio in themate assumpto

describiꝭ singularis solertia quam dꝫ hr̃e notarius in ꝓcurationis aut syndicat⁹ officio. ꝛ p̃cipue in causis aut questionibus secularium negocioꝝ: que tñ cessat per morte. Et iõ de tali notario q̃rit. vbi conq̃sitor huiꝰ seculi scꝫ q̃ causabatꝭ pro alijs in curijs secularib⁹ vt cõquireret eis iura sua Vel diciꝭ cõquisitor huiꝰ seculi q̃ ad nihil aliud intẽdit nisi ad conquirendum secularia ꝛ terrena lucra ꝛ ex auaricia ꝛ cupiditate lucrãdi. Aliquãdo tales efficiunꝭ falsarij ꝛ cõmittunt falsitatẽ aliqñ in scriptis aliquando in dictis. In scriptis q̃dẽ siue scribendo falsum siue delẽdo verũ vt res. i. rei veritas nõ appareat siue sit testamentum siue instrumentũ publicũ vel priuatũ siue sint tabule lignee vel cerce vel rationes. ff. de crim. fal. l. j. §. q̃ in rõnibus. ꝛ. l. paulus §. paulus. In dictis vero cõmittunt notarij falsitatẽ p̃cipue procuratores testes vel iudices corrũpendo vel dando vel ꝓmittenda pecuniã ne veritatẽ dicãt: aut testes instruẽdo ꝛ locutiõe praua edocendo. ff. de crim. fal. l. j. §. Itẽ qui ob instruẽda. ꝛ. §. Sed ꝛ si q̃s. ꝛ. §. Et qui iudicẽ. Itẽ mẽtiẽda preside ꝛ ꝑ obiectionẽ aliquid obtinenda hac lege tenetur. l. salariaꝝ. ff. eo si q̃s abrepserit: vñ ꝛ mendax impetrator carere dꝫ impetratꝭ. ex̃ de rescriptis. Sup̲ litteris. ꝛ. C. si cõtra ius vł vtili. publi. l. ꝑscriptiõe. ꝛ. l. si legib⁹ de diuer. rescriptis. l. ij. Cõmittit etiã falsuꝫ ꝓcuratorẽ q̃ aduersario secreta cause apit vel instrumenta prodit. ff. eo. is qui deposita. ff. de penis. si q̃s aliquid. § si quis instrumẽtũ. ꝛ. §. instra. Aliqñ etiã ꝯdẽnatur ad interesse. xiij. q. ij. Si qn de clericis. alias teneꝭ iniuriarum ff. depos. l. j. §. si quis talibus. Et etiã ꝓditor dici potest. xlvj. di. clericus. Et sic falsum cõmittit q̃ secretũ aperit. ex̃ de officia delegati. cũ olim magister. Itẽ ex cupiditate q̃dã notariaꝝ ꝯficiũt instrumẽta vsuraria sciẽter. Et talen vt dicit hastiẽ. periuri sunt. qꝛ cũ creanꝭ iurãt ꝙ hoc non facient. ꝛ ideo de cetero nec testificari poterũt nec publica instrumẽta cõficere: et ex hoc etiã sunt infames q̄b⁹ sunt act⁹ legitimi interdicti. ex̃ de testi. licꝫ ex quadã. dẽpra etiam ꝙ inde recipiãt pinguiores elemosynas inde facere debẽt. Peccãt etiam frequẽter ĩmoderata salaria exigentes de scripturis suis. q̃ oĩa ꝑtinere nascũtur ad impietatẽ ꝛ secularia desideria de quibus apl's Tit. ij. Abnegãtes impietatem ꝛ se. desi. so. ꝛ iu. ꝛ pie. vi. in hac secula expec. be. spem. scꝫ future resurrectionis ꝛ glie. Ad quam nos perducat ꝛc.

¶ In funere alicuiꝰ medici. Ser. xiiij.

m

Edicus non est

in ibi. Viere. viij. Artes oẽs q̃ deseruiũt hũane vite corporali: in vita idẽ ista mortali sunt multũ lucratiue. Sicut ptꝫ de arte lanificij ꝛ textaꝝ et calcificũ et ceteraruꝫ artificũ. Sꝫ inter has ars medicine non solũ est multũ lucratiua: sed etiã ꝑitos medicos multũ alijs honorabiles reddit. vñ etiã scriptura p̃cepit. Eccl'i. xxxviij. honora medicũ. ꝓpter necessitateꝫ Et vult dicere honora medicum: scꝫ p̃cibus muneribꝰ obedienda. grãs agenda ꝓpter necessitateꝫ scꝫ infirmitatis sanande. Sed tñ nulla hmõi artiũ habet locũ in alia vita

Et r̄ ratio est. q: iste artes sunt necessarie cōtra passiōes ⁊ lesiones corporis. scȝ vt aro lanifico ne corpus ledat a frigore. medicina cōtra infirmitates corpis. ⁊ sic de alijs. Unde Galienus dicit ꝙ si esset imortale ⁊ impassibile corpus nō indigeret arte constituente ipsum. Unde q: in alia vita sunt modo tm̄ aīe que hmōi necessitatibus seu passibilitatibus nō subiacēt: ⁊ post resurrectionē etiā erunt corpa incorruptibilia ⁊ imortalia nec hmōi necessitatib⁹ subiacebunt, ꝑpter quas inuente sunt artes. ideo nec artes hmōi nec etiā artifices sunt aut erūt in alia vita. Un̄ in ṽbo ꝓposito dr̄ ꝙ medicus nō ē ibi. Et ideo tota ars ⁊ lucrū artis ⁊ honor terminata ⁊ finita sunt ī isto nr̄o medico defuncto: q: nec ampli⁹ erunt ista nec ibi vbi est nūc oīa eius. Un̄ dr̄ medicus nō est ibi. ¶ In quibus quidē verbis possumus considerare tria.

Primo preterite artis cōmemorationē quia medicus.

Scdo corpee vite priuationē: q: nō ē. s. q: nō viuit. Nā viuentibus est esse.

Tertio alterius seculi locationē. q: s. in alio seculo vbi nunc est anima eius.

Circa primū attēdēdū

est ꝙ medicus est minister nature. Nam virtus nature est q̄ pricipalr̄ sanat sed medicus iuuat ipsam. Et q: natura ⁊ virt⁹ tam infirmi q̄ rex medicinaliū a deo est: ideo medicus q̄ est minister nature ē etiā minister dei. Et ideo tm̄ a deo q̄ ab hoib⁹ medicus bon⁹ ⁊ catholicus exaltat ⁊ acceptat. Et hoc est qd̄ innuit Eccl'i. xxxviij. Disciplina medici exaltabit caput illi⁹: et in medio magnatoꝝ collaudabit altissimus de terra creauit medicinā: et vir prudēs nō abhorrebit eā. In quib⁹ q̄dez ṽbis describit et laudatur ars medicoꝝ quadrupliciter.

Primo quidē vt fructuosa. s. ipi medico q: disciplina medici exaltabit caput illius.

Scdo vt famosa. s. non solū apud minores; sed etiam apud maiores: q: in medio magnatorum collaudabitur.

Tertio vt virtuosa, s. hn̄s virtutē a deo q: altissimus de terra creauit medicinam.

Quarto vt gratiosa. s. apud prudētes: q: vir prudens non abhorrebit eam.

Est ergo p isto medico fructuosa q: disciplina medici scȝ in hoc mūdo vel in celo. Posset enim medicus sic vti disciplina scȝ scientia vel arte sua ꝙ nō soluȝ exaltaret in mūdo: sed etiā in celo. Primo quidem si qd̄ studet facere circa aliorū corpa faceret ipse primo circa aīam suaȝ. s. vt studeret curare eā ab egritudinibus vitioꝝ per medicinam penitētie. q: s. deterior est egritudo aīe q̄ corporis. vnde si compar ̄ infirmitati alterius corporali multo magis deberet compati infirmitati sue spūali ⁊ ideo dicit ei. Luce. iiij. Medice cura teipm̄. Itez si diuit curat in alijs corporalem infirmitatez adiuuaret eos ad curandā infirmitatē spūalem eo scȝ modo quo precipit ecclesia medicis extro de penitētijs et remissionibus ca. xiij. vbi dr̄. Cū infirmitas corporalis nonnunq̄ ex pctō ꝓueniat: dicēte dn̄o lāguido quē sanauerat. Vade ⁊ ampli⁹ noli peccare ne deterius aliquid tibi ꝯtingat. Presenti edicto statuim⁹ ⁊ districte precipim⁹ medicis corpoꝝ: vt cū eos ad infirmos vocari cōtigerit: ipos ante omnia moueant ⁊ inducāt vt medicos aduocēt aīaꝝ: vt postq̄ fuerit infirmo de spūali salute prouisum: sed ad corporalis medicine remediū salubrius ꝓcedat: cū causa cessāte cesset effect⁹. ⁊ ifra. Si q̄s nūt medicoꝝ hui⁹ nostre cōstitutionis trāsgressor extiterit tamdiu ab ingressu ecclie arceat. glosa per sniām non ipo iure q̄ male vel nullo modo seruat donec pro trāsgressione hmōi satisfecerit cōpetenter. Ceterū cū aīa sit multo p̄ciosior corpe sub interminatione anathematis ꝓhibemus ne quis medicorum ꝓ corporali salute aliquid egro suadeat: qd̄ in periculū aīe conuertat. Itē si medicus de arte sua esset misericors scȝ pauperibus infirmis. Nam sicut diues tenetur facere elemosynam de diuitijs suis: ita ⁊ medic⁹ de arte sua. s. in casu saltē extreme necessitatis. puta si videret ex defectu cure perire pauperē infirmuȝ q̄ nō hȝ. vn̄ medico soluat: nec ali⁹ est qui velit soluere ꝓ eo: tenet ei gratis curationis beneficiū seu cōsiliū exhibere ⁊ si alia etioȝ ꝑpter tātā necessitatē ei subueniret benefaceret ⁊ multū mereret. sicut faciebat magister Rogerius de colle volis esse qui fuit medicus deuot⁹ xp̄o ⁊ toto tp̄e vite sue in ṽginitate pmāsit. ⁊ erat ita pi⁹ paupibus infirmis ꝙ eum a diuitib⁹ bonū salariū de labore suo exigeret ⁊ reciperet: ab ipsis tn̄ pauperibus infirmis nunq̄ aliquid pro curatione ipsoꝝ recipere volebat: sed gratis eos curabat ⁊ sollicit⁹ eos q̄ diuites. viii.

tabat. Qui ergo medicꝰ ꝓdicta fecerit nõ est dubiũ qn disciplina eiꝰ exaltabit caput illius: nõ solũ i mũdo: sed etiã in celo. Prouerbioꝝ.iiij. Accipe sapiẽtiã ⁊ exaltabit te

Scðo ars medici cõmendat̃ vt famosa non solum apud minores: sed etiam apud maiores. vnde dr̃ in auctoritate adducta ꝙ in medio magnatoꝝ collaudabit̃. s. medicus doctus. Et ratio est quia sicut dicitur Matth.ix. Non est opus valentibꝰ medicꝰ sed male habẽtibus. Non solum aũt minores infirmantur et male habẽt. sed etiã maiores et magnati siue sint principes siue alij imo frequẽter ꝓpter supfluas delitias et modicas exercitatiões magis languescunt tales ꝙ alij. Unde tales magis indigent medico et ipi laudãt medicos a quibꝰ curati sunt. Eccli.xxxix. Collaudabũt multi sapiẽtiã eiꝰ. s. magni ⁊ parui. Sz aduertẽdũ est hic qꝛ laudandus est aliquis proprie ꝓpter ꝟtutẽ. Cuiꝰ rationẽ assignat philosophus in pmo rhetorices. Ex eo ꝙ intantuꝫ est aliqd laudabile inquantuꝫ est bonũ. vñ hõ in tantũ laudabilis est: inquãtũ bonꝰ ẽ: sed bonũ honestũ qð est virtꝰ maxime habet rationẽ boni. ⁊ ipo est ꝗ bonũ facit habentẽ ⁊ opus eius bonũ reddit. vt dr̃ etiaꝫ in libro Ethicoꝝ. Et ideo ꝓpie ꝓpter ꝟtutẽ siue ꝓpter ꝟtutis opa reddit̃ hõ laudabilis ⁊ maxime laudabilis. Ideo eo ipo ꝙ medicus de arte sua ostẽdit̃ etiã inoqꝫ esse laudabilis: datur, itelligi ꝙ ars medicine vel quecũqꝫ alia ars quedã ꝟtꝰ ẽ. Uñ etiaꝫ philosophus in.vj. Ethicoꝝ ponit artem esse virtutẽ. s. intellectualẽ. Et rõ est: qꝛ cuꝫ oĩs ꝟtꝰ dicat̃ in ordine ad bonũ: duplici ratione aliqs habitꝰ dr̃ ꝟtus. Uno mõ quia facit facultatẽ bene operandi. Alio mõ qa cum facultate facit etiã bonũ vsum. facere aũt bonũ vsum ꝑtinet ad illos habitꝰ qui ꝑficiũt partẽ perpetuã eo ꝙ vis appetitiua aĩe est que facit vti oĩbꝰ potentijs ⁊ habitibus. Ars ergo que est recta ratio factibiliũ põt dici virtꝰ inquantũ dat facultatẽ benefaciendi. s. opꝰ artis. nõ autẽ est virtꝰ que de se faciat bonũ vsum. qꝛ nõ est habitus ꝑficiens appetitũ in eo ꝙ appetitꝰ humanus aliquo modo se hꝫ: sed i eo ꝙ ipm opus qð fit in se bonũ est. Unde non pertinet ad laudem artificio inquantuꝫ artifex est qua voluntate opus faciat: sed quale sit opus qð facit: Uñ ipsa ars est quedam virtus intellectualis inquantũ dat facultatẽ bene operandi. Sed quia ad hoc vt homo bene vtatur arte quã habet requirit̃ bona voluntas que perficitur ꝑ virtutem moralem. ideo quantũ ad vsuꝫ bonũ ars nõ est virtus: sed eius ꝫ philosophũ est aliqua virtus. s. moralis in qñtũ ad bonũ vsum eius requirit̃ aliqua virtꝰ moralis. Manifestũ est eñi ꝙ artifex ꝑ iusticiaꝫ que facit voluntatẽ rectã intelligit̃ artifex vt opus fidele faciat. ⁊ ideo dicit̃ Eccli.ix. ꝙ in manu artificũ opera laudabũtur. Tertio ostẽditur ars medicoꝝ esse virtuosa. s. ratione pncipij primi a quo est medicinarũ ꝟtus: quia est a pma ꝟtute scꝫ altissimi dei. Unde ait. Altissimꝰ. s. deꝰ de terra creauit medicinã. i. herbas ⁊ fructus medicinales ad salutẽ hominũ. ⁊ hoc quãdo dixit Geñ. j. Germinet terra herbam virentẽ ⁊ faciẽtẽ semen iuxta genus suũ: ⁊ lignũ pomiferuꝫ faciens fructũ iuxta genꝰ suũ: cuiꝰ semen in semetipo sit sup terrã. Et factum est ita Et ꝓtulit terra herbam virentẽ ⁊ facientẽ semẽ iuxta genus suũ; lignũqꝫ faciens fructuꝫ ⁊ habẽs vnũquodqꝫ sementẽ ꝫm speciem suam. Ex quibꝰ verbis liquet ꝙ ꝟtute dei qui terram creauit terrã ꝓducit herbas ⁊ semina ⁊ ligna: idest arbores ⁊ fructus in quibꝰ etiam semina et in oĩbꝰ his inueniũtur medicinales virtutes ꝯtra infirmitates diuersas. Sicut manifeste pꝫ in arthemesia que a noĩe dicit̃ mater herbarũ: ⁊ est calida ⁊ sicca in tertio gradu cuius folia habẽt virtutẽ expellendi sterilitatẽ mulieris factã ex humida causa: qð põt cõprehẽdi ex cõplexione si sit pinguis vel macilẽta et debẽt talia folia arthemisie pulverizari cũ herba que dicitur bistorta ⁊ cũ nuce muscata: in eadem quantitate ꝯficiat̃ Puluis cum melle vel syrupo simplici ⁊ detur in modicũ electuarij in mane ⁊ sero cũ vino decoctiõis arthemisie. Itẽ i herba ꝗ dicit̃ bethonica que est calida et sicca in tertio gradu: cuius folia valẽt cõtra dolorem capitis factum ex frigida causa in eo existente si fiat gargarismꝰ ex colatura decoctionis bethonice cuꝫ staphi. in aceto. Itẽ patet in borragine. que valet ꝯtra syncopim si ex succo borraginis et zuccaro fiat syrupus ꝯtra cordiacam et epilẽticã passionem addito ibi puluere de corde cerui: sicut posset exẽplificari de vnaquaqꝫ herba qꝛ nulla inuenit̃ sine aliqua medicinali ꝟtute. Est etiam virtus medicinalis et dea posita in

seminib⁹ herbaꝝ. sicut pꝫ in semine mel/
liloti: qđ est calidum ⁊ siccuꝫ in prima gra
du ⁊ dicitur corona regis que formatur ad
modū semicirculi ⁊ ponitur in medicinis
cum ipsis ceꝫ: icibus: cui⁹ decoctionis vi/
nū digestionem confortat ventositateꝫ ex
cludit oppilationem renū ⁊ vesice operit.
Item tale semen in cibis vel potibus posi
tū eos boni saporis ⁊ optime olentē facit.
Iteꝫ patet in semine anisi qđ alio nomine
dicitur cyminū dulce ⁊ est calidum ⁊ siccū
in tertio gradu: ⁊ valet contra ventositatē
⁊ indigestionem: ⁊ acidā eructuotionem si
detur vinū decoctionis anisi feniculi costi
⁊ masticio. Et sic possꝫ exēplificari de mul/
tis alijs seminibus. Item inuenitur virt⁹
medicinalis in lignis sicut potet in ligna
aloe precipue: qđ reperitur ī insula que di
citur cumie: cui⁹ decoctiōis vinū digestio
nem procurat ⁊ stomochū frigidatum ca/
lefacit ⁊ si abominabile fuerit ponat pa/
rum aloea integrum in vino per nocteꝫ et
mane vinū exibeatur. Sic posset exēplifi/
cari de multis alijs lignis. Iteꝫ inuenitur
virtus medicinalis in fructibus, sicut pꝫ
in piris que sunt frigida ⁊ sicca: que cocta
in aqua pluuioli ⁊ posita sup as stomachū
vomitū ex cholera coartant: posita ꝟo su/
per pectinem fluxum ventris. sicut posset
exēplificari de oīb⁹ alijs fructibus. Quis
autem sufficienter dicere posset de virtu/
tibus medicinalib⁹ quas etiam altissim⁹
posuit ī radicibus ⁊ frondibus ⁊ floribus
herbarum vel arboꝝ aut etiā in preciosis
lapidibus ⁊ in diuersis speciebus minera
liū: seu etiā animaliū que ee terra vel ī ter
ro oriuntur: que scilicꝫ virtutes hominib⁹
vel ex diuina inspiratione vel ex longi tē/
poris experientis sunt compte. Unde dici
tur Ecclesiastici. xxxviij. post verba auctori
tatis inducte. Ad agnitionem hominū vir
tus illorum. Et dedit hominibus scientiā
altissimus: honorari in mirabilibus suis.
Quasi dicere ad agnitionem hominū per/
uenit supple virtus illorum: scꝫ medicina/
lium vt herbarum lignorum ⁊ fructuuꝫ ⁊
seminuꝫ. Unde Sap. vij. Dominus dedit
homini scientiam veram. Et post differen/
tiam virgultorum; et virtutes radicum et
quecunqꝫ sunt absconsa et improuisa didi
ci. vnde inducit Ecclesiasticus. Altissim⁹ de/
dit hominibus scientiam: scilicꝫ medican
di vel predicta cognoscendi. honorari ī mi
rabilibus suis: idest vt honoretur in mira
bilibus operib⁹ suis. Quarto describitur
ars medicorum ve gratiosa ⁊ accepta etiā
viris prudentibus. Unde additur in au/
ctoritate ꝑinducta. ꝙ vir prudēs non ab/
horrebit eam. Est auteꝫ triplex ratio qua/
re vir prudens non abhorret medicinam.
Primo ratione principij: scilicꝫ a quo est
medicinaruꝫ virtus. quia sicut dicitur Ec/
clesiastici. xxxviij. A deo est omnis mede/
la et a rege accipiet donationem. Et expo
nitur ꝙ a deo est omnis medela non solū
spiritualis sed etiam corporalis. Job. v.
Ipse vulnerat ⁊ medetur. Hieremie. xvij.
Sana me domine ⁊ sanabor. sequitur. Et
a rege scilicꝫ celesti accipiet donationem:
idest efficatiam in donationem medicine.
Quasi dicat. Non solum est a deo medici/
na. sed etiam est ab eo ꝙ medicus efficat/
ciaꝫ habeat in distributione medicine. Et
ideo in infirmitate maxime est fiducia ha
benda in domino: ⁊ reprehensibilis osten
ditur fuisse Aso de quo dicitur fuisse. ij.
Paralip. xvj. Egrotauit aso dolore pedūꝫ
vehementissimo: ⁊ nec in infirmitate que/
siuit dominū: sed magis in medicorum ar
te confisus est. Inquātum ergo medicina
est a deo non est abhorrēda. quia sicut di/
citur. j. Timo. iiij. omnis creatura dei bo/
na: et nihil reijciendum qđ cum gratiarū
actione recipitur. Secundo ratione exem
pli: quia etiam viri sancti ⁊ prudentissimi
legūtur non abhorruisse medicinas sicut
patet in Esaia ⁊ Ezechia. quia Esaias em
plastrum carcaruꝫ alligauit ezechie. Esa.
xxxviij. Qđ cuꝫ intulisset super vulnus ei⁹
curatus est. iiij. Regum. xx. Sed obijcitur
de beata agatha ꝙ dixit beato petro. Me
dicinam carnalem nunꝙ corpori meo ex/
hibui. Sed potest dici ꝙ priuilegia pau/
corum non faciunt legem communē. Ter/
tio ratione experimenti: quia frequēter et
manifeste experimur ꝙ medicine valēt ad
sanitatē corporis. ea aūt que sunt manife
ste vtilia nō dꝫ respuere hō prudens. Licꝫ
enī dominus solo verbo posset curare oēꝫ
morbum: tamen vult etiam per hoīes ⁊ ꝑ
corporales medicinas corpa sanari. vt in/
ter hoīes mutua charitas ⁊ inter corpora
etiam seruet ordo nature. Unde dr̄. Eccli.
xxxviij. Da locum medico. etenī illum dn̄s
creauit ⁊ non discedat a te. qr opa illi⁹ ne
cessaria sunt. est enī tempus qn̄ in manus

illoꝝ incurrat. Et oīa hec cōsiderat homo prudens etiā s̄m prudentiā spiritus quia ptinet ad virum prudentē habere curam de vita corporis ꝛ de pace mētis. Et ideo Ro.viij. dicitur ꝙ prudentia spiritus vita et pax.i. causa vite ꝛ pacis. vite scꝫ nature ꝛ pacis conscientie. B

Secūdo in themate

assumpto tangitur corporalis vite priuatio: cum dicit. nō est scꝫ viuens ampli⁹ corpore. sicut arbor succisa et desiccata nō est amplius viuens licꝫ remanserit vita in radice. ꝛ sic est corpus succisum per mortem. licꝫ remanserit vita in anima que est radix vite. ps. lxxxiij. Priusq̄ȝ abeam ꝛ amplius non ero. Licꝫ posset referri verbuꝫ thematis ad terminationem artis siue vsus eius vt intelligat̄ non est amplius medicus. q2 scꝫ in alia vita non habet locuꝫ medicina. Unde de medico mortuo potest exponi illud Esa. iij. Non sum medicus: ꝛ in domo mea non est panis neqꝫ vestimentuꝫ. Hoc enim verbū potest dicere aīa medici vbicūqꝫ sit siue in paradiso siue ī inferno. Nā quantum ad medicum qui est in paradiso per verba p̄dicta excluditur triplex passio siue necessitas quaꝫ patimur in vita ista. Nam aliqua passio est que infertur ab exteriori sicut passio frigoris ab aere frigido vel vento: ꝛ contra hanc indiget homo vestimento. Secūda passio est que ab interiori scꝫ passio famis et contra hanc indiget homo pane.i. cibo corporali. Alie po passiones sunt q̄ sunt ab vtroqꝫ. sicut passiones egritudinū: q̄ quādoqꝫ causantur a causa interiori puta ab humoribus: quandoqꝫ ab exteriori sicut a pestilenti aere ꝛ similibus: ꝛ sic sunt etiam passiones vulnerum que ab extra inferunt̄. Et cōtra huiōi passiōes indiget hō medico siue chirurgico siue physico. In vita autem eterna non sunt passiones egritudinū seu vulnerum: sed habēt perpetuā sanitatē ꝛ impassibilitatē Unde beatis dicit̄ Malach. iiij. Orietur vobis sol iusticie ꝛ sanitas in pēnis ei⁹. et ideo nō est ibi medicus. Unde dicit. nō sum medicus q2 sicut dr̄ Luc. v. Nō egent q̄ sani sunt medico. Itē in vita eterna nō erit passio famis Esa. xlix. Non esuriēt neqꝫ sitient ampli⁹ ꝛ ideo nō erit ibi necessarius panis aut cib⁹ corporalis. ꝛ ideo dixit in domo mea scꝫ mansionis celestis nō est panis: idest cibus corporalis. Et ideo pōt dici anime intrāti paradisum illud. iij. Reg. xiij. Non comedes panē neqꝫ bibes aquā: neqꝫ reuerteris per viā qua venisti. s. per mortem: quia scꝫ resurgēs ex mortuis iam nō moritur ꝛ mors illi vltro nō dn̄abitur. Roma. vj. Item nō est ibi passio frigoris. Cantico. ij. Iam em̄ hyems transijt.i. tempus frigoꝝ imber abijt ꝛ recessit. sicut nec estus erit ibi. Apoca. vij. Non cadet super illos sol neqꝫ vllus estus. ꝛ ideo non indigēt vestimento. propterea dixit in auctoritate inducta. neqꝫ vestimentū. Iob. j. Nudus reuertar illuc. erit tamen post resurrectionem quilibet amictus lumine sicut vestimēto sicut dicitur in ps. ciij. Si aūt fuerit in inferno. sic non erit ibi medicina. q2 passiōes eorum ꝛ plage insanabiles sunt Unde Hier. xv. dr̄ ex persona dānati hoīs. Factus est dolor meus ppetuus. et plaga mea desperabilis renuit curari. Item erit ibi fames perpetua propter carentiaꝫ oīs boni siue refectionis cōsolatione. q2 nihil desiderabile dabitur eis. Unde potest dicere dānatus ibi illud Dan. c. Paneꝫ desiderabilem non comedi. scꝫ ex quo veni huc. Item erit ibi estus intollerabilis ꝛ frigus intensissimum. quia transibunt ab aquis niuiū ad calorem nimium. Job. xxiiij. Et erūt in oīmoda nuditate. q2 de demonib⁹ vel petis vel de consanguineis hoīs morientis dr̄ Job. xxiiij. Nudos dimittūt homines vestimenta tollentes q̄bus non est operimentum in die frigoris. C

Tertio ponitur in the

mate alteri⁹ sec̄li locatio: cū dr̄. ibi. Nā aīa hoīs morientꝫ aut vadit ad infernuꝫ ꝛ ibi locata nunq̄ȝ habebit requiē. Et ideo dicitur hoī reprobo morienti. Cōsurgēs transfreta. ibi quoqꝫ non erit requies tibi. Esa. xxiij. Nam pena dānatoꝝ in inferno nunq̄ȝ cessat. q2 semꝑ sunt ī odio dei eiecti a psortio boꝝ. Unde dicit dn̄s de eis Osee. ix. Ibi exosos habui eos. s. ī mūdo ꝑpter malitiā adinuētionū eoꝝ. de domo mea eijciā eos. s. de domo paradisi: ꝛ nō addam vt diligam eos. s. in inferno. vnde semper remanent ī odio dei. Aut vadit aīa morientis ad purgatoriū. ꝛ talea oīe ibi existentes exoluūt debita penarū: q̄ possunt redimi a nobis elemosynis ꝛ sacrificijs ꝛ alijs suffragijs ꝛ hec valēt eis ex mia christi; ꝛ ex vir

tute passiõis: qua ipse dñs nos redemit. ꝛ ideo dicit anime ibi existenti. Ibi redimet te dñs. Michee. iiij. Aut vadit anima morientis ad paradisum: ꝛ ibi habēt anime in ipso deo gaudiū sempiternum. Unde ps. Ibi letabimur in ipso: idest in ipsi⁹ visione beata. Matthei. xxviij. Ibi eum videbitis ꝛc. Ad quam visionē nos perducat ꝛc.

¶ In funere alicuius docti viri vel litterati. Sermo. xxv.

Moritur doctus

sicut ꝛ indoctus. Eccl's. ij. Uidemus ꝙ docti ꝛ litterati viri multū differūt ab indoctis ꝛ illitteratis ī vita. Primo quidē quātū ad vite solaciū: quia sicut dic̃ Seneca. Ociū sine litteris mors ē: ꝛ vivi hoīs sepultura. j. Macab. xij. Habētes solacio sanctos libros. Rom. xv. Per patiētiā ꝛ ꝯsolationē scripturarū spē habeam⁹. Itē quātū ad litterature cōmodū: qꝛ frequēter oportet aliq̄ legere vel dictare vel scribere: q̄ viri docti vel lr̄ati pñt commodius ꝛ efficati⁹ facere ꝑ seipsos ꝙ possent fieri ꝑ alios: qꝺ illitterati ꝛ indocti facere nō possunt. Unde opꝫ ꝙ lr̄as secretas ꝛ similia cōmunicēt alijs qui aliqñ fideles non sunt. ꝛ ideo talia secreta non ē tutū scribere indoctis ꝛ illitteratis. Eccli. viij. Ne cōices cū hoīe indocto. Item differūt quātū ad sciētie lucrum: qꝛ multi docti viri ꝛ litterati multum lucrantur de scientia sua sicut advocati ꝛ medici ꝛ notarij ꝛ doctores sciētiarū quarūdā: ꝛ ideo pleriqꝫ illitterati sunt in egestate pecunie. ꝛ si non sint ī egestate pecūie; sunt tamē in egestate scientie que est egestas cordis. Unde Prover. x. Qui indocti fuerint in egestate cordis morietur. Item differūt quantū ad doctrine fructū: quia docti ꝛ litterati possunt ꝛ sciūt alios docere: nō aūt indocti. ꝛ ideo dicitur Prover. xiiij. In corde sapientis requiescit sapiētia ꝛ indoctos quosqꝫ erudiet. Sed quantūcunqꝫ sic differunt in vita doctus ꝛ indoctus: in morte tamē corporali differre nō videtur: qꝛ vterqꝫ moriт. s. doctus et indoctus: ꝛ hoc est qꝺ in themate assumpto dr̄: qꝛ moritur ꝛc. In quibus quidem verbis possumus considerare tria.

Primo quidem flebilem subtractionē: quia moritur doctus.

impij interrogatio erit. sermonũ aũt illi⁹ auditio ad deum veniet: ⁊ ad correptionẽ iniquitatũ illius. quoniã auris celi audit omnia. Ex quibus verbis manifeste colligitur ꝙ in illo iudicio latere nihil poterit neqꝫ cogitationes: neqꝫ sermones: neqꝫ iniquitates: idest inique operationes: qꝛ auris celi dei omnia audit. D

Tertiũ quod ponitur

in themate assumpto est administrationis examinatio: cum dicitur. redde rationẽ villicationis tue.

In quibus verbis primo exigit debitũ: quia redde rationem.

Secundo commemorat officium: quia villicationis tue.

Circa primum attendendum ꝙ tenetur quilibet reddere rationem deo de his que sue cure cõmisit: ⁊ ipsa rerum gestarũ manifestatio erit rationis redditio. Sed ista redditio rationis erit valde formidabilis. Primo quia oportebit reddere rationẽ de multis, scꝫ de omnibus dictis ⁊ factis ⁊ cogitatis. Sap. vj. Altissim⁹ interrogabit opa vestra: et cogitationes vestras scrutabit. Item quia oportebit reddere rationeꝫ de minimis. Matth. xij. Omne verbum ociosum qđ locuti fuerint homines: reddent rationeꝫ de eo in die iudicij scꝫ vltimi vel iudicij mortis. Item qꝛ oportebit reddere rõnẽ de omnibus tempoꝝ momẽtis. Bernar. Sicut nec momẽtũ pertrãsibit de tẽpore. Nam omne tẽp⁹ tibi impẽsum requiretur a te qualiter sit expẽsum. Unde omni die et fere omni hora deberet hõ cogitare de ista hora et de rõne reddenda. qꝛ qui in ea defecerit acriter punietur. Sicut enim in fine hebdomade solent pueri reddere rationeꝫ totius septimane: et qui nescit reddere verberatur et qui scit euadit ⁊ operarij recipere mercedes ꝓ operibus suis: et deficientibus nũdinis vadit mercatores ad pagamentuꝫ idest solutionẽ constitutã. Sic in fine vite oportebit reddere rationẽ de omnibus et recipere penã vel mercedẽ. Mat. xxv. Ueniet dñs seruoꝝ illoꝝ et ponet rationẽ cũ illis.

Scđo cõmemorat officium: quia villicationis tue. i. dispensationis tibi cõmisse a quo. s. ⁊ villicus dictus est. Sꝫ male administrauerat eã. Luce. xvj. Hõ quidã erat diues qui habebat villicũ ⁊ hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona illius

In quibus verbis notãtur duo. Primum est cõmissio potestatis quia habebat villicum idest dispensatorẽ. quia accipitur hic villicus pro economo: et significat quẽlibet hominem: quia cuilibet cõmissa est dispẽsatio et rerum exteriorum et corporis et aĩe. s. vt de rebus temporalibus reddat discretas elemosynas: đ corpore casta ieiunia, de aĩa orationes deuotas. Et hoc figurauerunt illa tria que obtulerunt magi dño. s. auruꝫ de quo põt fieri elemosyna: thus in quo significat oratio feruida: et myrrha in qua mortificatio carnis ꝑ ieiunia. Secundo notat diffamatio criminis. qꝛ hic diffamatus est apud illũ quasi dissipasset bona illius. Ubi nota ꝙ diffamatio aliqñ fit a ꝑsonis grauibus et tũc facit violentã presumptioneꝫ aliqñ a personis leuibus et tũc facit leuem suspitionẽ: aliqñ vero ab infamibus ⁊ tunc potius facit cõdemnationẽ. Sic peccator in iudicio mortis diffamatur a fide dignis scꝫ ab angelis sanctis. Diffamatio autem istius fuit ꝙ dissipasset bona illius. Dissipat enĩ pctõr res tẽporales qñ eas male expendit: dissipat corpus qñ in voluptatib⁹ nutrit: dissipat aĩam quando nõ orationes deuotas sed malas cogitationẽs imittit. Hec figurant Luce. xv. in filio prodigo qui substãtiã suã dissipauit. corp⁹ suũ luxuriose viuẽdo in voluptatib⁹ enutriuit. ⁊ aĩam suam malis cogitationibus repleuit. vnde cupiebat saturari de siliquis porcorum. i. de cogitationibus immundorum. E

Quarto ponitur ĩ the

mate assumpto dispẽsationis priuatio cuꝫ subinfertur. iam nõ poteris villicare. s. ab officio villicãdi amotus. Hic enĩ est effect⁹ inquisitionis quoad prelatum. Nã si inquiritur contra prelatum administrationẽ habentem qui per istũ videtur significari villicum ⁊ cõuincitur de crimine: isto est pena eius certa ⁊ determinata. s. remotio ab administratione. extra de accusa. qualiter qñ Tunc ergo non erit pena arbitraria. nam facti quidẽ questio est in arbitrio iudicãtꝫ pene vero ꝓsecutio nõ eius voluntati mandatur. sꝫ legis arbitrio reseruatur. vt. ij. q iij. §. ⁊ notãdũ. ⁊. ff. de vẽ. sig. l. si qua pena Si vero is contra quem inquiritur sit priuata persona non habens administrationeꝫ: tunc est pena arbitraria ꝙ sm merita personae ⁊ qualitatem excessus poterit iudicãs

tis discretio moderari: extra de accu. c. quisi. in fine. Sed hec soluunt in criminibus enormibus que ordinis suscepti executionem aut retentionem beneficij post penitentiam impediunt. vt est videre in homicidio et simonia in ordine et beneficio: vt extra de accu. ca. inquisi. In his enim et consimilibus sic est sicut in accusationis iudicio procedendum. Sed quantum ad iudicium dei quod fit in morte in quo per istum villicum quilibet homo figuratur: qui bona sibi commissa scz animam et corpus et res temporales male viuendo dissipauit. non solum ob administratione corporis aut rerum temporalium remouetur per mortem: sed etiam vlterius per diuinam sententiam infernali pene addicitur. nisi sibi prudenter prouideat. sicut iste villicus fecit. qui dicit Luce. xvi. Quid faciam. quia dominus meus aufert a me villicationem. Fodere non valeo etc. In quo exemplo notanda sunt tria. Primum est prouisionis inquisitio. Quid inquit faciam? quia dominus meus aufert villicationem. Quasi diceret. non contra hoc possum mihi prouidere quin hec administratio auferat. quia hoc fit per mortem cui nullus resistere potest. Sed quid faciam vlterius vt non mittat ad penas eternas. Sed huic questioni scz quid sit faciendum optime respondet Micheas. vi. et prudenter consulit dicens. Indicabo tibi o homo quid sit bonum et quid dominus requirat a te. Utique facere iudicium scz de teipso per penitentiam: et diligere misericordiam proximo per elemosynam: et sollicitum te ambulare cum deo tuo. scz proficiendo per bona opera. Et sic ostendit quid homo debeat facere et respectu sui et respectu proximi et respectu dei. Secundo aduertenda est in exemplo villici infirmitatis recognitio: quia dixit. Fodere non valeo mendicare erubesco. Quasi diceret: cognosco impotentiam meam quia non potero me post amotionem a villicatione: idest post mortem iuuare per me ipsum laborando. vnde ait. fodere non valeo. Esaie. v. Non putabitur neque fodietur. Et sic de vinea anime que post mortem non poterit putari: idest a vitijs purgari per penitentiam: neque poterit fodi vt amoueantur ab ea spine et vepres: idest pene et supplicia per misericordiam. Item cognosco quod non potero me iuuare per alios. s. per donum vel mutuum mendicando. vnde ait. mendicare erubesco scz quia non dotetur mihi. Nam quamuis multum misericordes sint sancti homines et multum pie sint mulieres. et fons pietatis sit christus. tamen diues epulo. de quo Luc. xvi. in inferno existens non potuit a sanctis viris scz abraham et lazaro impetrare vnam guttam aque. Item virgines fatue de quibus Matthei. xxv. non potuerunt impetrare a mulieribus virginibus vnam guttam olei. nec a christo sponso quod ingrederentur ad nuptias: sed clausa est eis ianua. Et ita accidit pigris qui nolunt laborare in hac vita. Prouerb. xx. Propter frigus piger orare noluit: mendicabit ergo estate. idest in inferno vbi erit estus gehenne et non dabitur. Tertio aduertenda est in exemplo villici sagacitatis prouisio qui dicit. scio quid faciam. Et postea fecit opera misericordie debitoribus domini sui debita minuendo. Et sic consulitur Luce. xij. Vendite que possidetis et date elemosynam. Facite vobis sacculos qui non veterascunt thesaurum non deficientem in celis. Ad quem thesaurum nos perducat etc.

¶ In funere alicuius aucupis vel venatoris. Sermo. xxviij.

Anima nostra erepta est de laqueo venantium. ps. cxxiij. Sicut auceps studium suum ponit ad capiendas aues. et venator ad capiendas feras siluestres ita diabolus totum studium suum et conatum ponit ad capiendum animas precipue fideles. Sunt enim quidam homines qui scz habent animas leues et inconstantes sicut superbi et vane gloriosi. et isti ad modum auium a diabolo capiuntur. Quidam vero habent animas graues et terrenis inherentes sicut auari et cupidi: et isti ad modum ferarum a diabolo apprehenduntur. Sed quando homines ad penitentiam redeunt precipue in fine ita vt bene moriantur. s. per confessionem peccatorum et sacramenta ecclesie sint a laqueo peccati liberati: tunc post mortem gratias deo agunt. quia et a deceptione aucupis et a captione venatorum: idest demonum se ereptos et liberatos inueniunt. et ideo ex persona talium defunctorum dicuntur verba proposita. Anima nostra etc. A In quibus quidem verbis ostendit quod per bonam mortem hominis anima a tribus malis eripitur quibus communiter in vita subijcitur. Nam primo quidem eripitur a mundi afflictione quod notatur primo cum dicitur. anima nostra erepta est

Secundo a peccati infectione: cum subditur. sicut passer.

Tertio a diaboli deceptione: cū additur de laqueo venantium.

Circa primū sciendū

est ꝙ duplex potest esse aīe afflictio. Una tēporalis ⁊ trāsitoria: quā patitur in mūdo. Alia futura ⁊ eterna: quā patietur ex peccato in inferno. Homines autē imprudentes magis timēt penas istas transitorias ꝙ timeant illas eternas. Sed ecōtrario prudentes homines magis eternas ꝙ transitorias metuūt. Et ratio istius diuersitatis est: quia īprudētes hoīes respiciūt tm̄ ad presentia: que scʒ sensibus subiacēt vnde in hoc assimilantur bestijs: que non respiciunt nisi ad presens delectabile vel tristabile. Et ideo tales diligūt bona trāsitoria ⁊ non curāt de eternis. Unī dicūt ꝓuerbium suū scʒ ꝙ ad presens oua cras pullis sunt meliora. Figura hui⁹ habet Esaie xxxix. ī Ezechia qui dixit. Fiat tm̄ pax ⁊ veritas in diebus meis. Et sic penas transitorias quia presentes sunt magis metuūt ꝙ eternas futuras: ⁊ dicunt ad hoc aliud ꝓuerbiū suū scʒ ꝙ qui euadit de vno puncto euadit de multis: quasi dicerēt: euadamus mō istā penā presentē de alia bn̄ fiet. Sed hi qui prudētes sunt nō respiciūt solū ad presentia: sed magis ad futura. Unī boetius dicit. Nō qd̄ ante oculos situʒ est sufficit intueri: sed rerum exitus prudētia metit. Unī qz in exitu vite pctōribus dant pene eterne: tūc inprudentiā suā cognoscere cogunt. ⁊ tūc prudentes q̄ presentes penas ⁊ afflictiōes quas siue ꝑ penitētiā siue per patientiā salubriter portauerunt. videtes se ereptos a penis eternis ⁊ a demonū crudelitatibus deo gratias agētes dicent illud p̄s. Torrentē pertransiuit aīa nostra: forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilē: benedict⁹ dn̄s ⁊c. In quibus quidem verbis quasi loquētes de se iusti defuncti tria dicunt.

Quia primo ostendūt se ereptos a presentis vite aduersitate: cū dicunt torrentē pertransiuit anima nostra.

Scdō a future miserie calamitate: cum subdunt. forsitan pertransisset aīa nr̄a ⁊c.

Tertio a demonum potestate: ⁊ de hoc gratias agunt dicētes. Benedictus dominus qui non dedit ⁊c.

Circa primum aduertendum est ꝙ quasi aqua torrētis est aduersitas vite pn̄tis.

Quam quidem viri prudētes ⁊ iusti patienter tolerāt. Primo ratione breuitatis quia inundatio aque torrentis cito venit ⁊ cito recedit. Torrēs enī est aqua cum impetu veniens ⁊ cum impetu recedens. vnde dicitur torrēs: quia cum impetu crescit sed siccitate torrescit. Et ita accidit de aduersitate iustorum in hac vita: sicut patet in tobia ⁊ iob qui cito liberati sunt ab aduersitatibus ⁊ afflictionib⁹ suis. Iob. vi. Preterierunt me sicut torrens qui raptim transit in cōuallibus. Scdō patiēter tolerant viri iusti aduersitatē vite presentis ꝓpter exēplū sui capitis: idest christi: quia sicut dicit Gregori⁹. Si passio christi ad memoriam reuocetur: nihil est adeo durū qd̄ non equo animo toleretur. Ipse enim qui erat caput nostrum in vita huius mūdi existens: multum bibit de aqua torrētis: idest de pēa vite presentis: ⁊ propterea meruit exaltari. vnde in p̄s. De torrente in via bibit: propterea exaltabit caput. Et sic exaltabuntur mēbra huius capitis: idest iusti consimili aqua potati. Sed iniquis ⁊ peccatoribus aliquādo aduersitas incipit in vita ista: ⁊ per impatientiam et nequitiaʒ deducit eos ad penam eternā. Sic torrēs aliquando fluit ad mare vbi omneʒ aque dulcedineʒ amittit. Et sic impius trāsiens a pena huius vite ad amaritudinem eterne pene: omnē dulcedinē amittit vite presentis ⁊ future: quia amaritudo illi⁹ pene semper adherebit ⁊ nunꝙ̄ cessabit. Esaie. xxxiiij. Conuertentur torrentes eius in picem. idest pene transitorie in eternā. que vocatur pix ratione obscuritatis ⁊ tenacitatis. qz pix nigra, ⁊ obscuri coloris est ⁊ tenacissime inherentie. Postꝙ̄ ergo absumpti sunt ꝑ morteʒ viri iusti. tunc hec dicere possunt. Torrentem pertrāsiuit anima nostra. Sed nota ꝙ viri iusti aliter se habēt ad aduersitateʒ alienā aliter ad propriam Nam aliene aduersitati multum cōpatiūtur ita ꝙ etiā intus in anima affliguntur sicut mater saluatoris nostri afflicta est in passione filij. Et tūc ipsa aduersitas dicit pertransire aīam, propter qd̄ symeon dixit ei. Tuā ipsius aīam pertransibit gladius Luce. ij. ⁊ Job. xxx. Flebā quōdam sup eo qui afflictus erat. ⁊ cōpatiebatur aīa mea pauperi. Sʒ aduersitates ꝓpās viri iusti

dicitur pertransire: quia. s. per tribulatio
nes fit via qua transitur ad vitã eternam
et hec via est meritum patiẽtie: et per hanc
viam deducit dñs ad vitam iustos. et ps.
Transiuimus per ignem et aquam et edu.
nos in re. Jere. xxxi. Adducam eos p tor
rentes aquarum in via recta et non impin
gent in ea. Secũdo ostendunt iusti defun
cti se esse post mortez ereptos a future pe-
ne calamitate: cum dicũt. forsitã pertran-
ani. et c. Quasi dicerẽt. nisi pertrãsiuissem⁹
torrẽtes: idest nisi purgati fuissem⁹ per ad
uersitates et penalitates vite p̃sentis forsi
tan ptrãsisset oĩa nostra aquaz intolerabi
lem: idest ad penam infernalẽ deuenisset.
B Ubi breuiter ↄsiderare debem⁹ q̃n q̃ q̃
litates ifernalis pene. Primo est: q: pena
infernalis hz euitabilitatẽ. et ideo dic. for
sitã ptrãsisset: q: in arbitrio hoĩs est penã
istã euitare vel habere. Et rõ est: q: nullus
vadit ad illã penã. nisi ꝓpter mala q̃ volũ
tarie committit: vel bona que voluntarie
omittit. vnde reatum illius pene volunta
rie incurrit. ꝓpter qd̃ di Osee. xiij. Perdi-
tio tua ex te. Et ideo dubitatiue dr forsitã
pertrã. q: poterat si voluisset ptrãsire et nõ
trãsire ad illã: vñ in p̃s. Forsitan aqua ab
sorbuisset nos: Scd̃o est: q: pena ista ha
bet infinitatẽ. s. successiuã Nã sicut in tem
pore si esset ꝑpetuũ esset infinita successio
dierũ. ita in gehẽna que ꝑpetua est erit in
finita successio penarum. Et ista successio
designat in eo qd̃ di ptrãsisset. Nã dãnati
vt di Job. xxiiij. trãsibũt ab aquis niuium
ad colorẽ nimiũ: et ecõtrario et h in īfinitũ
Tertio est: q: pena illa habebit diuinaz
potestatẽ: qd̃ notatur cũ di. animo nostra
Quãq̃ eñi ibi sit pena caloris vel frigoris
corporalis: tñ diuina virtute fiet vt affligat
nõ solũ corpus sed etiã aĩam: q: aget vt in
strumẽtũ diuine iusticie siue illud qd̃ affli
git dicat ignis siue aqua. vñ aget in virtu
te dei: de quo dicit Mat. x. Qd̃ põt animã
et corpus perdere in gehẽnã. Quarta q̃li
tas ẽ: q: hz profunditatẽ: et ideo dic. aquã
Nã qñ aliquid est aridum et porosuz aqua
cõtingens exteriora penetrat ad interiora
vsq3 in ꝓfundũ ei⁹. Et sic illa pena in aĩa
que īuenitur arida sine pluuia diuine mi-
sericordie et sine rore diuine gratie: pene-
trabit vsq3 ad ītima. et diffundet se vndiq3
ad oẽm partẽ aĩe. Vñ p̃s. Induit maledi-
ctionem sicut vestimẽtum: et intrauit sicut
aqua in interiora eius. Quinto quoq3 in-
fernalis pena ostẽditur habere maximaz
acerbitatem: propter quam vocat eam in-
tolerabilem. Nã sicut ƀm philosophũ: nõ
solum vocatur inuisibile qd̃ nullo mõ vi-
deri potest: sed etiam illud qd̃ vix et male
videtur. Sic etiaz dicitur intollerabile nõ
solũ illud qd̃ nullo modo põt tolerari: sed
etiã illud qd̃ vix vel male toleratur. Ita sic
est de pena ista: que tantã acerbitatem hz
vt vix vel male sit tolerabilis: erit tñ min⁹
tolerabilis siue magis tolerabilis vni q̃3
alteri ƀm minorẽ grauitatẽ culpe pro qua
ibi punietur. Unde di Mat. x. Tolerabi-
lius erit terre sodomoꝝ et gomorreoruz i
die iudicij q̃3 illi ciuitati. Et accipitur ter-
ra ꝓ hominib⁹ terre et ciuitas pro hoĩbus
ciuitatis. s. continens pro cõtento. Tertio
iusti defuncti ostendũt in auctoritate ad-
ducta se esse etiã ereptos a demonũ pote-
state: vñ de hoc gratias agũt dicentes. Be
nedictus dñs qui nõ et c. Nota quando ali
quis habet pugnare cum hoste potẽtiori et
sapiẽtiori se multum deberet regratiari ei
qui doceret eũ quomodo posset pugnare et
vincere hostẽ suũ. Figura huius innuitur
Numeri. xxiiij. q: balac dedit munera ba-
laam. quia docuit eum quõ posset vincere
filios israel. Nũc nos habem⁹ hostes no-
bis fortiores et callidiores. s. demões. et do
minus noster voluit tentari tali hoste vt
doceret nos pugnare cõtra eum et vincere
ipm: siue impugnet et tentet nos de vitio
gule: siue vane glorie. siue auaritie: vt pz
Mat. iiij. et insup paratus est nobis auxi-
liũ ferre. Vñ patet q multũ tenemur eum
bñdicere et sibi regratiari ƀm illd̃ ps. Bñ
dictus dñs de⁹ me⁹ q̃ docet man⁹ meas ad
preliũ et digitos meos ad bellũ et c. Ubi p
manus intelliguntur bona opa quibus ini
micũ repellimus et quasi percutim⁹: sicut
sunt ieiunia et orõnes et elemosyne. Nã de
ieiunio et oratiõe dicit Mat. xvij. Hoc ge-
nus demonioꝝ nõ eijcitur nisi in oratiõe
et ieiunio. De elemosyna vo di Eccli. xxix.
Super scutũ potentis et sup lanceã aduer
sus inimicũ pugnabit ꝓ te. Sz p digitos
intelligitur operũ discretio: quia. s. oĩs ta
lis opa cũ discretiõe et prudẽtia fieri debẽt
debitis circũstantijs obseruatis. Notãdũ
etiã q quilibet pastor gregem ouiũ suarũ
custodit quãtũ potest ne capiãtur a feris:
aliẽas aũt oues nõ custodit, Sic xps eos

qui per fidez ⁊ dilectionē suo dt grege suo optime custodit ne capiant a dentib⁹ ferarū: idest a tentationib⁹ demonum. De quibus dentibus dicit. Dentes leonis dentes eius interficiētes animas hoim. Eccl.xxi. Sed alienos.s. pctōres qui irrationabiliter viuunt ɓm carnē tm̄: vel etioz infideles qui per ignorātiā blasphemant xp̄m ⁊ eius fidem. illos pmittit xp̄s capi ⁊ perire. ɓm illud. ij. pe.ij. Ui velut irrationabilia pecora naturaliter in captionē ⁊ in perniciez in his qui ignorāt blasphemātes in corruptione sua peribunt. E

Secūdo ostēditur in

themate assumpto ex persona defunctorū iustorū quomodo erepti sunt a peccati detētione: qz dicit ꝙ eoruz anima sicut passer erepta est de laqueo venātium. Ubi notandum ꝙ per passerem intelligitur homo incautus scz qui non cauet sibi a malorum societatibus ⁊ familiaritatibus. Nam passeres inter homines in ciuitatibus cōmorantur: ⁊ ideo facilius ⁊ frequentius capiuntur ꝙ̄ aues siluestres vel que morantur in solitudine. Unde passer signat eos q̄ cōuersantur in hoībus mundanis ⁊ peccatorib⁹ ⁊ tales facilius a diabolo capiūtur ⁊ illaqueātur: quia de ipsa cōuersatione ⁊ corruptione eoꝝ cuz quibus conuersant facit ei diabolus laqueos vn̄ capiat aīaz eius. Hiere.v. Inuēti sunt in populo meo impij insidiātes: quasi aucupes laqueos ponentes ⁊ pedicas ad capiēdos viros. Itē passeres patiūtur morbū caducū non ex egritudine cōplexionali: sz quia comedūt iusquiamū herbā venenosam ⁊ frigidissimā: vn̄ ex resolutione frigide euaporationis congelat cerebruz passeris ⁊ cadit. Et ideo passeres significāt incautos qui non cauēt sibi a delectationibus ⁊ delitijs carnis in quib⁹ latet venenū voluptatis vnde sunt velut cibus iusquiami venenosus: cuius euaporatio idest delectatio vel desiderium infrigidat extinguēdo ignē dilectiōis ⁊ deuotionis ⁊ ideo inducit casum pctī. Et quia pro modica ⁊ vili delectatione carnis vēdunt se diabolo vel pctō: recte assimilant passeribus: qui vili ⁊ modico precio vēduntur. ɓm illud Mat.x. Nōne duo passeres asse veneūt. Et signāter dicit duo: quia in veteri lege vsus passerū erat in purificatiōe leprosi: in qua duo passeres offerebant: quorum vnus occidebatur ⁊ alter dimittebat liber. Unde quia duo simul offerebant in lege. Leui.xiiij. Precipies ei qui purificat vt offerat pro se duos passeres ⁊c. iō apud iudeos passeres duo cōbinati vendebant. Et isti duo passeres significāt aīam ⁊ corpus: que ambo esse veneūt quādo p vili ⁊ modica delectatiōe vel vtilitate tpali diabolo vel peccato se tradunt. Passer ergo idest incautus homo tunc in laqueū incidit quando in peccatum cadit. Eccl'e. ix. Sicut pisces capiuntur hamo ⁊ aues laqueo cōprehendunt: sic capiunt hoīes tēpore malo: scz tempore tentationis. Et nota ꝙ passeres ⁊ alie aues aliqn̄ arculis et sagittis vulnerātur: ⁊ sic est quando homines a tentationib⁹ superātur. Quandoqz v̄o retibus capiuntur: ⁊ sic est quando homines diuersis vitijs implicantur quia in reti diuerse sunt macule inuicem se connectantes: quia quandoqz vnum vitium trahit ad aliud. Quandoqz v̄o per aues prede rapiuntur: ⁊ hoc est quando timore tyrannorum ⁊ malorum ad peccādum inducūtur. Aliquādo v̄o visco detinētur: ⁊ hoc est quando propter contritionis defectum a peccato non separātur. Quandoqz v̄o laqueo stringuntur: ⁊ hoc est quādo de peccato non confitentur: quia laqueus strangulat guttur tenēdo: per qd̄ vox exire consueuit. Sed tunc a laqueo totaliter eripiūtur cum scz vere penitentes moriuntur: vt scz per cōfessionem ⁊ alia sacramenta sint a peccato liberati. Et tales defuncti dicere possunt illud p̄s.cxxiij. Laqueus contritus est ⁊ nos liberati sumus. ⁊ illud. Nos autem surreximus ⁊ erecti sumus. D

Tertio ī themate assū

pto ostendūt iusti defuncti ꝙ liberati sunt a demonum deceptione: cum subinfertur erepta est de laqueo venantiū. Ubi aduertendum est ꝙ tanta est fraudulentia ⁊ nequitia demonum ꝙ nullus posset euodere ab ea: nisi diuine gratie auxilio iuuaretur ⁊ iō euasio hoīs siue viuētis siue moriētiz a fraudulētijs ⁊ illaquestionibus demonuz est deo principaliter ⁊ non humane sapientie ascribenda. Et hoc p̄s. in persona iusti defuncti cōfitetur dicens. Ipse scz de⁹ liberauit me de laqueo venantium.

In quibus quidē verbis ex persona iusti defuncti duo facit.

Quia primo confitetur beneficiuz quod recepit: cū dicitur. ipse liberauit me.

Sc̄do refert periculum a quo euasit: cuz subditur. de laqueo venantium.

Circa primum aduertendum est ꝙ duobus modis dicitur aliquis esse liberatus ab aliquo malo. vno mō quando est extra ipsum sicut homo dicitur liberatus a carcere quādo est extro carcerē. s. postꝙ exiuit de carcere. ⁊ liberotus a creditore quando est extro debitum suū. Et sic dicitur homo esse liberatꝰ a peccato quādo est extra peccotum: idest qn̄ exiuit de peccato per penitentiā ⁊ quādo p̄soluit debitū peccati p̄ satisfactionē penitētie. Vn̄ apl's Roma. vj. Nūc aūt liberati a peccato: serui aūt facti deo. ⁊c. Sic etiā bestia dicitur esse liberata o venotoribꝰ qn̄ effugit manus eorum ⁊ nō est capto ab eis in venatione. Venotoribꝰ aūt assimilātur demones: a quibus aīo dicitur liberari qn̄ nō capit̄: idest quādo non superotur a tentatione. Et tolis liberatio fit in vica isto p̄ auxilium gratie dei. Eccli. xxxiiij. Aliquotiēs vsq3 ad mortē: idest pro pecasum in peccatū mortale: periclitatus sum: idest fui in periculo: hoīs causa. s. demonū tentantiū: sed liberatus sum gratia dei. Alio modo dicitur aliquis esse perfecte liberatꝰ ab oliquo malo: qn̄ nō solū est extra ipsum sed etiom nō timet amplius se posse redire ad ipsum: sicut ille dicit̄ perfecte liberatꝰ a corcere qui non solū est extra corcerē: sed etiom nō timet amplius redire ad carcerē. Et sic dicitur esse perfecte liberatus a peccato ⁊ a diabolo iuste defunctꝰ qui est in stotu glorie: quio tolea nō timēt posse ampliꝰ illoqueari a diabolo laqueo peccoti vel olicuius mali. Et ideo iusti defuncti sunt totaliter extra manū diaboli et sunt tm̄ in monu dei. Iuxta illud Sapiē. iij. Iustorum anime in monu dei sunt. vn̄ dicitur Ro. viij. Ipsa creotura: idest hō liberabitur a seruitute corruptiōis in libertatē glorie filioꝝ dei. Gloria filioꝝ dei primo est in anima post mortē: ⁊ tūc liberantur a seruiture diaboli ⁊ corruptiōis pctī. Secundo fiet in corpe. s. post resurrectionē: ⁊ tūc liberabūtur a seruitute corruptionis scz passibilitatis ⁊ mortis corporalis.

Secūdo in auctoritate odducta iustus defunctus refert periculum a quo euasit: quia de laqueo venantium. Notandum ꝙ sicut venatores vtuntur diuersis modis et ingenijs siue instrumentis ad capienduz feras: ito demones vtuntur diuersis vijs ⁊ astutijs ⁊ modis ad capiendum onimas. Nam venatores vtuntur canibus venotoris ⁊ pedicis ⁊ foueis ⁊ laqueis. Canes sūt dioboli venatici sunt homines praui et aliorum corruptores: qbꝰ mediantibus multos diabolꝰ capit ⁊ lucrot̄: sicut p̄ vetulas copit iuuēculas ⁊ trahit eos ad corruptionem. Michee. vij. Vir fratrē suū ad mortē venot̄. Itē vtuntur pedicis: ⁊ ita diobolus. Iob. xviij. Abscondita est in terra pedico eius: quibꝰ copiūtur lupi dn̄ oues capere moliātur: que significont violentiom raptoꝝ: qui dn̄ ab alijs rapiunt ipsi a peccoto ⁊ a diabolo capiuntor. Sed interduz lupus dimittit pedē in pedica ⁊ euodit. Et sic debet peccator raptor si vult euadere dimittere pedē. idest affectum rapiēdi vel tenēdi ropinas. Itē venatores vtunt̄ foueis ⁊ sic demones per fouesa luxurie multos capiūt. Prouer. xxiij. Fouea p̄funda ē meretrix. Item venotores vtunt̄ laqueis. i. cupiditatibꝰ diuitiarum ex quoꝝ inordinato vsu ⁊ affectu multi capiunt̄. Unde. j. Timo. vj. Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem ⁊ in laqueum diaboli. ⁊c. Dicitur ecīā laqueus ipa voluptas carnis que signatur per mulierem: de quo dicitur Eccl's. vij. Inueni amariorē mortem mulierē que laqueus venatoruz est: ⁊ sageno cor eius vincula sunt monus eius. Qui plocet deo effugiet illā: qui aūt peccator ē capiet̄ ab illo. De istis laqueis venatorum dī Prouer. xj. Qui couet laqueos. s. culpe in p̄senti: securus erit: scz in futuro: scz post mortē in stotu glorie. Ad quam ⁊c.

¶ In funere alicuiꝰ piscatoris. Ser. xxix.

Sicut pisces capiūtur hamo: ⁊ sicut aues capiūtur loqueo: sic capiūtur hōies in tēpore malo. Eccl's. ix. videmꝰ ꝙ finito bello illi qui in bello copti sunt ducunt̄ in carcerem: nisi forsitan de monibus hostiuz redimātur. Sed qui ne caperentur effugere potuerūt: in terram suā liberi redeunt. Sic finito bello ⁊ militia huiꝰ vite illi qui copti fuerīt ⁊ ligati vinculis peccotoꝝ ducentur in carcerem inferni. nisi forte per satisfactionem penitentie fuerint redempti. Sed iusti qui nec vinci ab hostibꝰ nec ca-

pi potuerunt: ibunt liberi ad ciuitatem suã De qua dicit apostolus ad Hebreos. xiij. Quia non habemus hic manentem ciuitatem: sed futuram inquirimus. Qualiter autem ab hostibus peccatores capiuntur ostenditur in verbis propositis ex triplici similitudine. cum dicitur. sicut pisces capiuntur hamo: A In quibus quidẽ verbis ostenditur triplex causa quare multi homines ab hominibus capiuntur: idest a demonibus. Prima est propter voluptatem diuitiarum. Secunda propter ambitionez honorum. Tertia vero propter cupiditatem diuitiarum.

Prima ergo similitudo pertinet ad voluptuosos: cum dicitur. sicut pisces capiuntur hamo.

Secũda pertinet ad supbos: cum dr sicut aues capiuntur laqueo.

Tertia vero pertinet ad cupidos: cũ subinfertur: ita homines capiuntur in tempore malo.

Circa primaz similitu

dinem cõsidera primo voluptuosorum visum: quod designatur in piscibus. Secundo periculum: quia capiuntur. Tertio modum, quia hamo. Circa primũ nota q̧ pisces viuentes in aquis sunt homines viuẽtes in delitijs: quorum vitium propriuz est vitium gule lz postea ex hoc cadant etiam in vitia luxurie. Pisces ergo directe gulosos designant: quod patet ex tribus. Primo ex nomine: qr pisces a pascendo dicunt ̃ḿ Isidorum secundo etymologiarum. Item patet ex motu. quia motus piscium est propter cibum et pastũ. sicut dicit philosophus septimo libro de animalibus. Item patet ex intestinis: quia pisces sunt recte intestini et cito abscindũt. sicut dicit idem in duodecimo de animalibus: Tales ergo pisces lz habeant aquam concupiscẽtie: carẽt ratione aqua gratie. et ideo putrescũt putredine luxurie. Esaie. l. Computrescent pisces sine aqua. B Secũdo notatur periculũ voluptatis: qr voluptuosi faciliter a diabolo capiuntur sicut pisces a piscatore. Et istud accidit propter tria. Primo propter offuscationem concupiscentie. quia in homine voluptuoso quando ipse tentatur de vitio carnis concupiscentia inflammatur et rationis iudicium perturbatur ꝛ offuscatur. Pisces autẽ facilius capiuntur ĩ aqua turbida q̧ in aqua limpida. vnde piscator turbat aquam ne piscis videat nassam. Et sic diabolus inflammando concupiscentiã perturbat et obscurat rationis iudicium: ne aduertat deceptionem peccati. et vt sic capiatur. Secundo accidit propter cõplacentiam delectationis venereε. Nam tentator decipit et capit animaz sicut piscator murenulam. Nam serpens cum murenula coire volens eam sibilo ad se vocat. et ideo etiã a piscatoribus sibilo vocat̃ ꝛ capit̃. Sibilus ergo serpentis est delectatio carnis: sed sibilus peccatoris ei consimilis est ipsa tentatio carnis: in qua tentator malignus homini ipsam carnis delectationẽ ad immaginationem adducit. et sue fraudulentie eius speciem abscondit: quia ad quid animã finaliter deducere debeat ei non ostendit. Tertio accidit viris propter aspectum mulieris ornate vel pulchre. Nam ornatus corporis mulieris est sicut rete diaboli ad capiendum animas intuentium. Nam lz alique se excusent dicentes q̧ non se ornent ad decipiendum: nihilominus tamen sunt similes latroni qui non audet piscari in viuario domini sui vel venari in foresta eius tamen cõmodãt recte suũ latroni audaciori. Et sic isti commodant corpora sua diabolo ad decipiẽdum et capiendum aĩas. Prouerb. vi. Mulier viri preciosam animaz capit. Et bene volunt concupisci licet nõ concupiscant. Cõtra quod dicit Aug. q̧ non solum appetere. sz etiã appeti velle criminosum est. Et Chryso. etiam dicit q̧ mulier si se decorauerit et oculos intuentiũ ad se traxerit etsi plagã non intulerit: vindictã non euoluet extra materiã. Venenũ enĩ intulit etsi nullus sit q̃ biberit. Propter hec oĩa supradicta multi hoĩes voluptuosi cõprehendunt̃ per vitiũ gule et luxurie a demonibꝰ sic multi pisces a piscatoribꝰ. ̃ḿ illud Luce. v. Concluserunt piscium multitudinem copiosam. Unde põt dici diabolo illud Luce. v. Ex hoc iam hoĩes eris capiens. C

Tertio ostẽdit ipsa silitudo thematz modũ capiendi siue instrumentũ quo capiunt̃ qr hamo. Pisces enĩ naturaliter sunt gulosi ad cibũ tã auidi q̧ non aduertũt hamum in quo est ꝛ aculeus latẽs et cibus olliciẽs Sed qđ facit in piscibus natura. hoc facit in hoĩbus voluptatis concupiscentia. s. vt ita auide attẽdãt ad delectationẽz pctĩ q̧ nõ aduertant ad deceptionẽ diaboli q̃ est ha-

mus eius quo pertrahit od dolorem suppli
cij. Job. xl. Quasi hamo capiet eum. Aba/
chuc. j. In hamo subleuabis.

Secunda similitudo

thematis pertinet ad superbos: cum dici/
tur: sicut aues capiuntur laqueo.
Ubi attende primo superborum elatio
nem propter quā sunt sicut oues.
Secundo deceptionem: quia decepti ab
aucupe capiuntur.
Tertio eorum perditionez: quia laqueo
strangulantur.
Circa primū nota qꝫ superbi assimilant
auibus. Primo ꝑpter volatuz. aues em̄ in
volando nō tenent rectas et determinatas
vias. Vn̄ fm Isidoruz. ij. etymol. dicte sunt
aues ab a quod est sine et via quasi deuie si
ne via. vn̄ aliquando ascendūt: aliquādo d
scendūt: aliquando diuertūt ad dexterā: ali
quando ad sinistrā. Et tales sunt superbo/
rum actus quales sunt auiū volatus. scz si
ne via rationis recte. Job. xxviij. Semitam
ignorauit auis. i. viam rationis superbus:
qr propriaz mensurā recte rationis trāscen
dunt in excellentie appetitu. Ex quo acci/
dit qꝫ aliquando ascendunt per ambitionē:
aliquando descendūt per delectionem. Ps.
cvj. Ascēdūt vsqꝫ ad celos: ⁊ descēdūt vsqꝫ
ad abissos. Diuertunt vsqꝫ ad dexteraz qn
prosperitatibus potiunt: ⁊ ad sinistrā quā
do aduersitatibus concutiunt. Item aues
motu alarum aerem diuidunt: sed mox ae/
re se claudente nullum signuz sui transitus
derelinquūt. Sic superbi in alto positi do/
minia et officia alijs diuidūt et distribuunt
sed eis deiectis vel mortuis deficit memo/
rio et posteritas ipsorum. Sap. v. Transie
runt oīa ista tanqꝫ vmbra. et tanqꝫ auis q
transuolat in aere. Itē aues volantes dele/
ctātur aliqū de vento. Et sic supbi delectan
tur in vento vane laudis. Vn̄ adulatores
mendacijs habēt locū apud eos et vadunt
post eos. Prouerb. x. Qui innititur menda
cijs. s. adulatorijs: pascit vētos idest hoīes
ventosos et vanigloriosos: et idē sequitur
aues volantes. i. superbos volantes: ad ho
nores mundi qui delectantur in vanis lau
dibus suis. Scdo supbi assimilantur auibꝰ
ꝑpter dominiū. Nam quedam aues sunt q
alijs auibꝰ violenter dominātur sicut aues
p̄dantes. Et tales sunt supbi qui p tyranni
dem et violentiā dñiuz sup alios assequūt
et tenēt: ⁊ tales inuadūt ⁊ p̄dātur ⁊ rapiūt
aliorū possessiones et terras. Item oēs ta
les oues sicut dicit. Arist. in. ij. de aīalibus
solitudinē diligūt: et cū aliquo sociorū ha
bitare non possunt. Et ita superbi in digni/
tatibus et honoribus singularitatem dili/
gunt. et dō sup oēs esse cupiāt. cōitatem so
cietatis et parilitatis fugiūt. Et ideo inter
supbos semp sunt iurgia vt dr Prouerbio.
xiij. Quia contendunt de altitudine digni/
tatis. scz vt possit dicere superbꝰ: Similis
factum sum pelicano solitudinis: et factus
sum sicut passer solitarius in tecto idest suꝫ
singularis i altitudine dignitatꝫ. Isti sunt
aues montiū quas dña frequēter p̄mittit
esse in montibꝰ dignitatū: vt per eos puni
antur aliquorū pctā, de quibꝰ Esa. xviij. Re
linquentur auibus montiū. i. tyrānus sup
bis. s. puniendi. Scdo nota i dicta similitu
dine supboꝝ deceptionē: qr capiūtur. s. duz
alios capere moliātur. scz pcipue capiuntur
a diabolo: qui est rex super oēs filios sup/
bie. Sed differentia est inter istū regē ⁊ ali
os reges: qr alij reges nō capiūt obedien/
tes sibi neqꝫ nocent eis, sed capiūt hostes
et rebelles. Sed diabolus e contrario facit
quia rebbelles ⁊ hosten liberos dimittit: sz
sibi obediētes capit et ad carcerē et ad sup
pliciū inferni deducit. Retia aūt qbus dia
bolus capit aues suas: sunt blande et sub/
dole tētatiōes eius. Prouer. xxix. Qui blan
dis fictisqꝫ sermōibus loquit amico suo re
te expandit gressibus eius. Ezech. xiij. Con
suūt pululillos sub omni cubito manus: et
hoc est quādo demones blande suggerunt
illicitas opatiōes: et faciūt ceruicalia sub
copite vniuerse etatis qd est quando blan/
de suggerunt immundas cogitationes. vel
affectiones: ⁊ sequitur od quid. quia ad ca
piendas animas. Sed notandū qꝫ dicitur
qꝫ eempore. Salomonis structio inueniēs
pullū suum captū iuit et quesiuit quendā
vermē cū quo rediēs cū sanguine illiꝰ tinxit
cagiam seu caueā vitreā in qua pullus eius
captꝰ erat: ⁊ statim illius sanguinis scissa ē
et cōfracta: ⁊ pullū inde liberū eduxit. Sic
deꝰ frequēter aīam a diabolo captā ⁊ in ca
giā peccati inclusam cū vermiculo. i. cū hu
militate penitentie: qui operatur in virtu/
te sanguinis et passionis christi: frangit car
cerē peccati et dimittit aīam liberā. vt euo
lare possit ad vitam eternā. Vn̄ Ezechielis
xiij. dicit deus demonibꝰ. Disrūpam eos de

brachijs vestris: ꝛ dimittam animas quas vos capitis animas ad volandū. Sed tamen tutius est vt homo custodiat se ne capiatur. Nam sicut dicit Greg. Melius est liberum exire ꝗ̄ post vincula libertatē querere. Unde dicitur Prouer. iij. Custodi pedē tuū ne capiaris. Tertio notatur in predicta similitudine superborum perditio: q꞉ laqueo ambitionis strangulantur. Notandū ꝙ duplex est causa quare aues illaqueantur. Una est ex parte auis que ad laqueum occedit. Alia est ex parte aucupis ꝗ laqueum tetendit. Et ideo dicitur Amos. iij. Nūquid cadet auis in laqueū terre absꝗ̄ aucupe? Nā cū laqueus sit in terra nō illaqueatur auis nisi descēdat ad terrā vbi laqueus est. Sic anima diligēs celestia non illaqueatur a diabolo: sꝫ qn̄ descēdit ad ista terrena diligenda ꝛ querēda: tūc illaqueatur a diabolo supbo. Unā rōne ligni terreni diabolus primā mulierē illaqueauit laqueo ambitionis et supbie dicēs Gen. iij. Quacūꝗ̄ die comederitis ex eo apperientur oculi vestri ꝛ eritis sicut dij: ecce laque⁹ terre: idest laqueus ambitionis tēsus in cibo terreno. Sic diabolus suadet homini ambitioso simoniā pecunie: que res terreno est: vt assequatur dignitatē prelationis. Et sic cadit auis incauta in laqueum terre. Esa. xxiiij. Formido ꝛ fouea ꝛ laqueus super te qui habitatores terre. Alia causa est ex pte aucupis: idest diaboli qui laqueos peccati tetendit in om̄b⁹: sed libentius capit homines laqueo ambitionis ꝛ superbie: quo ipse illaqueatus est in celo: vnde non cadit auis in istū laqueū absꝗ̄ aucupe: idest diabolo laqueū parāte. ps. cxxxix. Absc̄oderūt supbi. s. demones laqueū mihi ꝛc. Sꝫ hūc laqueū euadit humilitas: sicut dictuꝫ fuit beato Antonio: qn̄ vidit mundum laqueis diaboli plenū: ꝛ quesiuit quis euaderet: et responsum est ei ꝙ sola hūilitas. ps. cxiiij. Humiliatus sum ꝛ liberauit me. ꝛ a quo liberauit exponit alibi: cū dicit. Ipse liberauit me de laqueo venantium. D

Tertia similitudo seu

similitudinis adaptatio pōt referri ad cupido: cū dicitur in themate: sic capiuntur homines in tempore malo.

In qua primo attende vitium cupiditatis: quia homines.

Sc̄do vinculū captiuitatis: q꞉ capiuntur

Tertio periculum irremediabilitatis: quia in tempore malo: idest in tēpore mortis: postꝗ̄ non erit remedium vt a captiuitate redimantur: quia in inferno nulla est redemptio.

Circa primū notādū ꝙ p hoīes intelliguntur cupidi. Et ratio est: q꞉ homo dicitur ab humo: idest a terra humido de qua scꝫ primus hō a deo formatus est: scꝫ ſm corpus. Et ideo dicit aplus. j. Cor. xv. ꝙ primus hō de terra terren⁹. Et quia per dilectionem efficitur anima similis reb⁹ quas diligit: vt ait. Hugo de sctō victore. Scio inquit anima mea ꝙ in illius rei similitudinē quā diligis trāsformaris. Nō si celum diligis celuꝫ es: si terrā diligis terra es: ideo terrena diligēs ſm aīam efficitur terrenus. Et quia ſm corpus etiā est terrenus: congrue per homines qui a terra denominantur intelliguntur cupidi terrena diligentes: ꝛ tales habent cor graue ex pondere terreni amoris. ps. iiij. Filij hoīm vsꝗ̄ quo graui corde. Unā de illis gentilib⁹ ꝗ nō credūt vel sperāt aliā vitā. ꝛ ideo solum terrena ꝛ presentia diligūt in ps. ix. dicit. Sciār gentes qm̄ homines sunt. Secūdo ostenditur vinculum captiuitatis: quia capiuntur a diabolo. Unde ſm Aug. pecunia male acquisita est auaro quasi muscipulo: quia si vult eā tenere pro seipso: tenetur a diabolo: ꝛ dū capit eā capitur: sicut auis inueniens escā in laqueo dū capit escam capitur a laqueo ita auarus dū capit pecuniā p lucrū capitur ab ea per cupiditatis vinculū. Unā de nūmis quos lucrantur auari pōt dici illō Esa. xiiij. Erunt capiētes eos qui se ceperant.

Tertio notatur periculū irremediabilitatis: q꞉ i tpe malo. glosa: scꝫ iudicij mortis: de quo tempore dr̄ in ps. lxxiiij. ex persona xp̄i iudicis. Cū accepero tēp⁹ ego iusticias iudicabo. Hoc tempus malum est cupidis ꝛ auaritia: qui in tali iudicio damnantur. Hoc patet in diuite epulone auaro: ꝗ lazaro pauperi non subueniebat: de quo dicitur Luce. xvj. ꝙ mortu⁹ est diues ꝛc. Illi aūt qui fuerint sine macula auaritie: in tali tempore nō cōfundentur: sed perducentur ad hereditatē eternā vbi habebūt pfectā satietatē. ſm illud ps. xxxvj. Nouit dn̄s. idest approbat dies immaculatorum et hereditas eoꝝ in eternū erit. Nō confundentur in tēpore malo ꝛ in diebus famis. idest pro diebus quibus fuerūt hic famelici saturabūtur

tur scilz in saturitate: de qua dr in ps. xvi. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Ad quam nos perducat &c.

¶ In funere alicuius mercatoris. Ser. xxx.

Non erit merca

tor vltra in domo dñi. Zacharie. xiiij. Notandum q aliqua operatio hominis est que habet locū solū in alia vita sicut est visio dei per essentiam: in qua principaliter erit beatitudo hominis: vnde dicitur ex persona dei Exo. xxxiij. Non videbit me homo & viuet scz vita sensuali & mortali. Quedam vero est operatio hoīs que locū habet solū in vita ista sicut est mercatio. Et ratio est: quia mercatio fit de his que necessaria vel accommoda sunt ad sustētationem vite hoīs corruptibilis: vnde terminata vita isto corruptibili non erit amplius mercatio. Et ideo in domo dñi de qua dicitur Ioh. xiiij. In domo patris mei mansiones multe sunt. nō est mercator siue mercatio. In cuius figura dr Ioh. ij. Nolite facere domū patris mei domum negociationis. Et hoc est qd dr in verbo proposito: quia non erit mercator &c. ¶ In quibus quidem verbis describit mercator defunctus ex tribus.

Primo ex termino naturali: quia non erit vltra.

Secundo ex exercitio temporali. quia mercator.

Tertio ex domicilio finali: quia in domo domini.

Circa primū attendēdū est q econtrario se habet mors iusti hominis & mors impij qr mortuo homine iusto cessat timor omnis mali: scz & mali culpe: quia non potest vltra peccare: Itē pene si sit iustus q recedat perfecte purgatus: puta si decedat statim post baptismū. vel per martyriū. Et iō dr Soph. iij. tali iusto. Nō timebis malum vltra. Sed mortuo hoīe impio cessat oīs spes boni; vnde dr Prouer. xj. Mortuo homine impio nulla erit vltra spes.

In quibus quidem verbis de homine impio describuntur tria.

Primū est naturalis corruptio: qa mortuo homine.

Scdm est spūalis trāsgressio: quia impio

Tertiū vniuersalis priuatio: quia nulla erit vltra spes scz alicuius boni.

Circa primum nota

q corruptio hoīs. i. hoīs compositi fit per mortē: idest per separationē anime a corpore. Unde in homine mortuo & corrupto terminata omni lōgeuitate vite fit corruptio corporis: & oēs quasi accidētia in contrario pmutantur scz agilitas in grauitatem: pulchritudo in turpitudinē: & fortitudo in debilitatē. Et ideo dicitur Iob. xiiij. Homo cū mortuus fuerit & nudatus atqz consumptus: vbi queso est? Quasi dicat. si cōsideremus antiquos iam mortuos & consumptos: vbi queso est lōgeuitas Mathusalē nōgētorū sexagintanouē annorū: & mortuus est: de quo dicitur Geñ. v. q facti sunt oēs dies mathusalē &c. Ubi est agilitas Azahelis: de quo dicitur. ij. Reg. ij. Porro azahel cursor velocissimus fuit quasi vnus ex capreis. & post subdit. Et percussit eū Abner aduersa hasta ī inguine & trāsfodit: & mortuus est in eodē loco. Ubi queso est valitudo Caleph: qui ait Iosue. xiiij. Hodie octogintaqnqz annorū sum sic valens vt eo valebā tpe qñ ad explorādū missus sum. s. qñ erat quadraginta quinqz annorū. sequitur: Et illius sn me tēporis fortitudo vsqz hodie perseuerat tā ad bellādum q ad gradiēdū qui tñ postea mortuus est: & annihilata est eius valitudo. Uel vbi queso est fortitudo Samsonis: de quo legit Iudicū. xiiij. q dilacerauit leonē quasi hedū in frusta discerperet. Et eodē. xv. q rupit vincula duorum nouorū funiū quibus ligatus erat sicut soleat ad ardorē ignis ligna consumi: & inuēta maxilla asini interfecit ex ea mille viros. Et post plures alias fortitudines qs fecerat dr de ipo Iudicū. xvj. q apprehendēs ambas colūnas qbus innitebat domus: concussisqz colūnis fortiter: cecidit domus super oēs principes & sup cetera multitudinem que ibi erat multoqz plures interfecit moriēs q ante viuus occiderat. Itē qso vbi est pulchritudo Absalonis: de quo legit. ij. Reg. xiiij. Porro sicut Absalon vir non erat pulcher in omni israel & decorus nimis. A vestigio pedis vsqz ad verticem nō erat in eo vlla macula. Et tñ eodē. xviij. dr q tulit Ioab tres lāceas & infixit eas in corde absalon. Cūqz adhuc palpitaret decem iuuenes armigeri Ioab pcutiētes iterfecerūt: & proiecerūt eū in saltu in foueā grandē: & cōportauerūt super eū aceruum lapidū magnum

kimis. Et ita patet quomodo mors humiliat omnē humanam gloriam: siue de fortitudine: siue de pulchritudine: siue de quacūq3 gratiositate corporali. Scd̄o describitur in auctoritate inducta spūalis transgressio sc3 que fit ab homine impio. Ubi advertendum est ꝙ ab homine impio tollitur omnis modus pacis. Et ratio est. quia cum pax s̄m Augustinū sit ordinata tranquillitas: idest tranquillitas sequens ex ordinata vita: sicut fit in homine impio vita omnimode inordinata: ita tollitur ab eo omnis modus pacis. Nam vita hominis debet esse ordinata respectu dei: respectu sui: ⁊ respectu proximi. Sed vita hominis impij efficitur inordinata respectu dei: qui sc3 deo non obedit. Item respectu sui quia caro spiritui et sensualitas rationi rebellat et contradicit: ⁊ ipse mogis sequitur carnē ⁊ sensualitatem ꝙ rationes. Fit etiā inordinata respectu ꝓximi. quia qui sibi nequam est cui alij bonꝰ erit? Ergo ꝓpter inordinationē sui ꝑdit pace3 pectoris: idest tranquilitatē et pacem cōsciencie. Sed ꝓpter inordinatā vitam respectu proximi perdit pacē temporis. Sed ꝓpter inobediētiā dei ꝑuabitur pace eternitatis: que erit ī ipso deo. Et ideo d̄r Esa. xlviij. ꝙ non est pax impijs. Et eodē. lvij. Cor impij quasi mare feruens quod quiescere non pōt. Tertio describitur in auctoritate īducta vniuersalis boni priuatio. q2 nulla erit vltra spes sc3 alicuiꝰ boni. Et rō est: q2 bonu3 hoīs triplex est. s. externū: et interuu3: ⁊ supnū. Sed impiꝰ mortuus et damnatus est priuatus spe boni exterioris: q2 a nulla creatura extra se existente potest aliquod suffragium siue auxilium recipere. Unde priuatꝰ est beneficio et vtilitate oīm creaturarū siue omni refrigerio. Item est priuatus spe boni interioris. quia priuatus est grā dei ⁊ virtutibꝰ: nec ē possibile vltra recuperare ea que recuperari possunt in vita ista per pniam. vnde loco earū habet habitus vitiosos qui eum cruciant ⁊ mordēt ad modū vermiū. Item est priuatus spe boni superioris qđ est bonum eternum et beatitudo sanctorum: quam sancti qui sunt in celo habēt in re: sed qui sunt ī mundo in spe. Sed impius damnatus nec ī re nec in spe habet quia scit se esse in eternum priuatum gloria eterne beatitudinis: quam scili3 consecutus fuisset nisi fuisset ex culpa sua. Et ideo dicitur Prouerbiorum. x. Spes impiorū peribit. Et sic patet primum principale. B

Secūdo quoq3 describitur ī themate mercatoris cōditio ex exercitio temporali: a quo. s. denominatur mercator: sc3 quia mercationē exercet. Ubi aduertendū ꝙ quidā dixerunt ꝙ oīs mercatio illicita est. Unde Aristoteles in politicis dixit ꝙ omnis mercator est vituperabilis. Et rationē assignabat: q2 omnis actio nostra iudicaᷓ bona vel mala ex intentione finis. sed finis intentus ex mercatione est lucrum qđ pertinet ad cupiditate3 et ideo mercatio illaudabilis. ē quia ex cupiditate lucri procedit. Sed isti pro tanto nō bene dicunt: q2 etiam ip̄m lucrū potest ad bonum finē ordinari: sicut ad domꝰ et familie sustentationem vel pauperū subuentione3 et huiusmodi. tamē si mercator lucrū intendat non quasi finem: sed vt stipendium laboris: mercatio erit licita et etiam laudabilis propter aliquem bonū finē ad que3 etiā ordinatur. Reprehenditur tñ mercator cupidus qui non intendit nisi ad lucrum: et qui tantū occupatur circa mercationes ꝙ negligit spūalia: et qui ponit finem suu3 in lucro et diuitijs et non attendit ad incertitudinē vite sue. Unde dicitur Jaco. iiij. Dicitis mercabimur et lucrum faciemus: qui ignoratis quid sit vobis in crastinum. In quibus quidem verbis de mercatoribus d̄scribitur tria.

Primo mercatorum actus: cum dicitur mercabimur.

Secūdo mercationū fructus: cū subditur. et lucrum faciemus.

Tertio ipsorum euētus: quia ignorotis ⁊c. Actus ergo potest esse iustus: fructꝰ potest esse licitus sed euētus est incertus et dubiꝰ. Circa primū ottendendu3 est ꝙ homo pōt licite et etiam illicite mercari sc3 emendo vel vendendo. Et hoc precipue consideraᷓ ex quattuor. Primo ex modo sc3 vt pure et sine vitio fiat. Na3 si fieret cū mendacijs ⁊ cū fraudibꝰ ⁊ dolositatibꝰ erit ꝑfecto illicita mercatio. Et quia vix fit hodie mercatio sine fraudibꝰ vel saltē sine mēdacijs videtur impleri illud Apoca. xiij. Et faciet inquit ne q̄s possit vēdere aut emere nisi habeat characteres bestie aut nomē bestie aut numerū nois eius. Bestia eīm q̄ a vastando dicitᷓ diabolū representat: cuiꝰ quidē cho-

racter est fraus vel falsitas: eius quia ipse
mēdax est et pater eiꝰ. vt dicitur Joh. viij.
Sine hoc ergo charactere fraudulētie vel
mendacij non videntur hodie vendere vel
emere mercatores: et tamē subdit in Apo/
ca. xiiij. ꝙ qui accipit characterē scʒ bestie
in fronte sua aut in manu suo bibet de vi/
no ire dei. Scđo vero cōsideratur an sit bru/
talis et illicita mercatio ex ꝑcio rei empte
vel vendite: quia si sit iustum precium erit
mercatio licita. si vero non iustum: illicita.
Dicitur autem iustum precium quando est
ſm valorem rei. Quia emptio et venditio
introducta est ꝑ cōmuni vtilitate vtriusqʒ
partis: scʒ ementis et vendentis dum vnus
indiget re alterius ⁊ ecōtrario. Et qđ intra
ductum est pro cōmuni vtilitate nō debet
cedere in grauamen magis vni ꝙ̄ alteri.
Unde ſm equalitatem rei debet contractꝰ
inter eos institui. Quātitas aūt earum re/
rum que veniūt in vsum hoīm mensuratur
ſm preciū datū. ⁊ ad hoc ſm philosophum
inventū est numisma. Et iđ si precium exce/
dat quantitatem valoris rei vel res excedat
ꝑciū: nō seruatur equalitas iusticie. et ideo
rem chariꝰ vēdere vel vilius emere ꝙ̄ va/
leat ſm se iniustū et illicitū est. Tertio con
sideratur an sit illicita vel licita mercatio
ex vitio: scʒ rei vendite. Nam aliqñ res que
vēditur hʒ vitium siue defectum quantū ad
speciem rei. Et si talem defectū vēditor co/
gnoscat esse in ipa re quam vendit: tunc in
ipsa vēditione fraudē cōmittit: ex qua red/
ditur venditio illicita. et non solum peccat
iniuste vēdendo. sed etiā ad restitutionem
tenetur. vt si vendat aurū falsum vel eracū
falsum pro vero. vel vinū mixtum pro puro
scienter. Sed si venditor ignorat vitiū: tūc
non peccat vendendo: qr lʒ faciat iniustum
naturaliter tū operatio eiꝰ non est iniusta.
Sed qñ cognouerit ipm vitiū: tūc tenetur
ad cōpensandū damnū emptori. Item si
venditor estimat rem suā quantū ad speciē
minꝰ preciosam ꝙ̄ sit vt si vendat aurū ꝑ
auricalcho: emptor si illđ cognouit iniuste
egit et ad restitutionē tenet. Sʒ si illud tūc
nō cognoscat quādo emit: lʒ tūc non tenea/
tur: tenetur tamen cū ad eius noticiā vene
rit. Aliquando res que venditur habet de/
fectū et vitiū quantū ad quātitatē: puta qñ
nō vtitur recto pādere vel mensura: et tunc
etiā est fraudulenta et illicita venditio. Uñ
Deut. xxv. dominus prohibuit dicēs. Non
Non est mortua puella: sz dormit. Mat. ix. Duo errores periculosi fuerūt de homine antiquitus dicti. Primus fuit eoꝝ q̄ dixerunt φ anima non viuit post corpꝰ sed cū ipso corpore pariter resolui. Et isti submoto honore immortalitatis quez deꝰ ſm animam intellectualez eis dedit fecerant seipsos similes bestijs dicentes illud Eccl's. iij. Unus est interitus hominis et iumentorū et equa vtriusq; conditio. Sicut moriꝛ homo: sic et illa moriunꝛ. Similiter spirant oīa et nihil hz homo iumētis amplius. vnde de eis. ps. xlviij. dixit. Homo cū in honore esset nō intellexit comparatus est iumentis insipiētibꝰ ⁊ similes factꝰ est illis. Scdus fuit eoꝝ qui dato φ ponerent animam immortalē dixerunt tamē impossibile esse coꝛ resurrectionē: attendentes tm̄ ad ordinez et potentiā nature: ſm quā non inuenitur possibile. vt fiat regressus de corporali priuatione. mortis ad pristinū vite habitum. Sed non aduerterunt quō hoc sit possibile ⁊ facile dei omnipotētie. ⁊ ideo hoc per dei oipotētiaz fiendū esse beatus Job p reuelationē ipsius dei certissime cognoscēs ait Job. xix. Scio φ redemptor meꝰ viuit ⁊c. Et idcirco dñs nr̄ iesus xp̄s volens vtrūq; errorē de puella iā in corpore mortua ou

ferre ait verbū ꝓpositum. Non est mortua puella. i. in aīa quis corpore sit defuncta. sed dormit. i. mortua est in spe resurrectionis: qꝛ sicut possibile est homini excitare dormientem. ita facile est deo resuscitare morientem. ¶ In quibus quidem verbis circa puellam defunctam ostendit tria.

Nā primo ostendit spūa incorruptibilitatē cū ait. non est mortua: scꝫ sm animam

Scđo obitus celeritatē. qꝛ puella erat scꝫ defuncta in puellari etate.

Tertio defectus reparabilitatē: qꝛ dormit. i. sicut dormiens pōt et debet aliqñ excitari: ita ipsa defuncta resuscitari. vñ per xp̄m fuit mox resuscitata.

Circa primū notandū

est ꝙ sicut aliquando accidit de arbore ꝙ in ramis et in stirpe que apparēt videtur sicca et mortua: tamen in radice que nō apparet remanet virtus vite. ꝓpter qđ succiso ligno arboris cum ramis fit ex radice pullulatio arboris noue. Sic etiam mortuo homine sm corpus remanent aīa q̄ est radix vite. ita ꝙ virtute dei iterū renuitur eidem corpori virtute dei reformato. sm illud Phil. iij. Qui reformabit corpus humilitatis nostre ꝯfiguratum corpori claritatis sue ꝛc. ꝛ tūc pullulabit nou9 hō: idē tn̄ numero ꝓpter idētitatē aīe et materie corporalis. Et ideo potest spūs hoīs dicere illud ps. cxvij. Non moriar sed viuam. In quibus quidem verbis duo facit.

Quia primo remouet a se priuationis maliciam. cum dicit. non moriar.

Scđo asserit perfectionis permanentiam: quia viuam.

Circa primū attendendū est ꝙ homo lꝫ sm corpus non possit euadere mortē ꝓpter qđ dr ps. lxxxviij. Quis est hō q̄ vi. ꝛ nō videbit mor. quasi dicat null9. sm aīam tn̄ communē mortē euadere pōt. s. ꝛ nature et culpe et gehenne. Bene ergo est aīe qꝛ euadit mortē nature: sꝫ melius si euadat mortē culpe: sꝫ optime si euadat mortē gehēne. Euadit ergo anima mortem nature: quia corrupto corpe nō corrumpit aīa. Et hoc habet aīa hoīs ex eo ꝙ est nature: et substantie intellectualis. Nam intellectuales substantie sicut dicit beatus Dionysius habēt indeficiētiā ab omni interitu et morte munde existentes. et ideo in morte separant a corpore sicut ꝑpetuū a corruptibili, sicut phs dicit. Et de hoc habetur argumentum ab experientia veritatis. Nam frater quidam de ordine fratrū predicatorū cum esset mortuus anteꝙ sepulture corpus eius traderetur apparuit de sero in corporali tn̄ effigie cuidā fratri amico suo vigilanti et legēti. quem cū ille ante se stantē vidisset quē esse mortuū ignorabat. letificatus de eius presentia dixit. Bene venias: qñ venisti ad conuentū. Benedictus deus ꝙ video te sanum quē audieram pridie grauiter infirmatum. Cui rñdit ille dicens. Uere infirmatus fui. et isto sero corpore sum defunctus. et modo fratres de conuentu vbi eras circa corpus meū mortuū psalmos et orationes dicunt. Ille igitur hoc audiens et aliquantulum territus assumpta tn̄ fiducia ei dixit. Si ita est vt dixisti, placet tibi vt mihi respondeas de tribus. Primū est qđ sentit aīa in ipsa separatione a corpe. Scđm est an sit verum ꝙ aīa post egressum a corpore statim assistat diuino iudicio: et qualiter iudiciū illud fiat. Tertium mihi pandas quid iudicatū sit de te. Ille aūt ad singula quesita respondēs ait. Ad primum respōdeo quid mihi circa hoc acciderit referens: qꝛ ea hora qua morti appropinquās cepi corpe resolui: diabolo immittente imaginari cepi ac credere ꝙ deberē ex toto deficere et tā in aīa q̄ in corpore corrūpi: sed angelo dei occulte suadente a meipso hoꝛs regressus dixi. Ubi nūc fides mea est quas vsqꝫ nūc inuiolatā tenui de aīe immortalitate et alterius vite statu. Et statim me in huius fidei cōfessione firmato viso est fieri reuolutio q̄dā subita ac si tot9 mund9 ab imo verteretur ad summū. Et sic me solam animam a proprio corpore separatam et in me cōsistentē cū leticia veritatis translate inee fidei reperi. De scđo vero rñdeo ꝙ cum essem separatus a corpore: quoddā immensum lumen intellectuale desuper in mente mea resplenduit. ex quo diuine maiestatis presentiam intellexi: sub cuius virtute luminis omnia quecunqꝫ egeram ꝛ merito vel demerita ante mētis mee oculos subito sunt adducta. et ipso ostendente lumine ego ipse cognoui: et cuius glorie premio et meritis essem dign9: et cui etiā purgatorij pene ex meis negligentijs ꝛ defectibus applicād9. et postea hoc dictū lumē disparuit. De tertio vero tibi rñdeo ꝙ sum propter meos defectus adiudicatus purgatorij pe

ne ad certũ tẽpus: sed ꝑpter sanctã amici
tiã ⁊ charitatẽ quã habui tecũ: concessum
fuit mihi a dño vt tibi apparerẽ ⁊ ad illam
penã abbreuiandã missarum ⁊ deuotarũ
orationũ tua ⁊ alioꝝ per te suffragia postu
larem: quo ⁊ nũc a charitate tua pie ⁊ fi/
denter exposco. post quod valedicto dispa
ruit. Et iste postmodum vt fidelis amicus
et per se ⁊ p alios fratres per dies multos
petita suffragia non destitit ei dare. Valde
aũt letificatus remãsit ꝙ tã de imortalita
te aĩe ꝗ̃ de statu alterius vite et de amici
etiã salute certificatus est. Et sic etiam veri
ficatũ ostẽdit qđ dr̃ Matth. xxij. ꝙ non est
deus mortuoꝝ sed viuentiũ scʒ aĩarum.

B Potest ⁊ scđo aĩa euadere mortem cul
pe quã incurrit ꝑdendo vitã grẽ. ſm illud
Jacobi. j. Peccatũ cũ cõsummatuʒ fuerit:
scʒ p consensum: qđ inchoat in cogitatiõe:
ꝓcedit in delectatiõe: cõsummatur in con
sensu: generat mortem. Sed hanc mortem
euadet illa que innocentiã seruauerit aut
que per pniam se emendauerit. Eze. xxxiij.
Si dixero impio morte morieris: ⁊ egerit
penitentiã a pctõ suo: feceritqʒ iudiciũ ⁊
iusticiã vita viuet ⁊ non morietur. Jtẽ põt
euadere mortẽ gehenne que dr̃ mors eter/
na. scʒ viuẽdo in gratia ⁊ per fidem forma
tã. vñ. Joh. xj. Omnis qui viuit: scilʒ vita
gratie ⁊ credit in me: scʒ fide formata cha/
ritate quo. scʒ credendo ⁊ diligendo ⁊ ope
rando in eũ tendimus ⁊ ideo in eũ credere
dicimur: talis inquã non morietur in eter
num. Scđo notat permanentia perfectio/
nis: perfectio em̃ viuentis est ipm viuere
⁊ ideo dicit: sed viuam scʒ vita immortali
nam ſm aĩam habet vitã immortalem na
ture: ⁊ post etiam viuere vita gratie ⁊ tan
dem vita glorie que erit vita tota intellec/
tualis. et hanc petebat ps. cxviij. dicens
Jntellectum da mihi ⁊ viuã. C

Secũdo in themate as

sumpto tangit dñs obitus celeritatem: qr
scʒ adhuc puella erat de qua prius dixerat
filia mea modo defũcta est: ⁊ ita accelera/
ta erat ei mors: nõ expectans eius senectu
tẽ. erat em̃ in puellari etate sicut est modo
isto. ⁊ q̃ spectabat forte vt tũc iret ad spõ/
sum carnalẽ. modo ire cõpulsa est ad vidẽ/
dũ iudicẽ celestem. scʒ xp̃m. et feliciter erit
ei si inuenta fuerit habere in re illud quod
puella sonat in noĩe. Nã puella sicut dicit

Jsidorꝰ est nomen etatis integritatis ⁊ ho
nestatis: ⁊ dr̃ puella quasi pura sicut pupil
la. Vnõ btã puella que ad xp̃m vadit par
ua per humilitatem: integra per virginita
tẽ: honesta per pudicitiã: pura per sinceri/
tatis mundiciam. Vel parua in sui estima
tione: integra sine carnis corruptione: ho/
nesta in moribus: pura in operibus. Talis
debet esse quelibet anima: que procedit p
mortẽ ad sponsum videndũ in gloria. Qđ
figuratur Actuũ. xij. vbi dicitur ꝙ proces/
sit puella ad videndũ. Vbi de anima que
egreditur bene disposita sub figura puel/
le describuntur tria.

Et primũ ẽ morꝭ ꝑfectus: qr processit.
Scđm est morientis virtus: qr puella.
Tertiuʒ est felicitatis intuitus: quia ad
videndum.

Circa primũ notandũ ꝙ anima sancta ⁊
pura quando hinc egreditur debet proce/
dere: quia cum leta processione ducitur ad
sponsum celestem: scʒ cũ choris ⁊ laudibus
sanctoꝝ angeloꝝ. Hoc figuratũ est Judi/
cum. xxj. in filiabus sylo que interp̃tantur
translate. de quibus ibi dicitur. Cũqʒ vide
ritis filias sylo. idest animas sanctas de
corpore translatas ad ducenduʒ choros ex
more procedere. Se ista processio leta per
fectius fiet in die iudicij: quando sicut di/
citur Joh. v. Procedent qui bona fecerũt
in resurrectionem vite: qui vero mala ege/
runt in resurrectioneʒ iudicij: scʒ dãnatio/
nis. Et sic erit duplex processio. Vna bono
rum: alia malorum: vna ad vitam: alia ad
mortem eternam. Scđo describitur virtus
⁊ ornatus qui debet esse in anima homi/
nis morientis: scʒ in puella. Nã puelle ſm
complexionem sunt calide ⁊ humide. Et sic
anima vt sit bene disposita debʒ esse cali/
da per dilectioneʒ ⁊ humida per deuotio/
nem: ita ꝙ frequenter lachrymis ex deuo/
tione abundet. in quas deuotionis lachry
mas precipue resoluitur persona deuota
audiẽdo vel meditando ṽba diuina. vnde
canticoruʒ. v. dicit puella: idest anima deo
deuota. Anima mea liquefacta est vt dile/
ctus locutus est. Nam in liquefactione aĩe
notatur calor dilectionis resoluens: ⁊ hu/
mor deuotionis decurrens. Jtem puelle
ſm corporis dispositioneʒ sunt tenelle gra
ciles flexibiles ⁊ pulchre. Et sic anima de/
bet esse tenella per beniuolentiam: graci/
lis per abstinentiam: flexibilis per obe/

dientias. et pulchra per mundiciā. Figura huius habet. iij. Regū. j. vbi dī de Abisoc sunamite. Erat nāq puella pulchra nimis. quia non erat sordida. idest in peccatis fedata. De tali enī dicit deus pater filio suo sponso illud Leuiti. xxj. Sordidam et repudiatam nō accipiet: sed puellam depopulo meo scz sancto etc. Tales sunt anime que vēdunt diabolo pro vino delectationis peccati sm illud Johele. iij. Puellam vendiderunt pro vino vt biberent. Tales anime que egrediuntur ex corpore dicuntur captiue a diabolo ad carcerē inferni. sm illud. iiij. Regū. v. Captiuas duxerunt puellas: scz latrunculi syrie: per quos demones designantur. Non ergo tales vult rex siue sponsus celestis: sed vult eas pulchras per mūdiciam mētis et corporis. sm illud Hester. ij. Querant regi puelle virgines atq speciose. Virgines. scz per continentiā corporis et speciose per mūdiciā mētis. Talis figuratur in Rebecca de qua dicit Gen. xxiiij. Erat autem Rebecca puella decora nimis viroq pulcherrima. Tertio notatur in auctoritate adducta felicitatis intuitus qī pcessit ad videndum scz xpm sponsum suum: quem in vita hac videre non poterat exodi. xxxiij. Non videbit me homo et viuet in hac visione est tota merces sz Augustinū: quia tunc sicut dicitur. j. Johan. iij. similes erimus ei et videbimus eum sicuti est. Et in hac visione erit perfecta sacietas et pax anime. In cuius figura dixit symeon Luce. ij. Nunc dimittis seruum tuum dñe etc. Et de hac visione dicit Grego. in moralibus. Cum peruenerimus ad te fōtem vite et dulcissimaz speciem erit nobis ex visiōe tua inserta sitis simulq sacietas: sed longe aberit a siti necessitas: et a sacietate fastidium quia sitientes satiabimur et satiati sitiemus. D

Tertio in themate as

sumpto ostenditur defectus reparabilitas cum dī. sed dormit: quasi dicat. licz defecerit p mortem: reparari tn̄ pōt p resurrectionem: sicut ille qui dormit euigilari pōt p excitationem. ps. xl. Nunquid qui dormit nō adijciet vt resurgat? Ubi notandum est q mors beatoꝝ assimilat somno siue dormitioni propter tria. Primo quidem propter quietis suauitatem: quia nullorum laborum dormiens meminit sed tūc dulciter requiescit. Et ita viri iusti per somnuz mortis requiem a laboribus capiunt. Apocal. xiiij. Beati mortui qui in dño moriuntur etc. et ad eterne pacis dulcedinez perueniunt: sm illud ps. iiij. In pace in idipsum dormiam et requiescā. Scdo ppter dormientis securitatem: qī scz dū homo dormit nullius aduersarij potentiam pertimescit. Et ita iusti somnū mortis de omnium aduersariorū manibus eripiuntur et eterne securitatis fiducia perfruunt. Leuiti. xxvj. Dormietis et non erit qui exterreat. In hoc tn̄ distat securitas mortis iustorū a securitate dormientium: quia securitas somni est ex insensibilitate: sed mortis securitas est ex libertate: de qua in ps. cxxiij. Laqueus contritus est: et nos liberati sumus. vnd Joh. xj. Si dormit saluus erit. Tertio ppter figure dormientis mutabilitatē: qī extra videtur mortuus qui maxime intus viuit. Et sic isti cū mortui sm carnē sunt: tūc vera vita viuunt. Et ideo dicitur ex persona iusti mortui Cantico. v. Ego dormio et cor meū vigilat idest mens est in contemplatione eterne veritatis: i qua vita eterna ē. Ad quam nos perducat etc.

¶ In obitu mulieris nobilis et pulchre. Sermo. xxxv.

Omnis caro fe

nū et oīs glīa eius qsi flos feni. j. Petri. j. Dicit q pauo qn extensis alis suis videt pulchritudinē pennarū suaꝝ: in imaginatione sua quodāmodo extollitur de sua pulchritudine: et facit rotā suā: sed quando inclinato capite pedum suoꝝ turpitudinem aspicit: totus deijci et humiliari videtur. Ita mulier pulchra vel nobilis quando cogitat nobilitatem et pulchritudinē corporis sui: cōponit se extollitur et progreditur vt a cunctis aspiciatur. Sed si inclinaret caput: idest mentem ad respiciendū turpitudinē pedū. i. vilitatem finis corporis sui quod cito resoluetur in putredinē et vermes: multum humiliaret et despiceret seipsam. quia gloria et flos carnis cito deficit. Et ideo dicit in verbo proposito q omnis caro fenum etc. A

In quibus quidem verbis vanitas glorie carnalis describitur ex tribus.

Primo ex infirmitate generali: quia omnis caro.

Secundo ex corruptibilitate naturali. quia fenum.

Tertio ex facilitate instabili: qr omnis gloria ꝛc.

Circa primum nota ꝙ

Magna differentia est inter mulieres sanctas et mulieres vanas. Quia mulieres sancte gloriantur solum de interioribus que pertinent ad animam. scȝ d pulchritudine et ornamenta virtutum. Unde de muliere sancta dicitur in ps. xliiij. Oīs gloria eius filie reg. abintus in fimbr aureis. que sunt opera in charitate facta circumamicta varietate: scȝ aliarum virtutū. Sed vane mulieres gloriantur solum de exterioribus. s. que pertinent ad carnem. vt de pulchritudine membrorū: de ornatu vestimentorum de magnitudine temporali maritorum vel propinquorum. Et rō hui⁹ diuersitatis est: qr vane mulieres studēt plus placere mundo ꝙ deo: sȝ hmōi carnalia sunt ex quibus efficiuntur gratiose mundo: vt pulchritudo ꝛ ornatus et similia. et ideo in talib⁹ maxime gloriant. Sed sancte mulieres nō appetūt placere mūdo sȝ deo. sȝ deo sciūt se nō placere ꝓpter ista carnalia: sed magis ex taliū affectu ei displicere. sm illud Roma. viij. Qui aūt in carne sunt. i. in carnalium affectu: deo placere non possunt. Uñ i talibus nolunt gloriari. qr sciunt esse contemptibilia deo. vnde magis in spiritualibus gloriant ꝗ sciunt ei esse accepta. Nam ea que sunt magis accepta mūdo deus contemnit vt pulchritudinē vel nobilitatē carnalē et magnitudinem tpalem. Et econtra ea que mundo ꝯtemptibilia sunt deus magis eligit. vt nullus glorief de carnalibus. Uñ di i. Cor. i. Infirma mundi elegit de⁹ vt confundat fortia. et ignobilia mundi ꝛ cōtemptibilia elegit deus et ea ꝗ nō sunt vt ea ꝗ sunt destrueret. vt non glorietur omnis caro in cōspectu ei⁹. In quibus quidem verbis apostolus mundi gloriam repellendam esse ostendit quoad quinqȝ.

Nam primo quidem ostendit quare non est gloriandū de fortitudinis firmitate. s. qr infirma mundi elegit ꝛc.

Scōa quare nō est gloriandū de originis nobilitate: qr ignobilia mundi ꝛc.

Tertio quare nō est gloriandū de diuitiarum copiositate: qr ꝯtemptibilia elegit ꝛc.

Quarto quare nō est gloriandū de fame claritate: qr de⁹ elegit ea ꝗ nō sunt ꝛc.

Quinto quare nō est gloriandū de pulchritudinis formositate. vt non glorietur omnis caro ꝛc.

Circa primum attendendum est ꝙ nō est gloriandum in sanitate vel fortitudine corporis: quia infirma mūdi ꝛc. Quod quidem ex hoc apparet: quia nanq̄ unꝙ sanitas carnis causat infirmitatem mentis. et fortitudo corporis parit debilitatem spiritus. Sunt enim quidam fructus qui habent exteriorem corticem durum et fortem sed interiorem medullam teneram ꝛ mollem sicut nuces et amigdala et pini fructus et similia. Ee sic quidam habent corpus robustum et sanum: sed spiritum debilem ꝛ ifirmum. Et de talibus fuit. Saul: qui corpore fortis erat ꝛ oīa debilis quia a carnis voluptate vincebatur. Econtra quidā fructus sunt qui habent exteriorem substantiam debilem et mollem sed interiora ossa dura et fortia: sicut cerasa et pruna. Et ita quidam habent corpus passibile et infirmū spiritum vo fortem et promptum. Et de talibus erat apostolus qui dicebat. ij. Cor. xij. Cum infirmor scȝ corpore: tunc fortior sum et potēs. s. spiritu. Et hoc ideo est quia peccatū est qd reddit spiritum siue animaȝ debilem et infirmā. Sed infirmitas corporalis preseruat ab infirmitate peccati quia infirmitas vna preseruat ab alia: de ꝗ apparet exemplū etiā in corpore. Sicut pueri quibus i partibus capitis accidunt vlcera et apostemata ꝛ adest fluxus narium: preseruantur ab epilentia. vt dicit Auicenna: qr sic purgatur humiditas cerebri: ꝗ si non purgaretur iduceret epilentiam. Sic etiā per infirmitates corporis purgantur et remanent interdū tentationes et male dispositiones mētis que facerent hominem nisi sic purgaretur ruere in peccata. Ex his ergo satis appet ꝙ ifirmitas corporis gignit fortitudinem mentis. ij. Cor. xij. Uirtus in infirmitate perficitur. Et tunc accidit qd dicitur Mathei. xxvi. Spiritus quidem promptus est caro autē infirma scilicet ad faciendū bonum et ad tolerandum malum.

B Scōo non est gloriandum de originis nobilitate. quia ignobilia elegit deus quasi non curans de nobilitate carnis. Uñ frequenter ignobiles sunt meliores et sanctiores nobilib⁹. quia etiam ipsa nobilitas est eis occasio ābitionis ꝛ supbie. et multi etiā

degenerāt a sue nobilitatis origine. Uidetur eñ ipsa nobilitas ad ambitionē honoꝝ īclinare. Un̄ phs dicit in scd̄o retho. ꝙ nobilitas est facere eū qui hꝫ ipsam amatorē honoris. Et rō est qꝛ oēs cum habent aliq̄d de aliquo consueuerūt accumulare ad illud est eñ naturale ꝙ īperfectuꝫ desiderat perfici. ideo etiam modicū diuites voluāt fieri ditiores. et ita honorabiles amant esse honorabiliores. nobilitas ergo existens queda honorabilitas p̄imoꝝ facit ipsos nobiles esse amatores maiorū honoruꝫ. Et ex tali appetitu sequit̄ inuidia in eos qui sunt in honore. et aliqñ insidie ad abijciendum eos. et aliqñ faciunt scismata ⁊ scandala in ciuitatibus vt ipsi honores assequantur: sicut fecit catilina rome ꝑut Salustius refert. Itēꝫ nobilitas aliqñ facit eos supbos et despectiuos q̄ sunt siles ꝓgenitorib⁹ suis ꝑut phs dicit ibidem. Et rō est: qꝛ dignitas ⁊ nobilitas sunt magis honorabilia: ⁊ etiam magis iactabilia longe facta ꝙ prope. Ideo quāto magis descēdit generatio tanto nobilitas facit superiores. propter qd̄ filij nobiliuꝫ se reputant meliores patribus suis: qꝛ cum sit dare initiū quo parentes sui ceperūt ditari. et ipsi sunt magis lōge a pauptate ꝙ aliq̄s progenitoꝝ. iō magis se iactant et siles ꝓgenitoꝝ despiciunt Unde et dux calabrie duꝫ peteret dominiū terre seu castri sancti geminiani. et illi de terra offerrent ei dominium terre ꝑut dederāt pauo suo regi Karolo q̄ fuit germanus sancti Ludouici regis francoꝝ. Ille respondit. Proauus meus qñ dedistis illi dominiū nondū erat rex. sed tm̄ comes prouincie: nec erat primogenitus regis cui regni deberet̄ successio. Ego aūt sum dux et regis primogenit⁹: et iō pl⁹ honoris debetis mihi facere ꝙ illi: nec cōtentus fuit eorū oblatione. sꝫ magis minus volebat dominiū habere in eis: qd̄ illi non dederunt. Item qꝛ illi sunt nobiles qui sunt de genere digno et virtuoso. generosum aūt est nō degenerare a naturali origine siue nobilitate: ideo multi nobiliū efficiunt̄ degeneres recedendo a nobilitate et virtutib⁹ suorum progenitorum. sicut accidit quandoqꝫ aliquādo terrio ꝙ ex bono frumento nascitur malum bladum. Item dato ꝙ nobilitas possit prodesse quantum ad bona assequenda vel mala euadenda in vita ista tamen ad bona vel mala alterius vite nihil prodest. Quid eñ prodest existenti in inferno sua vel filiorum nobilitas. Un̄ Job. xiiij. Siue nobiles fuerint filij eius siue ignobiles: non intelliget. Attamen anima eius in semetipsa lugebit. ¶ Tertio sic ostendit ꝙ non sit gloriandum de diuitiarum copiositate: quia contemptibilia elegit deus: scꝫ paupertatem et mendicitatem vnde frequenter illi q̄ sunt pauperes sunt iusti. et illi qui sunt diuites iniqui. Et ideo etiam Augustinus dicit ꝙ omnis diues aut iniquus est aut heres iniqui. Ipsa etiaꝫ diuitiarum copia inclinat homines ad diuersa vitia: prout etiam ostendit ipse Augustinus. Sunt eñ primo diuites contumeliosi et elati. qꝛ eo ipso ꝙ diuitias habēt vident̄ eis habere omnia bona. qꝛ scꝫ vidētur vulgaribus omnia esse appreciabilia precio diuitiarū ac si oīa mensurentur numismate. et ideo possidentes numismata credūt se oīa possidere. et ideo volunt oēs excellere: quod est superbie. Iterū vt excellentes videantur inferūt cōtumelias alijs et iniusticias faciūt. Itē diuites sunt deliciosi et iactabūdi. Nam qui multas habent diuitias videntur eis esse felices: et ad felicitatem insinuandam multi vtuntur delitijs. Iactabundi etiam sunt et aliorū infestatores quia semper videntur immorari ⁊ insistere circa illud quod ipsi admirantur et amant. et quia putant alios emulari et amare que ipsi amant videndo alios non consequi talia amata et admirata vt ipsi cōsequantur iactant se ex hac et alios infestāt et hoc insuper auget eorum iactantiam. qꝛ vident ꝙ etiam sapientes et religiosi ⁊ alij litterati viri indigent eoꝝ diuitijs. et oportet ꝙ recurrant ad eos pro elemosynis vel mutuis. Unde Symonides poeta refert ꝙ vxor Heronis interrogata vtrum melius esset fieri diuitem vel sapientem: respondit ꝙ melius est fieri diuitem quia contingit videre sapientes frequētare ad ianuas diuitum. Sunt etiam diuites superbi et ambitiosi: quia reputant se dignos principari et habere illa quorum gratia dignum est principari. Et breuiter concludendo: mores diuitis sunt mores felicis sed insensati. Et qꝛ diuitie sunt organa ad felicitatem et organum semper indiget directione. et dirigere est habentis prudentiam. Diues ergo non virtuosus est felix: quia habet illud in quo aliquo mō reseruatur felicitas

est tamen insensatus qꝛ non habet intelle
ctum ⁊ prudentiam. que directiua sunt ta
lis felicirotis. Pauperes ergo cõtemptibi
les sunt mundo. Eccl'i. ix. Sapientia pau
peris cõtempta est. sunt tamen honorabi-
les deo magis ꝙ diuites. qꝛ isti corãt spi-
ritualibus diuitijs. quibus plerunqꝫ pau
peres abundant. Unde Jac. ij. Nonne deꝰ
elegit pauperes in hoc mundo diuites in
fide ⁊ heredes regni. quod promisit deꝰ di
ligentibus se. ¶ Quarto ostenditur in
auctoritate adducta ꝙ non est gloriandũ
in opinionis siue fame claritate. qꝛ deus
elegit ea que non sunt. s. in fama vel nomi
ne apud mundanos vt destruat ea q̃ sunt
scꝫ in fama idest vt destruenda ⁊ annihi-
landa esse ostendat. Unde apostolus Ro.
iiij. Uocauit scꝫ deus ad iudicium suum.
ea que non sunt in nomine apud mundũ
tanꝙ ea que sunt scꝫ famosa apud mũda-
nos. ⁊ tunc opera iustorum que apud mũ-
danos non fuerunt in precio condemna-
buntur vel destruent. ¶ Quinto ostendi
tur ꝙ non est gloriandum de corporis spe
ciositate. cum dĩ. vt non glorietur omnis
caro in conspectu eius. Licꝫ eñ mulieres
pulchre in cõspectu hominũ carnaliũ ap
pareant gloriose; tamen in ꝯspectu dei ap-
parent plurimũ ignominiose. Et ratio est
qꝛ homines vident solum ea que foris pa
tẽt. deus autẽ intuet cor. sed plerũqꝫ q̃ ha
bent corpus pulchrũ habent cor peccatis
fedũ; ⁊ ideo hominibus nitẽt ⁊ deo displi
cent. Uñ sunt siles sepulcris de albatis q̃
deforis apparẽt hoĩbus speciosa ⁊ intus
plena sũt spurcitijs. s. Mach. ij. Gloria eiꝰ
scꝫ qui gloriatur de pulchritudine carnis
stercus ⁊ vermis est. Stercus quantũ ad
illud quod in corpore continetur. vermis
quantum ad illud in quod corpus resolui
tur. ⁊ subditur. Hodie extollitur ⁊ cras nõ
inuenietur: quia conuersus est in terram
suam ⁊ cogitatio eius periet. ¶

Secũdo describitur i

themate assumpto vanitas glĩe carnalis
ex corruptibilitate naturali: qꝛ caro corru
ptibilis est vt fenum. Ubi nota ꝙ huma-
na caro siue homo carnalis assimilatur fe-
no triplici ratione. Primo ꝓpter mutabi-
litatem nature. Nam sicut dicit glosa sup
illud Esa. xl. Omnis caro fenũ. Fenũ na-
scendo habet virorem; crescendo decorem,
⁊ vltimo habet florem: sed tandem desicca
tum solis ardore redigitur in puluerem.
Item fenum precisum ⁊ siccum nutrimen
to est animalium depurstum. ps. ciij. Pro
ducens fenum iumentis. Sic etiam hu-
mana caro nascendo habet virorem vite.
ps. xci. Cum exorti fuerint peccatores sicut
fenum. Et dicit peccatores: quia omnes na
scimur infecti peccato. Sed crescendo ha-
bet humana caro siue corpus decorem for
me: ⁊ post augmentum etiam aliquando
habet florem fortune ⁊ temporalis glorie.
ps. lxxi. Florebunt de ciuitate sicut fenum
terre. sed post hoc fenum solis ardore sic-
catur: idest feruenti infirmitate vel tribu-
lotione exinanit: ⁊ in puluerem ꝑ mortem
redigitur. Esa. xl. Exiccatum est fenum ⁊ ce
cidit. Item hoc fenum scꝫ corpus huma-
nũ per mortẽ precisum ⁊ per totales tribu
lationẽ presentis vite siccatum: sicut quan
do est in sepulcro clausum vel humatũ effi
citur nutrimentum animalium: idest esca
vermiũ. ps. ciij. Comedit omne fenũ ter-
re eorum. Unde versus dicit. Post hoĩem
vermis: post vermẽ fetor ⁊ horror. Sic in
non hoĩem vertitur omnis homo. Unde
Bernardus dicit super cañ. Cur carnem
tuam preciosis rebꝰ impinguas ⁊ adornas
quã post paucos dies vermes deuoraturi
sunt in sepulcro. ⁊ aĩam tuam bonis operi
bus nõ adornas: que etiam deo ⁊ angelis
presentanda est in iudicio. Cur ergo aĩam
tuam vilipendis ⁊ ei carnem preponis. do
minõ oncillari: ⁊ ancillom dominari ma-
gna abusio est. Scđo caro vel homo car-
nalis assimilatur feno ꝓpter varietatẽ for
tune. Nam fenũ ꝙdiu viret ⁊ frondet mõ-
tes ⁊ prata vestit ⁊ ornat: et sua venustate
intuentiũ oculos reficit et delectat: sꝫ fer-
uente sole humiditas eiꝰ ꝯsumit: ⁊ herba
q̃ ridere videbat a sua glĩa totaliter spo-
liatur ⁊ pabulum ignis efficit. Sic fortu-
na hoĩs viret qñ est cũ corporis incolumi-
tate ⁊ venustate. Frondet qñ est cum diui-
tiarũ vbertate vel qñ est cum consangui-
neorꝫ seu amicorum circũstantium plurali-
tate. Sed tũc montes vestit qñ est cum ho
norum ⁊ dignitatum sublimitate. Tũc au
tem vestit prata quando est cum fame di-
latatiõe et claritate. Talẽ ergo fortune ve
nustatem vniuersorum oculi cum admira
tione intuent: in eiꝰ intuitu amici reficiũ-
tur et delectantur; sed feruente sole, i. forti

persecutione deficiente vel aduersitate deprimente vel veniente infirmitate consumente: humiditas eius .i. nature vel fortune vigor cõsumitur ⁊ sua gloria per priuationem honoris vel per ruinaz mortis totaliter spoliatur. pabulum ignis .i. furoris persequentis vel gehenne infernalis aliquando efficitur. Unde Jac. j. Exortus est sol cum ardore ⁊ arescit fenum: ⁊ flos eius decidit: ⁊ decor vult⁹ eius deperijt. Tertio caro assimilatur feno ꝓpter inflammabilitatem concupiscentie: q: sicut periculosum est feno vel stupe esse iuxta ignez: ita viro esse ⁊ cõuersari iuxta mulierem. Bernardus. Cum muliere semper esse et eam non cognoscere mai⁹ est ꝙ mortuos suscitare. Et si quod minus est non potes quomodo quod maius est credam. Apoc. viij. Omne fenum viride combustum est idest omnis voluptas carnis igne concupiscentie inflammato. G

Tertio in proposito thema

te describitur vanitas carnalis glorie ex prosperitate instabili: q: omnis gloria ei⁹ scz carnalis vite quasi flos feni. vt flos ergo feni est prosperitas vite carnalis de qua non est gloriandum. Nam flores i austro vento dissoluuntur. auster autem calidus signat infirmitatis feruorem: que incolumitatem ⁊ prosperitatem carnalis vite resoluit: ⁊ gloriã eius retũdit. Job. xiiij. Quasi flos egreditur ⁊ conteritur. Flores em̃ dum humore modico nutriuntur: subito solis incendio desiccantur ⁊ omnis eorum pulchritudo deperditur conteritur ⁊ deletur. ⁊ simile accidit de corporibus humanis. Item flores in vento boreali dissoluuntur. ventus autẽ boreas asper ⁊ fortis est mors per quã carnalis vita dissoluitur. Itẽ flores dicunt quasi fluores: q: cito defluunt ⁊ ad materiam primã redeunt. Sic hominũ vita cito desinit: ⁊ per mortez humanũ corpus in propriam materiaz: idest in terrã redit. ps. cij. Homo sicut fenum: dies eius tanꝙ flos agri sic efflorebit: q̃m spũs pertransibit ⁊c. Ergo nõ est gloriãdũ in carne: sed in spiritu .i. in spirituali testimonio bone conscientie. Scdm illud scde ad Corinthios. j. Gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre. quo scz securi perueniem⁹ ad gloriam beatitudinis eterne. Ad quam ⁊c.

¶ In funere vnius sancte mulieris. Sermo. xxvj.

Acta sum coraz

eo quasi pacem reperiens. f Can. viij. Homo vel mulier in vita ista non põt reperire pacẽ. Et ratio est: q: ꝙdiu homo appetit aliquid ⁊ desiderat non est in pace donec habeat illud. ⁊ ideo null⁹ in hoc mundo est in plena pace: quia si habz vnuz desiderat aliud. Sed quando homo nihil appetit qd̃ nõ habeat ⁊ habebit oĩa appetibilia tũc erit in pace: sed hoc erit in futuro quando omne quod desiderari potest habebitur ⁊ inuenietur in deo q̃ est ipsa beatitudo. Unde Boetius dicit ꝙ beatitudo est status omniũ bonorum aggregatione perfect⁹. Et ideo quando aliqua sancta mulier transit ex hoc mundo ⁊ vadit ad vitam eternam: hec põt dicere verbum ꝓpositũ Facta sum corã eo ⁊c. A In quib⁹ quidem verbis ostẽdit se post mortem mulier sanctam tria bona esse assecutam.

Primo quidem firmam stabilitatem in eo ꝙ dicit. facta sum.

Secundo honorificam sublimitatem: quia coram eo.

Tertio quietam tranquillitatem: quia pacem reperiens.

Circa primũ aduertẽdũ

est ꝙ ad ostendendã sui status immutabilitatem ⁊ perfectã stabilitatem: dicit facta sum. Illud em̃ qd̃ factum est iam nõ est in fieri: q: qd̃ factuz est iam quiescit in suo esse: qd̃ autem est in fieri est in motu quousqz perficiatur: q: scdm philosophuz motus est actus imperfectus. In omni em̃ re q̃ mouetur ad hoc est motus ei⁹ vt ipsa ꝑficiat ⁊ suã ꝑfectionẽ assequat. Unde q: oĩa nr̃a nondũ habet suã perfectionem: ideo tota vita nostra q̃ ab oĩa est: est motui ⁊ varietati subiecta. Iuxta illud Job. xiiij. Homo natus de muliere bre. vi. tẽp. re. mul. mi. ⁊ post. Fugit velut vmbra ⁊c. Unde Augu. Fecisti nos dñe ad te: ⁊ inquietũ est cor nostrũ donec requiescat in te. Uniuersaliter aũt q̃ quãta varietate ⁊ mutabilitate sit hõ in vita ista ostendũt nobis tria. s. tempus corpus ⁊ opus. Tempus quidem quia diuersimode variatur. s. ex vere in estatez: ex estate in autũnũ: ⁊ ex autũno in hyemẽ: ⁊

ex hyeme in ver: τ nūc facit nubilū nunc serenū. Itē corpus nostrū cōtinue variatur τ mutatur: siue s̄m alterationem de sanitate ad infirmitatē: siue s̄m augmētū τ diminutionē in iuuētute crescēs: in senectute decrescēs. diminutionē. scʒ patiēs in substātia τ virtute. Itē est in homine varietas operum ex mutabilitate voluntatis: quia sicut voluntas diuersificatur τ in diuersa mouetur. sic τ opa nr̄a diuersa sunt vtpote pcedētia ex ipsa volūtate mobili τ imperfecta. vnde m odo eligit vnū modo aliud. Et sic mēs τ volūtas eius in diuersa rapitur τ inclinatur τ diuersimode variatur. Et eorū hoc est. q2 nōdū est perfecta et in sua perfectione cōpleta. Un solū beata aīa q̄ vltimo fini est coniuncta pōt dicere perfecta sum. Sed cōiunctio aīe ad vltimum finē qui deus est fit in visione diuine essentie. q̄ tunc aīa ab omni mutabilitate exempta est in pfecta τ stabili salute. Un tunc potest dicere illud Geñ. xxxij. Uidi dn̄m facie ad faciem. τ salua facta est aīa mea.

In quibus quidē verbis de statu eterne beatitudinis ad quam anima sctā post mortē perueniet describuntur duo. Primū est beatitudinis essentia: quia beatitudo essentialiter cōsistit in visiōe diuine essentie. que dr̄ visio faciei. τ de hoc dicit. vidi dn̄m facie ad faciē. Ibi enī facies dei que est diuina essentia vnitur faciei anime. idest menti vt scʒ dei facies. i. ipsa dei essentia ab humana facie. i. mente nō per speculum et in enigmate. sed per seipsam videatur τ nō per aliquā similitudinē sui. sicut nunc res corporalis ab oculo nō per suā substantiam sed per suā similitudinē videtur. et lapis etiam non est in anima sed species lapidis vt dicit pħs per quā scʒ speciem ipse lapis intelligitur. Unde aplš. j. Cor. xiij. Uidemus nūc per speculum et in enigmate tūc autē facie ad faciem. Sed nota φ istam visionē beatam debet precedere perfectissima puritas et consequitur eam letissima iocunditas. Nam etiā res corpalis quantumcunqȝ sit lucida. tanto clarius videtur ab oculo quanto magis est mundua et purgatus. et sic quāto mens hominis magis purgata hinc exierit: tanto ibi ipsum deum limpidius videbit: Propterea dicit. Mat. v. Beati mundo corde: qm̄ ipsi deum videbunt. Et non ait mundo corpore. sed corde: quia non valet mundicia corporis absqȝ mundicia mentis. Unde Matthe. xxiij. Ue vobis scribe et pharisei hypocrite qui mundatis quod deforis est calicis et parapsidis. intus autem pleni estis rapina et immundicia. Ergo illi qui exeunt hinc cum corde immūdo et sordibus peccatorum pleno non videbunt deum: sed diabolum qui spiritus immundus est. et tunc accidit eis quod dicit Sapiē. v. Uidentes turbabuntur timore horribili: sicut videndo lupum ouis tota perturbatur τ tremit: sed adhac ipsam visionem diuine faciei consequetur gaudiosa leticia sicut visio dilectissimi amici diu desiderata letificat. Iob. xxxiij. Uidebit faciem eius in iubilo et iusticiam reddit ei idest premium iustorum operum merito tanto: vbi faciem dei videbit in maiori iubilo. Scd̄o ostenditur in auctoritate aducta beatitudinis efficacia in perfecta anime salute: quia salua facta est anima mea. Felicitas vite presentis non aīam saluat sed perdit. Unde Mar. viij. Quid proderit homini si lucretur mundum totum τ detrimentū anime sue faciat? Quando in corpore abundant humores mali et deficiūt boni est signum mortis: Sed quādo ecōtrario abundant humores boni et deficiūt mali est signū salutis. Sic quando homo abundat in bonis temporalibus τ deficit in spiritualibus: est signum perditionis anime. Sed quando econtrario abūdat in virtutibus τ bonis spūalibus licʒ deficiat in temporalibus: est signum salutis: τ φ deus tali anime assistat vt eam saluā faciat; quia ex quo habet virtutes q̄ sunt arma spiritualia: potest se defendere ab hostibus anime. Et ideo propheta dicebat ī ps. cviij. Qui scilicet deus astitit a dexteris paupis vt saluā faceret a pse. anime. Quando enim dn̄s dat alicui peccatori abūdantiam temporalem qui tn̄ de spiritualibus ꝟtutibus est omnino spoliatus dicitur ei assistere a sinistris. quia in sinistra illius diuicie τ gloria scilʒ temporalia: vt dicitur Prouer. iij. Sed quādo pauperi in temporalibus dat diuitias spirituales gratie sue τ virtutū. tūc dicitur ei assistere a dextris: τ hoc est signum φ vult defendere τ saluare a persequentibus aīam suam. ps. xv. A dextris est mihi dominus ne commouear.

assumpto ostēdit aīa sctē mulieris se asse/
cutā esse post mortē honorificaꝫ sublimita
tē siue dignitatē in eo qđ dicit: coram eo.
Si eñ magni honoris ⁊ dignitatis repute
tur a mūdanis hominibus assistere corā im/
peratore vel rege: quanto maioris est assi/
stere regi reguꝫ ⁊ dño dñantiū. Figura hu
ius habet. iij. Reg. x. in salomone cui dixit
regina saba. Beati serui tui q̄ stant coram te
semper: vñ multo magis hoc pōt dici deo
Et ƀm hoc in his verbis possumus notare
tria pertinētia ad beatoꝝ dignitatem.

Primo felicitatis statum: quia beati.
Scđo hūilitatis meritū: qꝛ serui tui.
Tertio dignitatꝫ pmiū. qꝛ stāt corā te sēp

Circa primū notanduꝫ ꝙ illi dicunt bea
ti qui sunt in statu felicitatis eterne. Si
inueniretur vna maxima domus in qua
esset omne pulchrum: omne delectabile: et
omne bonum qđ hō posset appetere ⁊ ni/
hil contrariū: certe beatū se reputaret qui
mereret esse illi⁹ habitator: quia btūs est
qui habet quicquid vult ⁊ nihil mali vult
dicit Augusti. sed talis est domus dei de
qua dñs dixit Joh. xiiij. In domo patris
mei māsiones multe sunt. i. diuersi beati/
tudinis gradus: qꝛ gloria ⁊ diuitie in do/
mo eius: glīa eñ tanta est ꝙ excludit oēm
miseriam ⁊ tristiciaꝫ: diuitie tante sunt ꝙ
excludunt oēm inopiā: ⁊ ideo bñ dr̄ in ps.
lxxxiij. Beati qui habitant in domo tua do
mine in secula seculoꝝ laudabūt te. Se
cūdo in auctē adducta nota hūilitatis me
ritum: qꝛ serui tui. scꝫ dei. Illi eñ sunt veri
serui dei qui student ei debite seruire. Ta/
les eñ sunt qui seruiūt ei cum hilaritate:
cū puritate: cū humilitate: cuꝫ sinceritate:
⁊ cū cōtinuitate. Primo dico cū hilarita/
te: vt scꝫ ostendatur nō coacte sed volunta
rie seruire. qꝛ deus non vult coacta. Dicit
aūt phs ī magnis moralibus. Si tristat
aliquis bona opari coactus operatur. qui
aūt ex coactione operatur. non est virtuo/
sus. ⁊ propterea in ps. xcix. dicit. Seruite
dño in leticia. Itē debet seruire cū purita/
te. quia scꝫ mundus dñs mūdos vult ha/
bere ministros. ps. c. Ambulans in via
immaculata hic mihi ministrabit. Item
cum humilitate. que scꝫ subiiciat hominē
diuine voluntati ⁊ eius mandatis. ⁊ quia
hoc iustum ē secūdū illud. ij. Machab. ix.
Iustum est subditum esse deo. ideo humili/
tas iusticia vocatur. vnde super illud
Mat. iij. Decet nos implere oēm iusticiaꝫ
dicit glosa. i. oēm humilitatē. Item debꝫ
seruire cū intētionis sinceritate. scꝫ vt ipse
deo placeat ⁊ nō mūdo: sicut seruus qui
operatur coraꝫ dño operatur sicut credit
ei magis placere. Itē debet seruire cum
continuitate perseuerantie: vt nō sit sicut
seruus fugitiuus aliquādo recedēs a ser/
uitio dñi sui. Et de omnibus istis dr̄ Luc.
j. Seruiamus illi. in quo notatur hilari/
tas: in sanctitate in quo puritas: ⁊ iusti/
cia in quo humilitas: coram ipso in quo
intentionis sinceritas: omnibus diebus
vite nostre in quo perseuerantie continui/
tas. Tertio notatur ī auctoritate adducta
dignitatis premium: quia stant coram te
semp. Ubi nota premij firmitatem: quia
stant nō cadunt: immo nunꝙ̄ cadere pos/
sunt ab illius btitudinis statu. Unde dici
tur de beatis Apoca. vij. Uidi turbaꝫ ma/
gnam quā dinumerare nemo poterat: ex
omnibus gētibus ⁊ tribubus et populis
⁊ linguis: stātes ante thronum in conspe/
ctu agni amicti stolis albis ⁊c. Secundo
nota premij claritatem quia coram te. scꝫ
dño. ps. lv. Placeā coram dño in lumine
viuentiū. Res pulchra tūc placet qñ vide
tur in lumine. beati aūt pulcherrimi erūt
⁊ in lumine erunt. ⁊ ideo placebunt. ps.
cxiiij. Placebo domino in regione viuoꝝ
Item nota premij eternitateꝫ quia semp.
semper enim faciem dei videbunt. ex qua
visione semper simul cum angelis beati
erunt. De quibus dicitur Matthei. xviij.
Angeli eorum in celis semper vident fa/
ciem patris mei ⁊c.

Tertio in themate as

sumpto ostendit se aīa sctē mulieris post
mortē corpis esse asecutā quietam tranquil
litatē: cū dicit. quasi pacem reperiens. Ex
quo eñ quelibet res peruenit ad finem in/
tentū non mouetur amplius sed quiescit.
Unde aīa post mortem corporaleꝫ creatori
suo coniuncta. in eo tanꝙ̄ in vltimo fine
omne eius desideriū requiescit. et tunc pōt
aīa sancta dicere deo illud Prouerbio. viij.
Desiderans te videre repperi. in eo eñ re/
perit pacē pfectā. ps. iiij. In pace in idip/
sum dormiā et requiescā. Sꝫ notanduꝫ ꝙ ad
illā perfectā pacem peruenitur post labo/
rem bonorum operum. Unde. Roman. ij.
Gloria honor et pax omni operanti bonuꝫ

In quibus quidē verbis merces q̄ redditur laborantibus ⁊ bene operantib⁹ cōmēdatur ex quattuor. Primo ex claritate. q̄ glorioso. Nam ſm Ambrosiū dr gloria q̄ſi clara cū laude noticia. Videm⁹ eñ φ q̄ñ aliquis laudatur de subtilibus operib⁹ coram magnis ⁊ plurib⁹ solet inde gloriori. Certe illi ita qui intendunt bonis operib⁹ commendabuntur coram magnis. ſ. coram deo ⁊ angelis ⁊ coram tota celesti curia. Sap. iij. Bonorum laborum gloriosus est fructus. maxime q̄ñ perseuerauerit in bono opere. Job. xxxvi. Complebunt dies suos in bono. ⁊ annos suos in gloria. Scđo commendatur ex dignitate. q̄ honor. Nota q̄ñ vnus bonus artifex ⁊ famosus venit ad aliquam magnam curiam solet honorari. ⁊ non sustinetur φ sedeat in terra. Sic qui erit famosus in bonis operibus que sunt nobilia opera. honorabitur in curia paradisi cū beatis angelis. non sicut illi q̄ fecerunt opera mala peccatorum. Eccli. xiiij. Omne opus corruptibile in fine deficiet ⁊ qui operatur illud ibit cū illo. Et oē opus electū iustificabitur. ⁊ qui operatur illud honorabitur in illo. ps. viij. Gloria ⁊ honore coronasti eū dñe. Tertio cōmendatur ex trāquillitate. q̄ pax. Ibi eñ erit oīs modus pacis. q̄ a superiori ⁊ ab inferiori ⁊ ab interiori. ⁊ ab exteriori. A superiori. i. a deo. Esa. ix. Pater futuri seculi princeps pacis sub tali eñ patre ⁊ principe nō poterit perturbatio accidere. Itē ab inferiori. i. a mūdo. q̄ oīs mundus ⁊ oīs creatura mundi erit eis subiecta ad leticiā ⁊ delectationē. ps. xxxvi. Delectabuntur in multitudine pacis. Itē ab interiori. q̄ scʒ impletum erit oē oīe desideriū. ⁊ quātū ad intellectū sicut est desideriū sciendi. et quantū ad appetitū sicut desideriū habendi. Phil. iiij. Pax dei q̄ exuperat omnem sensum custodiat corda vestra et intelligentias vestras ⁊c. Item ab exteriori. q̄ erunt adinuicem et cum angelis dei in magna concordia: nec ab impijs vel demonibus poterunt molestari. Vñ Esa. xxxij. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. ⁊ tabernaculis fiducie. et in requie opulenta. Quarto describitur a congruitate. q̄ omni operanti bonū. Hoc eñ congruū est et iustum ⁊ vt bene operāti reddatur premiū suum. nam merces nō ociosis sed operantib⁹ debetur. et ideo qui operari noluerit mēdicabit in alia vita. Prouer. xx. Noluerunt manus eius: operari mendicabit ergo estate. in alia scʒ vita et nō dabitur ei. sed alij remunerabuntur et gaudebunt. q̄ seruierunt deo de suo officio. Vñ Prouer. xiij. Aīa operantis impinguabitur. scʒ in gratia in presenti et gloria in futuro. Ad quam nos perducat ⁊c.

¶ In funere vnius pauperis mendici. Sermo. xxvij.

Factū est vt moreretur mēdicus. et portaretur ab angelis in sinum abrahe Lu. xvi. Plerūq; accidit φ ea q̄ sunt apud mūdū vilia ⁊ despecta sunt apud deum et angelos suos honorabilia et accepta. Cui⁹ figura habetur Exo. viij. de oīb⁹ q̄s egyptij abominabātur ⁊ ideo dixerūt filij israel. Abominationes egyptiorum immolabim⁹ dño deo nr̄o. Sic accidit etiam de pauperib⁹ qui a diuitib⁹ mundi despiciuntur. Eccli. xiij. Execratio diuitis paup. sed a deo plerūq; ⁊ angelis honorantur. sicut accidit de lazaro mendico et paupere, de quo ad litterā dicetū est verbū ppositū. sʒ trāsferri pōt ad quemcūq; morientē bonū pauperē ⁊ mendicū. Nā ille lazarus a diuite epulone ⁊ suis familiarib⁹ fuit despect⁹ ⁊ derelict⁹. q̄ cupiebat saciari de micis q̄ cadebant de mensa diuitis et nemo ⁊c. ⁊ tñ postea mortuus fuit ab angelis dei honorat⁹ ⁊ assumpt⁹. qđ forte impletum est etiā de isto paupere. Factum est in quit vt ⁊c. A In quib⁹ quidē verbis describuntur tria de ipso.

Et primū est eius humilis conditio.

Scđm est eius vtilis resolutio. q̄ factū est vt moreretur.

Tertium est eius honorabilis remuneratio q̄ portaretur ab angelis.

Circa primū aduertēda est differentia inter pauperē ⁊ mendicum quia mendicus dicitur a mene quod est defectus ⁊ dico dicis. vñ mendicus quasi defectum suū dicens. scʒ elemosynas querendo. ⁊ ideo qui elemosynas querūt dicuntur mendicantes pauper autem dicitur quasi paruum habēs de ere. Potest ergo esse aliquis mēdicus ⁊ non pauper sicut qui querit elemosynam ⁊ non habet indigentiam. ⁊ iste talis peccat. Primo quidē: quia fingit paupertatē quā nō habet, ⁊ ita est mē

dat et hypocrito. Item quia non mēdicat ex necessitate sed ex cupiditate et auaritia. Item est vt fur: quia contrectat quasi rem alienā inuito dño. Nam lʒ iste qui dat elemosynā volūtarie det: tn̄ credit dare pauperi. et si sciret eū esse talem q̄lis est. s. non indigētes non vellet dare. ei: nec vellet euʒ habere. s. qi voluit et credidit dare pauperi nō tn̄ dʒ sic recepta ꝓpterea illi q̄ dedit restitui. sed veris indigentibꝰ et pauperibus exhiberi. Aliquis namra. q̄nq̄ʒ est pauper sed non mendicus. sicut ille qui lʒ indigeat victū suū acquirere: mendicare tamen erubescēs. vel ꝓprijs manibus laborando vel diuitibus seruienda: licita ⁊ honesto modo acquirit vel lucraṫ necessariū sibi victuʒ et talis implet preceptū domini dicentis. In sudare vultus tui vesceris pane tuo. Aliq̄ vo vtrūq̄ʒ habent scʒ paupertatē ⁊ mendicitatem: sicut q̄daʒ religiosi qui sunt volūtarie pauperes ⁊ necessaria mendicantes. Et quidam etiā sunt ex necessitate pauperes ⁊ mēdicātes. Et ex persona cuiuslibet talis pauperis dı̄ in ps. xxxix. Ego aūt mendicus suʒ ⁊ pauper: ⁊ dn̄s sollicitus ē mei. In quibus quidem verbis tria debemus considerare.

Primo quidē effectū humane indigentie: q̄ scʒ facit ⁊ cogit hoīem mendicare. et ideo primo dicit. ego aūt mendicus sum.

Scd̄o defectum temporalis substantie quia pauper sum.

Tertio prospectum diuine prouidentie. qr dn̄s sollicitus est mei.

Circa primū notandū est ꝙ aliqui sunt qui mendicāt ex cupiditate. s. diuitias habendi. ⁊ talis mendicitas illicita est oībus sʒ magis esset detestabilis in religiosis. Et ideo dicit Aug. in libro de operibus monachoꝝ. Miros hypocritas sub habitu monachoꝝ vsq̄ʒ quaq̄ʒ dispersit callidissimus hostis circūeūtes ꝓuincias. ⁊ postea subdit Omnes petunt oēs exigunt aut sumptus lucrosae egestatis aut simulate precii sanctitatis. Quidā vo mendicant ex ociositate. s. vt ociose viuant. Contra q̄s dicit apostolus. j. Thessal. iiij. Operamini manibꝰ vestris sicut precepimus vobis. vbi glosa. opus est agendum ⁊ non ociandus. Unde piger qui est. citur mendicus ex eo ꝙ suo tpe noluit laborare quantū ex se non meretur elemosynam accipere. ⁊ ideo dı̄ Prouer. xx. Propter frigus piger arare noluit. ⁊ sequitur. Mendicabit ergo estate ⁊ non dabitur ei. sed tn̄ etiaʒ tali est elemosyna denegando quando homo videt eum indigere. Quidam vo mendicant ex necessitate. sicut qui non potest habere aliunde vnde viuat nisi mendicet puta qi est impotens ⁊ inualidus ad operandum vt si sit cecus vel infirmus qi talibus licet mendicare. Lu. xviij. Cecus quidam sedebat secus viam mendicans. Si autem sit potens ⁊ validus ad operandum ⁊ lucrandum non debet mendicare. vnde talis s̄m legem ciuileʒ si immisceat se elemosyne imperatoris redigitur in seruitutem vt. C. de mendicantibus validis. l. ij. Unde etiam q̄daʒ glosa super Mattheum dicit. Iustius feceris si iniuste petentem correxeris ꝙ si ei dederis. Sic illi qui detinentur in carceribus ita ꝙ nec operari possunt nec aliūde habere licite mendicant. vnde ps. cvj. Satiauit vinctos in mendicitate ⁊ ferro. Danda est ergo elemosyna necessitateʒ patienti. etiā excōmunicato. nisi ex securitate cibi negligeret iusticiam. Nam in tali casu dicit Augu. Ullius esuriēti panis tollit. si de cibo securus iusticiā negligat q̄ʒ esuriēti panis frangatur vt iniusticie seductus acquiescat. v. q. v. non oīs. Sed predicta intelligas nisi tales eliciant ad morteʒ. qi tunc quantūcūq̄ʒ negligerēt iusticiam pasci deberēt. lxxxvj. distin. pasce. Sed nota ꝙ si diuites essent charitatiui erga pauperes vt deberent faciliter impleret illud Deut. xv. Omnino indigēs ⁊ mēdicus nō erit inter vos qi in hoc non phibuit indigenti mendicare: sed prohibetur diuitibus ne tam tenaces sint. vt propter hac aliqui egestate mendicare cogantur. Quidam vero efficiunṫ mendici ex humilitate: ex eo enī ꝙ mendicitas videṫ habere adiunctam maximā abiectionē: qi illi īter homines abiectissimi reputanṫ: qi non solum sunt pauperes: sed etiam intantum egentes necesse habent ab alijs victuʒ acquirere. Et propter hoc causa humilitatis aliqui laudabiliter mendicant: sicut alia assumunt que ad quandam abiectionem pertinent. ad extinguendum. scilʒ superbiam in seipsis vel in alijs per exemplum: quia sicut infirmitas que est ex excessu caloris efficacissime sanatur per ea que in frigiditate excedunt. ita pronitas ad superbiam per ea que multum abiecta videnṫ. Et ideo

dicitur in decretis. de penitentia dist. ij. c. Si quis semel. Exercitia humilitatis sunt si quis se vilioribus officiis subdat, et ministeriis indignioribus tradat. Ita namque arrogantie et humane glorie vitium evitari vel curari potest. Quidam vero mendicant ex utilitate sicut cum aliquis intendit ad aliquid utile perficiendum quod sine elemosynis fidelium facere non potest: sicut petuntur elemosyne pro constructione ecclesie vel pontis: vel pro quibuscunque aliis que pergunt in utilitatem communem. Et ideo religiosis et predicatoribus qui utilitati deserviunt animarum ex debito debetur victus ab his quibus predicant. Unde apostolus .j. Corinthi. ix. Si nos vobis spiritualia seminavimus: non est magnum si carnalia vestra metamus? Si tamen non quasi sibi debitum: sed quasi gratis dandum mendicando petere velint ad maiorem humilitatem pertinet. scilicet exemplo Christi qui sic mendicare voluit. Salomon tamen mendicitatem fugiebat ne ex hac induceretur ad avariciam vel furtum. Unde ait Proverbiorum. xxx. Mendicitatem ne dederis mihi ne egestate compulsus furer etc.

ptijs padisi. Quarto ōndit̄ moriētis hūi
liatio: q2 nō descēdet cū eo. s. ī sepulcrū vel
ī īfernū glīa ei⁹: q2 vtrobiqꝫ nō in glīa sz ī
ignominia erit sm̄ illud Osee. iiij. Gloriā
eoz in ignominiā cōmutabo. Nā in igno
minia erit aīa in īferno: ⁊ in sepulcro feti
do corp⁹ ⁊ vermib⁹ plenū. s. Mach. ij. Glo
ria viri pctōris sterc⁹ ⁊ vermis est Et bū di
cit pctōris: q2 gloria viri iusti magna est ⁊
aīe ī celo ⁊ corpis ī tumulo: q2 corpa sctōz
etiā ī tumultis clausa honorant̄ ⁊ adorant̄
ppter spē future resurrectiōis in q̄ pleni⁹
glorificabunt̄. ps. cxlix. Exultabunt sctī in
gloria letabunt̄ in cubilibus suis. C

Secūdo ī themate as

sumpto notat̄ corruptio nature qū subdit̄
cū dormierit. i. cū mortu⁹ fuerit. Pħs in li
bro ethicoz vocat somnū dimidiū vite di
cēs: q̄ felix nō differt a misero sz dimidiū
vite. i. ī somno nisi q2 meliora sūt fātasma
ta. i. somnia iustoz. Et sm̄ h̄ mors pōt assi
milari somno siue dormitiōi q̄ ē dimidiū vi
te magis ppe q̄ somn⁹. Nā cū vita hoīs sit
in aīa ⁊ ī corpe mors q̄ tollit vitā corpis ⁊
relinq̄t vitā aīe: dimittit q̄si dimidiū vite
Et de tali dormitiōe mortis dr̄ in ps. lxxv
Dormierūt somnū suū ⁊ nihil inuenerunt
oēs viri diuitiarū in manib⁹ suis. In qui
bus quidem verbis agitur de duobus.
Primo de morientium expectatione: cū
dr̄. dormierunt somnum suum.
Scd̄o de diuitū frustratione. q2 nihil in
ue. oēs viri. di. in ma. suis.
Circa pmū attēdēdū est q̄ sicut ille q̄ ad
dormiēdū se ponit: ponit se sub spe surgē
di a sōno: ita q̄cūqꝫ morit̄ bz mori sub spe
future resurrectōis. ho. xl. Nūq̄d q̄ dor. nō
adij. vt resur. Et sicut facile ē hoī excitare
aliquē a sōno: ita facile ē deo resuscitare a
morte. vn̄ Jo. xj. Lazar⁹ amic⁹ nr̄ dormit sz
vado vt a sōno excitē eū. ⁊ loq̄bat̄ de sōno
mortis q2 lazar⁹ iā mortu⁹ erat. Sz notādū
q̄ sm̄ medicinā aliq̄s sōn⁹ ē laudabilis ⁊
aliq̄s illaudabilis. Laudabilis q̄dē ē som
n⁹ suo tpe fact⁹ ⁊ in q̄ corp⁹ dulciter q̄escit
Sic mors laudabilis ē q̄ aduenit hoī eo
tpe q̄ est bū dispositꝫ. s. sm̄ aīam puta qū ī
uenit eū in grā: siue baptismali sicut mors
pueroz: vel saltē ī grā pniali ⁊ ī statu cha
ritatis: q2 tūc cū sint filij dei ducūt ad eter
nā hereditatē sm̄ illō ps. cxxvj. Cū dederit
dile. suis sō. ecce here. do. fi. mer. Tūc etiā
dī dormiēs. i. moriēs ad dulcissimā q̄etem
duci. s. padisi. de q̄ dī in ps. iiij. In pace in
idipz dor. ⁊ req̄e. Et iō sicut somn⁹ corpalis
ē ad q̄etē ⁊ sanitatē corpis q2 mot⁹ corpis
⁊ sensus nō sinuarent̄ sz deficerēt si aliqñ
nō q̄escerēt. q̄ quies fit in somno. Ita ⁊ sō
n⁹ mortis est necessari⁹ ad quietē ⁊ salutē
aīe. Un̄ Jo. xj. Si dormierit saluꝰ ē. Sōn⁹
aūt illaudabilis ē somn⁹ nō suo tpe fact⁹:
⁊ iste pcipue ī infirmo nō ē bonū signū vt
dicit Hippocrates ī libro pnosticoz ⁊ pci
pue qñ ē cū inq̄etudine ⁊ fātasijs distortis
Et talis ē pctōris qui fit incōgruo tpe. s.
qñ est in pctō ⁊ ī mala dispositiōe aīe: ⁊ tūc
veniūt demones ⁊ īmittūt ei fantasias di
stortas ⁊ deceptorias vt nō redeat ad pniā
⁊ morit̄ cū inq̄etudine ⁊ horrore pscīe: ⁊ ta
lis somn⁹ mortis nō ē ei ad salutē sz ad dā
natiōnē ⁊ ad mortē eternā. Hoc figuratū ē
Judic. iiij. in Sysara q̄ capite. s. mētis defi
xo terre. i. affectib⁹ terrenis vel pctō cum
clauo obstinatiōis ⁊ desperatiōis soporē. i.
mortis corpalis sociās. s. morti eterne de
fecit in corpe ⁊ mortu⁹ est etiā in aīa. s. eter
na morte. Scd̄o in auctoritate adducta a

gif de diuitū frustratiōe: q2 nil inuenerūt
rc. Aliqñ accidit dormiēti φ sōniat se īue
nire magnas diuitias et vr ei tenere eas
manib⁹ ⁊ recōdere ꝑ se: sȝ postφ̄ excitat⁹ ē
nihil īuenit ī māib⁹ suis. Sic diues φ̄ diu
viuit cōtrectat diuitias ⁊ pecunias suos
manib⁹ ⁊ recōdit ⁊ letaṙ ī eis: sȝ post som
nū mortꝫ nihil īuenit ſībi de oib⁹ illis. vñ
Iob. xxvij. Apiet oclos suos ⁊ nihil īnue-
niet. vbi Grego. Oculos q̄s culpa cloudit
pena apit. vñ de diuite epulone existēte ī
inferno dr̄ Lu. xvj. Eleuās aūt oclos suos
cū eēt ī tormētꝫ: vidit eo abrahā alōge ⁊ lazo
rū quē. s. p̄ri⁹ aspicere nō dignabaṫ. Notā
ter aūt dic̄ p̄ri⁹ φ nihil īuenerūt ī manib⁹
suis: qi eīm diuitias suas ī manib⁹ suis te-
nuerūt ⁊ eas dū viuerēt pou p̄rib⁹ distribue
re noluerūt: iō de eis post morte nihil īue-
nerūt q̄s q̄dē īuenissēt si ī manib⁹ paupeꝝ
ponere voluissēt vñ btūs Laurenti⁹ dixit
tyrāno. Thesauros eccl'ie q̄s req̄ris iā ī ce-
lestes thesauros man⁹ paupeꝝ deportaue
rūt. Greg. Tpalia oīa q̄ seruādo amittim⁹
largiēdo ſuam⁹. Propterea dr̄ Prouerb.
xxxj. de muliere forti. Manū suā apuit in
opi ⁊ palmā suā extēdit ad pauperē. D

Tertio agitur ī proposi

to chemate de ꝑuatōe sube q̄. s. fit ꝑ morte
cū dr̄. nihil secū afferet. s. de suis diuitijs:
⁊ iō ē q2 aīa itellectīa nō ē susceptiua sube
material' et corp̄alis. vñ etiā ī corpe exūs
ſm itellectū recipit spēs sine maria ꝑut
phs dic̄. Mlto ḡ mag3 cū a corpe sepaṙ ⁊
denudaṙ nihil materiale ⁊ corp̄ale secū af
ferre pōt. Cū ḡ iste diuitie sint materiales
et corp̄ales: nō ē mirū si de talibus nihil se-
cū dicanṫ afferre. Sed notandū φ accidit
de diuitijs sic̄ de p̄atꝫ vl' arborib⁹ īfructuo
sis: q2 lȝ talia p̄ta in vere vestianṫ herbis ⁊
floib⁹ vel arbores frōdib⁹: tñ nec in messe
illa afferunt segetes: nec ille ī autunno affe
runt fruct⁹, et ita t̄poles diuitie φuis in h̄
mūdo exornēt et florere faciāt diuites: post
morte tñ ī iudicio vl' ī inferno nullū fructū
afferēt eis. vñ Abachuc. iij. Mentieṫ opus
oliue et arua nō offerēt cibū Abscindet de
ouili pec⁹ rc. Et tangit illa de q̄bus p̄cipue
erāt diuitie ātiq̄ꝝ. s. d̄ fructib⁹ arboꝝ ⁊ fru
gib⁹ ṫre. ec de aīalib⁹: de q̄b⁹ nihil fructifi-
cat diuiti post hāc vitā. solo ḡ bōa opa sūt
q̄ afferūt fruct⁹ p̄manentes: q2 lȝ trāseat op⁹
ē manet tñ meritū et p̄miū eternū, vñ, dñs
ait Ioh. xv. Posui vos vt eatꝫ et fructū af
feratis. s. meritoꝝ ⁊ fructus vester maneat
scȝ in p̄mio vite eterne. Ad quā nos rc.

¶ In funere vni⁹ diuitꝫ afflicti. Ser. xlj.

Humiliasti nos in

loco afflictiōis et coopuit nos
h vmbra mortis. ps. xliij. Vide-
mus cōiṫ in his q̄ sūt ex 2rijs
mixta φ denoīanṫ a 2rio p̄dn̄ante. i. cuius
2ri⁹ ⁊ ꝑpetas mag3 appet ī mixto. Et iō cor
p⁹ hūanū lȝ sit corp⁹ mixtū ⁊ ex q̄ttuor cō-
positū 2rijs elemētꝫ tñ q2 pl⁹ appet ī eo 2ri⁹
et ꝑpetas ṫre. sic̄ pȝ ex eius grauitate ⁊ cor
pulētia et ī pu̇ritate ⁊ ī finali resolutiōe in
terraȝ idcirco terrestre vocaṫ siue terrestris
domus. ij. Cor. v. Scim⁹ φ si terrestris do
m⁹ nr̄a hui⁹ h̄itatiōis dissoluaṫ rc. īmo et
hac de cā t̄pe hō vocaṫ terra. Eccl. x. Quid
sup̄bis terra ⁊ cinis. vñ hō ad humo dr̄. i.
ab humida terra sic̄ ⁊ aīalia in q̄bus p̄dn̄aṫ
ꝑpetes aq̄ dicunṫ aq̄a siue aq̄tica: ⁊ sic de
alijs. Nūc aūt sūt tria loca p̄ncipalia hūa-
ne h̄itatiōis. Un⁹ sup̄m⁹ q̄ est locus felici-
tatꝫ ⁊ delectatiōis. s. celū empyreū q̄ ē loc⁹
angeloꝝ ⁊ scōꝝ: de q̄ ps. xxij. ait. In loco
pas. vbi me collocauit. Alius 2o ē infimus
q̄ est loc⁹ infelicitatꝫ ⁊ damnatiōis. s. infer
nus q̄ est lac⁹ demonū ⁊ pctōꝝ: q̄ cū morta
li pctō decedūt: de q̄ Baruch. iij. Coinq̄na
tus es cū mortuis. deputat⁹ es cū descēdē
tib⁹ ī infernū. Al⁹ loc⁹ ē medi⁹. i. mūdus:
⁊ q2 mediū sapit naturam extremoꝝ. sic̄ aer
q̄ est medi⁹ inter ignē ⁊ aquaȝ 2uenit cum
igne in calido ⁊ cū aq̄ in hūido. est eīm aer
calid⁹ ⁊ hūidus sȝ mag3 tēperate calid⁹ φ
ignis ⁊ minus hūid⁹ φ aq̄. Sic etiā q2 mū
dus medi⁹ locus est inter p̄adisum in q̄ est
sūma delectatio. ⁊ infernū in q̄ est sūma af
flictio. iō lȝ tēperat⁹ hȝ in ſe vtroq3 quādā
admixtionē 2solatiōis ⁊ afflictiōis ⁊ gau-
dij ⁊ merois. ſm illō Prouer. xiiij. Risus
dolore miscebiṫ ⁊ extremo gaudij luct⁹ oc-
cupat. iñ q2 plus hȝ de afflictiōe φ de 2so
latiōe. q2 hūane felicitatꝫ dulcedo multis
amaritudinib⁹ est respsa. iō denoīaṫ a p̄e
dn̄ante. q2 loc⁹ afflictiōis vocaṫ. Et in h̄ lo
co post pctm̄ sup̄bie posuit deus hoīes vt
hūiliaret. ⁊ vt mag3 hūiliaret dedit ei sen-
tētiā mortꝫ. i. vt oēs hoīes moriaṫ. ⁊ mors
mar̄i ē hūiliat hoīem. q2 nulla sup̄bia nul-
la diuitiaꝝ copia ⁊ nulla ēt potentia mor-
ti resistere pōt. Sic ḡ habem⁹ duo. Primo

ꝙ nūdus dr̄ locꝰ afflictionis. Scd̄o qꝛ ī h̄ loco deꝰ posuit hoīem cū sua morꝫ vt hūiliaret: et h̄ est qd̄ dr̄ in v̄bis ꝓpositꝫ. Hūiliasti nos ⁊c. Ad quid deꝰ q̄ dē v̄bis describuntur breuiter tria q̄ deꝰ circa hoīes facit.

Et primū est bn̄ficiū quo deijcimur ex diuina mīa: cum dr̄ hūiliasti nos.

Scd̄m est supplicū qd̄ patimur ex diuina iusticia: cū subditur in loco afflictionis.

Tertiū est exterminiū quo corrumpimur ex diuina potentia, cum subinfertur. et cooperuit nos vmbra mortis.

Circa primū notandū

est ꝙ sic̄ ille q̄ hꝫ lapidē ī manu: ⁊ vult eā ī altū ꝓijcere pmo īclinat manū in q̄ ipm lapidē hꝫ et postea in altū mittit. Sic deꝰ ex sue grē bn̄ficio q̄s primo hūiliauit postea exaltat. Eccl'i. vij. Hūiliat ⁊ exaltat circanspector deꝰ. Hūiliat aūt dupl'r. Uno mō ꝑ pn̄iam inquātū ipe pn̄iam īstituit in q̄ hūiliamur. s. vl' deo in ꝯtritionis merore: qꝛ in corde viri hūiliabit eū: siue sacerdoti in cōfessiōe. Eccl'i. iiij. Presbytero hūilia aīam tuā. Alio mō hūiliat nos deꝰ ꝑ tribulationes ⁊ afflictiōes: qꝛ lꝫ dū sentiunt videantur inferre tristiciā. tn̄ si patiēter portentur postꝙ transierūt ꝑducunt ad magnam leticiā: sic̄ ille q̄ a chirurgico incīdit ⁊ incidit vt sanet. lꝫ tūc dolor tn̄ postꝙ sonꝰ est factus ⁊ euasit mortē multū letat. Jta tribulatiōes ⁊ afflictiōes pūtea lꝫ videantur dolorose. tn̄ patiēter portate sanant animā a pctīs. ⁊ faciūt euadere mortē eternā. ⁊ introducūt ad eternam leticiā. vn̄ ī ps. lxxxix. Letati sumꝰ pro diebꝰ qbꝰ nos hūmi. an. q̄bus vidi. mala. Jn quibꝰ q̄ dē v̄bis tanguntur q̄tuor effectus pn̄tiū tribulationum.

Primus qꝛ letificāt: vn̄ dicit. letati sumꝰ

Scd̄s qꝛ clarificāt. vn̄ subdit pro diebꝰ.

Tertiꝰ qꝛ hūiliāt. ⁊ iō subiūgit. qbꝰ nos hūiliasti. Quartꝰ qꝛ mollificāt. s. ad cōpassionē. ⁊ iō subinfert. ānis q̄bꝰ vidimꝰ mala. s. aliorū cōpatiendo ⁊ condolendo eis.

Circa pmū notādum est ꝙ tribulatiōes sūt cā leticie triplici rōne. Pmo rōe patientie. qꝛ tribulatio patiētiā opat. patiēs autē lꝫ s̄m corpꝰ sentiat cruciatū. tn̄ s̄m mentē ꝯsiderat tribulationū fructū ⁊ pmiū: ⁊ iō s̄m diuersa insunt ei duo ꝯria. qꝛ ex passiōe cruciat. lꝫ ex apphēsione aīe letat. vn̄ ij. Macb. vj. dixit eleazarꝰ. Duros corpis sustineo dolores, s̄z aīos vo ꝓpter timorē tuū libēter h̄ patior. Et sic etiā faceruīt alij scti martyres q̄ ingemiscebāt carne s̄z letabant corde. Esa. xxiij. Jngemuerūt oēs q̄ letabant corde. Scd̄o tribulatiōes sūt cā leticie rōe diuīe grē: qꝛ in plibꝰ ꝯtingit ꝙ dolor corpis tātꝰ ē ꝙ fac nō sentire aīale apphēsionē seu delectationē mētalē ꝯtutꝫ. Et iō deꝰ infūdit aliqbꝰ tātā grām ⁊ cōsolationē in ipa tribulatiōe ꝙ fortiꝰ eleuāt aīaꝫ ad diuina ī qbꝰ delectet q̄ꝫ a corpalibus penis afficiat: ⁊ tūc aīa exultat ī tāta leticia vt ꝓ nihilo q̄si hēat corpis cruciatꝰ Jn huiꝰ rei figura dr̄ Deut. viij. Afflixit te penurio ⁊ dedit tibi māna. Et h̄ deꝰ fac: q̄ quāto amariores sūt herbe medicine tāto plꝰ opꝫ ponere de zuccaro vel melle vt ifirmus faciliꝰ absorbeat potionem. ps. xciij. Scd̄m mlt'i. dolorꝫ meorꝫ ī cor. meo: ꝯsolatiōe leti. aīt. meā. Tertio tribulatiōes sūt cā leticie: qꝛ. s. ꝑ multos tribulatōes opꝫ nos ītrare ī regnū dei in q̄ est etna leticia. Qꝛ aūt ꝑ tribulatiōes opꝫ nos ītrare ī regnū dei ⁊ gl'iaꝫ: ꝓꝫ exēplo xpi ⁊ sctōꝫ suoꝫ: q̄ꝫ exēpla ꝯsiderādo est etiā tribulorꝫ cā cōsolatiōis ⁊ leticie. Nā a q̄ amara transiēs per aquā dulcē dulcꝫ efficit: ⁊ vinū dulce transiens ꝑ gariofilū q̄si goriofilatꝰ ē: sic tribulatiōes ⁊ tētatiōes q̄ ptiꝰ ꝑ xpꝫ ⁊ sctōs trāsierūt exēplo illoꝫ nob' debēt eē dulciores. Ber. Magna ē ꝯsolatio mēbris ex capite. Gre. Facta ꝑcedētiū recolomꝰ ⁊ nō erunt nob' grauia q̄ toleramꝰ. Un̄ q̄ ꝯsiderāt exēplo xpi ⁊ martyꝫ letificant ī tribulationibus. Esa. xvj. Letāt sup muros cocti lateris. ⁊ muri cocti lateris fuerūt sci martyres defensores et muniētes eccl'iā et excocti igne passionis: q̄ ostēdūt nobis eoꝫ exēpla ꝙ ꝑ tribulationū pn̄tiū tristitiaꝫ opꝫ transire ad eternā leticiā. s. celestꝫ hierl'z: ⁊ tūc dicet illō Esa. lxvj. Letamini cum hierl'z et exultate ī ea oēs q̄ diligitꝫ eaꝫ: gaudete cū ea gaudio vniuersi q̄ lugebatꝫ. Scd̄s effectus tribulationū est: qꝛ clarificāt aīam ⁊ iō vocantur dies q̄n dicit. ꝓ diebus dies eī dr̄ a dyā qd̄ est claritas. Claritas eī diei duobꝰ modis inducit. Uno mō ꝑ purificationem aeris. Nā q̄n aer ē plenꝰ densissimis nubibus. tūc q̄nq̄ ita obscurat ꝙ vr̄ q̄si nox: s̄z vēto aq̄lonari flāte expellunt nubes: purificat aer et dies clarificatur. Sic q̄n peccator est plenus magnis pctīs anima ita obscurat et tenebrat vt videat esse in nocte, Sed adueniente vēto tribl'atiōis vehe

mētis redit hō ad agnitionē sui ꝛ ad penitentiā: ꝛ tūc aīa expulsis nubib⁹ pctōꝝ purificata clarescit. Unū debent dicere sic tribulati ꝛ sic cōpūcti. Nox precessit dies appropinquauit obijciam⁹ ergo opa tenebrarū. Ro. xiij. Scdō inducit claritas diei p illuminationē. s. solis: redeūte scꝫ sole sup terrā. Sol aūt iusticie. s. de⁹ qui recessit ab hoīe p pctm̄: tunc ad ipm̄ hoīem redit qñ hō redit ad ipm̄. Jac. iiij. Appropinquate deo ꝛ appropinquabit vobis. Sicut port⁹ appropinquat nouī qñ nauis appropinq̄t ei. Et si aliqs auertisset faciē suā a facie alicui⁹ q̄ esset imobilis: tūc illi⁹ facies esset adūsa ouersa qñ ipse ouerteret ad eū. Et sic ē qñ pctōres q̄ erāt auersi ab eo peccādo cōuertunt ad ipm̄ penitēdo. Unū Zach. i. Cōuertimini ad me ꝛ ego ouertar ad vos. Cōuertimini ad me. s. a tenebris pctōꝝ recedēdo. ꝛ ego cōuertar ad vos lumē grē īfundēdo. ps. cxxxviij. Nox sicut dies illuminabit sic tenebre ei⁹ ita ꝛ lumē ei⁹. Job. xvij. Noctē verterūt in diē. Terti⁹ effect⁹ tribulationum est q̄ humiliāt. vñ dici q̄b⁹ nos humiliasti. Nō sicut inclinant arbores pōdere pomoꝝ: ita humiliant hoīes pōdere tribulationū. ps. lxxxviij. Tu humiliasti sicut vulneratū supbuꝫ. Sed tñ talis humiliatio si sit ficta vel violēta tñ nō valet ad salutē. Sicut humiliatio antiochi. ij. Machab. ix. Humiliat⁹ ad terrā i gestotorio portabat manifestā dei virtute in semetipso cōtestans. Et post hoc ergo cepit ex grandi supbia deduci⁹ ad agnitionē sui venire diuina admonit⁹ plaga. ꝛ infra. Orabat aūt scelest⁹ dñm a quo nō esset miam ɔsecuturus: Eccli. xij. Si humiliat⁹ vadat curuus abyce aīm tuuꝫ et custodi te ab illo. Aliqñ etiā si sit impfecta volet ad salutem. tpolē sicut pꝫ in Achab. iij. Reg. xxj. Nōne vidisti achab humiliatum corā me. Quia igit humiliat⁹ est mei cā nō inducā malum ī dieb⁹ ei⁹. ij. Para. xij. Quia humiliati sunt nō disꝑdā eos. Sed si sit vero et pfecta humiliatio liberat hoīem a mal' tpalib⁹ ꝛ spūalib⁹ ps. cxiiij. Humiliatus sum ꝛ liberauit me. Job. xxij. Qui humiliat⁹ fuerit erit in glia. Quart⁹ effect⁹ tribulationū est q̄ ɔdolificāt. s. ad cōpotiendū alijs. Nā etiā ille qui erat dur⁹ qñ patit ipe magis cōpatit alijs q̄s videt mala pati. Nā ferrū ī ignē missuꝫ ita mollescit vt facil' adhereat alteri ferro ignito. et sic afflict⁹ igne tribulatōis facili⁹ cōpatit alteri afflicto et ex tali cōpassiōe accrescit hoī pmiā leticie. et iō d̄r ī auctoritate et p annis supple letati sum⁹ q̄b⁹ vidim⁹ mala alioꝝ cōpotiēdo. s. eis: sed illi q̄ diligūt mala alioꝝ letant de eis sicut inuidi et sunt digni pena. Sop. xv. Maloꝝ amatores digni sūt morte. Et sic q̄ fecerūt mala alijs q̄ nō debēt recipiēt ea. Esa. iij. Ue aīe eoꝝ qm̄ reddita sūt eis mala. B

Secundo ponitur in

themate assūpto supplicium qd̄ patimur ex diuina iusticia: q2 ꝓpter pctā nrā sum⁹ positi ī loco afflictiōis. Est em̄ duplex loc⁹ afflictionis. Un⁹ p se. ali⁹ p accidēs. Per se q̄dē ille est afflictionis loc⁹ q2 ad h' solū deputat⁹ est vt existentes in eo affligant ꝛ h' loc⁹ est infernus. vñ vocat locus tormētoꝝ. Luc. xvj. Testet illis ne ꝛ ipsi veniāt in locū hūc tormētorū: ꝛ talis loc⁹ est pessimus. Mal⁹ q̄dē ꝓpter tormētoꝝ acerbitatē: peior propter tormētoꝝ pluralitatē: sed pessim⁹ ꝓpter tormētoꝝ eternitatē. Sūt em̄ ī infer⁹no tormento crudelia ꝛ plura ꝛ eterna. vñ pñt dicere dānati pctīs suis vel demonib⁹ illud Numme. xx. Adduxistis nos in locuꝫ istū pessimū. Alius est locus afflictionis p accidēs. s. mūdus: in q̄ nō fuit hō posit⁹ vt affligeret: inīmo vt delectoret ꝛ ad meliora pmerēda oporet. sm illud Geñ. ij. Plātauerat aūt dñs de⁹ paradisum voluptatī a principio in q̄ posuit hoīeꝫ quē formauerat. ꝛ īfra eodē. Tulit ergo de⁹ hoīem ꝛ posuit euꝫ in paradiso voluptatis vt opararet ꝛc. Sed postq̄ hō peccauit ꝛ deū offendit eiect⁹ est de loco delectatiōis ꝛ missus ī locū afflictōis vt ibi afflict⁹ humiliaret. vbi pōt dicere illō ps. xxxvij. Afflict⁹ sum ꝛ humiliat⁹ sum nimis. Unū propter pctā hoīm frequenter inducit de⁹ sup mūdū magnas afflictiōes. Et ideo dicit de⁹. Hiere. xix. Inducā afflictionē super locū istum ita vt oīs qui audierit illam tinniāt aures eius eo q̄ dereliquerunt me. In quibus quidem verbis tangūtur quattuor rationes quare tribulatiōes pñtis vite sunt patiēter ferēde.

Prima sumitur ex parte inferentis. scꝫ dei qui dicit. Inducam ꝛc.

Scdā ex pte ɔtinētis. super locū istum.

Tertia ex parte audientis. ita vt omnis qui audierit ꝛc.

Quarto ex pte patientis. q2 dereli. me.

Circa primū notādū q̄ sicut infirm⁹ dꝫ

patiēter sufferre qn̄ affligitur a medico ex eo φ faciet ad eius curationem. Ita hō dʒ patienter sustinere qn̄ affligit a deo: qr faciet hoc ad eius correctionē et purgationē. Un̄ multū gaudere dʒ pctōr infirmus qn̄ videt celestē medicuʒ intromittere se de infirmitate sua et ex hoc sperare veniā. Nā illi q̄ in hoc mūdo ꝓsperant sunt velut infirmus desperat⁹ a medico relictus volūtati sue cui nihil qđ petat denegat vn̄ Greg. Desperatis egris medici quicquid poscunt dare ꝑcipiūt: q̄ aūt ad salutē reduci pñt varia multa cōtradicūt. Maius ergo beneficium cōfert deus homini qn̄ ipsum affligit φ cū ipsum ꝓsperari pmittit. Pl⁹ eīm confert puero q̄ eum corrigit φ qui libitū suū facit. et frenetico vel insano qui ipm ligat φ qui eius insaniam non refrenat. sic eīm exponitur periculo sicut navis sine anchora ventis ꝛ procellis exponitur. Et sic etiaʒ dicit Greg. Moctand⁹ vitulus liber ad pascua dimittitur: servandus iugo premittitur: qr iniustus ad debitam morteʒ currēs effrenotis voluptatibus ꝑmittitur: iustus vero delectatione retrahitur transitorie iocūditatis. Unde Job. vj. Hec mihi sit consolatio vt affligens me dolore nō pcat. Sed tunc apparet φ deus afflixerit peccatoreʒ ꝓ bono suo qn̄ cognoscens se affligi ꝓ peccatis suis revertitur ad penitentiā vt purget peccata sua. Un̄ Levit. xxvj. Affligent donec confiteant iniquitates suas ꝛ malorum suorum recordent quibus prevaricati sunt in me: Hoc etiā affectu petebat Hiere. affligi pctōres qn̄ dixit Hiere. xvij. Induc super eos diē afflictionis. Secūda rō quare afflictiones huius vite sunt patienter tolerande: sumit ex parte ꝯtinentis. i. loci in quo sum⁹. vnde dicit sup locū istū. Uidemus eīm φ locus ꝓphanat propter ea q̄ fiūt i loco: sicut ecclesia violat ꝓpter effusionē sanguinis vel seminis in ea: ꝛ iō oportet φ recōcilietur ꝛ sanctificet. Et sic mundus seu locus mundi quodāmodo efficit particeps maloꝝ q̄ fiunt in eo. Sed qn̄ hoīes qui peccaverūt i loco ꝑ afflictiones ꝛ tribulationes quas patiunt in ipso loco in quo peccaverūt sive ꝑ afflictiones penitentie purgant: tūc ꝛ ipse locus dicit purgari ꝛ recōciliari. ꝛ sicut fuit particeps maloꝝ sic efficit particeps bonoꝝ. Un̄ dr ij. Mach. v. Non propter locum genteʒ: sʒ ꝓpter gentem locum deus elegit. Ideoqʒ ꝛ locus ipse particeps fact⁹ est populi malorum. postea autem fiet socius bonorum ꝛ qui derelict⁹ in ira dei omnipotentis est iterum magni domini reconciliatione cū summa gloria exaltabitur. Un̄ ꝛ finaliter mūdus innovabitur ꝛ glorificabitur resuscitato ꝛ innovato ꝛ glorificato homine.

Tertia ratio q̄re afflictiones sunt pntiēter ferēde ꝛ quare positi sumus in loco afflictionis: est ex parte audientis. vn̄ dicit. vt omnis qui audierit tinniant ꝛc. Punit eīm ꝛ affligitur aliquādo vnus peccator vt alij qui audierint terreantur. Notandum est eīm φ in exemplum aliorum affligunt aliquando ꝛ iusti ꝛ peccatores. Iusti qdeʒ in exempluʒ patientie. sicut dicitur de Tobia φ hanc tentationem permisit domin⁹ evenire illi vt daretur posteris exemplum patiētie eius sicut ꝛ sancti Job. Tobie. ij. Peccatores aūt affligunt in exemplum vt alij eoꝝ penam audiendo vel videndo terreantur ꝛ retrahātur ab imitatione culpe ꝛ qn̄ ex magnitudine pene audite ille qui audit vehementer admiratur ꝛ terret. dicūtur aures eius tinnire. Et qr duplex est pena qua homo potest affligi. s. ꝑ subtractionem boni ꝛ per illationem mali qn̄ ex vtrinsqʒ auditu aliquis multum terretur vel admirat. dicūtur tinnire ambe aures eius. Dextera ꝓpter timorē de subtractiōe bonoꝝ. Sinistra ꝓpter timorē de illatiōe maloꝝ. Un̄ j. Re. iij. Ecce ego facio verbū in israel. qđ quicūqʒ audierit tinnient ambe aures eius. In die illa suscitabo adversum hely oīa que locutus suʒ super domū ei⁹ ꝛc. Quarta ratio quare tribulationes sunt patienter sustinende. accipit ex parte patientis qn̄ ille qui patit meretur affligi. Un̄ Luce. xxiij. dixit latro crucifixus cum xp̄o. Nos quidē iuste: supple patimur: nam digna facti recipim⁹. Esa. xlvj. Ego feci et ego eram. Et ideo in auctoritate adducta assignat iustaʒ causam inducēde afflictiōis per quā ostendit φ merebant affligi. s. qr dereliquerunt me. Nā cum sint in pctō. scʒ eversio ab icōmutabili bono et cōversio ad bonū cōmutabile. ratio culpe magis accipit ex aversione a deo q̄ʒ ex conversione ad creaturaʒ. Unde si aliquis converteret ad creaturā sic φ ex hoc non averteret a creatore non haberet rōnem culpe. Et iō iusta causa afflictionis est qn̄ aliqs ꝓpter qđcūqʒ aliud relinqt creatorē suū. vn̄. iij. Reg. ix

Quia dereliq̄rūt dn̄m deū suū: ⁊ post. Id circo inducit dn̄o sup eos oē malū. Et merito: qꝛ i deo quē dereliq̄rūt ē oē bonū. ¶

Tertio in themate as

sumpto ponit exterminiū q̄ corrūpimur. s. mortis: cū d̄r. coopuit nos vmbra mortꝫ. i. necessitas moriēdi ⁊ h̄ est nr̄a mortalitas. Nā aūq̄ hō peccaret poterat hō nō mori ⁊ ista possibilitas nō moriēdi erat q̄dā vmbra imortalitatis vite future: sꝫ post pctm̄ hūit possibilitatē ⁊ necessitatē moriēdi ꝓpter qḋ ī viuēdo sp̄ tēdit ad mortē. Et iō ista talis possibilitas seu necessitas ē vmbra mortꝫ q̄ p̄cedit ipam mortē in viuēte. Et h̄ est q̄ oēs coopimur: qꝛ oēs subiecti sum9 mortalitati ⁊ necessitati mariēdi. s. Paral. xxix. Dies nr̄i q̄si vmbra sunt super terrā. Job. iij. Obscurēt eū. s. diē q̄ natus vel cōcept9 sum in originali pctō: tenebre ⁊ vmbra mortꝫ: qꝛ. s. ex originali pctō secute sūt ⁊ tenebre ignoiātie ⁊ necessitas moriēdi. Uel ip̄a mors hoīs corꝑalis vocatur vmbra mortꝫ. s. eterne. Umbra eīm licꝫ habeat aliq̄ mō figurā rei cui9 est vmbra: nō tn̄ est illa nec adequat ei. Sic mors corꝑalis assimilat morti eterne: qꝛ est in īferno de qua d̄r in p̄s. xlviij. Sicut oues ī inferno positi sūt mors depascet eos. s. excoriato corpis indumēto ⁊ ablāta lana tꝑalium deposite aīe in īferno velut oues excoriate vbi mors ita depascet eos q̄ tn̄ nō extiguūt: qꝛ mors in eis ꝺm Greg. sempviuit: ⁊ finis semꝑ incipit ⁊ defect9 nūq̄ deficit. Et iō ꝺm Ber. semꝑ moriunt ad vitā ⁊ semꝑ ad mortē viuūt. Assimilat ḡ mors corꝑalis illi morti et̄ne: qꝛ sicut mors corꝑalis separat carnē ab aīa: ita illa mors et̄na aīam a deo. Et sic mors corꝑalis priuat hoīez vita nature ⁊ bonis tꝑalib9: ita mors eterna p̄uat eū vita glorie: ⁊ bonis eternis: nō tn̄ ista mors illi adequat: nec ē illa: qꝛ ex ista morte tenebrosa nūq̄ trāsit ad lucē: sed ex obscuritate corꝑoralis mortꝫ aliq̄ trāseūt ad lucē glīe sicut ex vmbrositate aurore trāsit ad plenā lucem diei. vn̄ Job. xxiiij. Subito cū apparuerit aurora arbitrant vmbrā mortꝫ. Et in eodē xij. Producit in lucē vmbrā mortis. Et h̄ fit qn̄ ex morte corꝑali percutitur aliquis ad lucē eterne glorie. Ad quā nos ⁊c.

¶ In funere viuius afflicti vel diu īfirmi. Sermo. xlij.

Elior est mors

q̄ vita amara: ⁊ requies eterna q̄ languor perseuerans. Eccli. xxx. Plerūq̄ cōtigit q̄ ea q̄ ꝺm se sūt meliora ⁊ magꝫ eligibiliora ex aliq̄ adiūcto fiunt minus eligibilia: sic̄ philosophari ē meli9 ꝺm se ⁊ magꝫ eligibile q̄ ditari: qꝛ sic d̄r Prouer. viij. Melior est sapīa ad quā. s. studet ph̄s cūctis opib9. sꝫ tn̄ si philosophari esꝫ cū nimia indigētia nō eēt magꝫ eligendū. vn̄ ph̄s dicit ī lib. Topic. q̄ philosophari est meli9 q̄ ditari: sꝫ nō magis eligēdū indigēti. Sic vita ē eligibilis magꝫ q̄ mors sꝫ tn̄ si mors sit hoī bona ⁊ vita eēt multū amara meli9 eēt eligēda talis mors q̄ vita. Et sic lꝫ meli9 sit q̄ corp9 cōseruet in vita q̄ q̄ quiescat in sepulcro: tn̄ si longeuitas vite esset cū cōtinuo lāguore ⁊ afflictiua īfirmitate: nō esset meli9 nec etiā magꝫ optabile. Et h̄ qḋ exp̄sse d̄r in ꝟbis ꝓpositis. Melior est mors ⁊c. ¶ In quibus quidē ꝟbis quattuor Ecclesiasticus facit.

Or p̄mo extollit illḋ qḋ est terminatiuū afflictiōis. s. mortē dicēs: melior est mors.

Scḋo despicit illud qḋ est afflictiōis inclusiuū: qḋ est vita amara.

Tertio adiungit illud qḋ est afflictionis exclusiuū: qḋ est requies eterna.

Quartu describit illud qḋ est afflictiōis cōtinuatiuū scꝫ languor perseuerans.

Circa primū attenden

dū est q̄ vnicuiq̄ illud videt esse meli9 ⁊ magis eligēdū ad qḋ magis afficit: ⁊ ecōtrario nihil videt sibi esse min9 eligibile q̄ carere illo. vn̄ auaro q̄ maxīe afficit ad diuitias meli9 videt etiā mori q̄ carere diuitijs ⁊ eē indigētē. Et ꝺm h̄ d̄r Eccli. xl. In vita tua ne idigeas. meli9 est eīm mori q̄ indigere: q̄uis possit h̄ exponi etiā de hoīe ꝟtuoso qꝛ meli9 videt ei mori corꝑalr q̄ expoliari diuitijs sp̄ualib9. s. ꝟtutū idigere. Itē ābitioso q̄ maxīe afficit ad gliaꝫ ⁊ honorē meli9 videt mori q̄ p̄uari glīa ⁊ honore ⁊ viuere ignominia. vn̄ dic Ambro. sup illḋ. j. Cor. ix. Bonū est magꝫ mihi mori q̄ vt gloriā meā quis euacuet. Ap̄ls tn̄ illud verbū dixit non de gloria tꝑali et vana: sed de spirituali ⁊ bona: quam habebat ex eo q̄ p̄dicabat euangeliū sine sumptu ⁊ elemosynis de ꝓprio labore viuens

Quis ei licitum fuisset viuere de elemosynis sicut alij faciebãt q̃ euãgeliũ ṗdicabãt. Homini aũt virtuoso q̃ maxime afficitur ad bonũ ṽtutis gloriosius videt et melius mori ꝛ etiã occidi q̃ ṗtermisso bono virtutis peccare ꝛ vitiosã vitã ducere q̃ sibi odibilis est. Et iõ dĩ de Eleazaro .ij. Machab.vj. Iste gloriosissimã mortẽ magis q̃ odibilẽ vitã cõplectẽs voluntarie ṗibat ad supplicium. Ubi prerogatiua mortis viri ṗbi ꝛ fortis apparet ex quattuor.

Primo ex cõmendatione. quia vocat eã gloriosissimam mortẽ.

Scđo ex cõparatione. quia cõparat eã ad odibilem vitam.

Tertio ex prelectione. quia magis eam complectens.

Quarto ex patiẽtis feruore. quia voluntarie preibat ad supplicium.

Circa primũ attẽdendũ est q̃ mors viri ṗbi ꝛ fortis puta alicuius martyris põt dici gl'iosa ꝛ gl'iosior ꝛ gl'iosissima. Gl'iosa q̃dẽ rõe pugne: q2 talis est pugna martyrũ. q̃ moriẽdo vincit: cadẽdo resurgitur: et morte victoria cõparat. sicut Chris. dicit. Sed dĩ gl'iosior rõne cause. q2 martyrẽ nõ facit pena sed causa. puta si patiat ṗpter iusticiã vel legẽ sicut Johã. bap. vel fidei sicut Paulus. vel ecclesie sicut Thomas cantuariẽsis. Sed dĩ gl'iosissima rõne victorie vel corone: q2 non solũ martyr coronatur laurea sed etiã aureola ṗs. viij. Gloria ꝛ honore coronasti eũ. Gñalius autẽ loquẽdo ista mors põt dici gl'iosa quã precedit testimonium bone cõsciẽtie. ij. Cor. j. Gl'ia nostra hec est testimoniũ cõscientie nostre. Sed illa est gloriosior quã sequit approbatio diuine iusticie. vñ. ij. Cor. x. Qui gloriatur in dño glorieť. Nõ eñ qui seipm cõmendat ꝛc. scz approbãdo eũz in iudicio post mortẽ. Sed illa mors est gloriosissima q̃ perducit ad visionẽ claritatis eterne: ibi erit maxima gl'ia. i. clarissima cũ laude noticia. ṗs. cxlix. Gl'ia hec est oĩbus sanctis eius: ṗpterea etiam dĩ in ṗs. cxv. Preciosa in conspectu dñi ꝛc. et hec mors sequitur ex bona vita sicut ex bona cultura terre sequitur fructus preciosus. Sap. iij. Bonorũ laborũ gl'iosus est fructus. Scđo apparet ex cõparatione: q2 cõparatur ad vitaz odibilẽ hoĩs pctõris. Uita eñ pctõris est odibilis deo: q2 altissimus odio habz pctõres: vt dĩ Eccli. xij. ꝛ maxime superbos: q2 odibilis corã deo ꝛ hoĩbus est supbia. Eccli. x. Itẽ est odibilis ṗximo: q2 licz hõ debeat in quolibet ṗximo suo diligere naturã: in quolibet tñ debet vitiũ ꝛ culpã odire. Augusti. in sententijs ṗsperi. Sic diligẽdi. sunt hoĩes vt eorũ nõ diligantur errores. Aliud est enim amare q̃ facti sunt: ꝛ aliud odisse quod faciunt. ṗs. cxviij. Iniquos odio habui.

B Itẽ est pctõris vita odibilis sibipsi. Qđ põt ṗbari ṗ q̃ncz q̃ sunt amicitie propria ṡm pħm. ix. Eth. Unusq̃sqz eñ amicus. Primo quidẽ vult suũ amicũ esse ꝛ viuere. i. cõseruari in vite integritate: sz mali nõ volũt cõseruari integritatẽ interioris hoĩs. Scđo ei quez diligit vult hõ bona: sed mali nõ appetũt spũalia q̃ sũt aĩe sue bona. Tertio qui diligit operat bona ad ipm quẽ diligit: sed mali non operant ad bonũ aĩe sue. Quarto cõuiuit delectabiliter amico suo: sed malis nõ est delectabile cõuiuere secũ redeundo ad cor: q2 inueniũt ibi mala ṗterita ꝛ ṗsentia ꝛ futura q̃ abhorrẽt. Quinto cõcordat hõ cũ eo quez diligit q2 in eisdẽ delectatur ꝛ cõtristatus: sed mali seipsis nõ cõcordãt ṗpter cõsciẽtiã remordẽtẽ. Ex quibus oĩbus ptz q̃ qui diligit iniquitatẽ odit aĩam suaz: vt dĩ in ṗs. x. ꝛ ṗ cõsequens vitã suã ṡm anime salutẽ. Tertio ostendit prerogatiua mortis viri fortis ex prelectione: q2 prelegit eã vite odibili: q2 magis est eam cõplacens. Si aliq̃s haberet dñm quez multũ offendisset ꝛ q̃ ei multũ esset iratus ꝛ vocaretur ad iudicium eius: si inuenire posset aliquez mediatorẽ qui esset placator ire illius libenter cõplecteretur illũ ꝛ eius auxilium. Sic homo pctõr qui multũ offendit deuz ꝛ qui ṗuocauit sibi irã dei quãdo considerat se vocari ṗ mortẽ ad iudiciuz eius multũ debet vigilare ꝛ esse sollicitus quõ posset inuenire modũ placandi irã eius: ꝛ inueniens debet eũ cõplecti ꝛ nõ dimittere Eccli. iiij. Qui vigilauerint ad istã scilz ad mortẽ. s. sollicite ad eã se preparãdo cõplectẽtur placatorem. Iste placator est pñie luctus. Cuius figura habet Esa. xxxviij. in Ezechia qui cum audisset. Dispone domui tue: q2 morieris tu ꝛ nõ viues. Et conuertit ezechias faciem suã ad parietem ꝛ orauit ad dñm ꝛ dixit. Obsecro dñe ꝛc. Et fleuit ezechias fletu magno. Et statim redijt propheta ad eum: ꝛ ostendit deum

esse placatū ei dicēs. Audiui orōnē tuā ꝛc. Sed iste flet⁹ pnie dʒ esse cuꝫ dolore cōtritiōis, cuꝫ robore cōfessiōis. ꝛ cuꝫ labore satisfactiōis. Ista em̄ sunt munera quib⁹ ira dei placaᵗ. s. munere cordis: qđ ē dolorosa contritio. ꝛ munere oris siue lingue. qđ est pudorosa cōfessio. ꝛ munere man⁹. i. opis siue obsequij. qđ est laboriosa satisfactio. Gen. xxxij. Placabo eum muneribus. Per ista etiam tria extrahunᵗ tres spine pctī q̄ sunt infixe pctōri que seinuicē cōplectuntur. s. pctm̄ cordis: oris: ꝛ opis: ex quo nerui. i. spine seinuicē cōplectunᵗ. Naꝫ ex peccato cordis ꝓcedit pctm̄ oris. ex q̄ etiā nō nunq̄ seq̄tur pctm̄ opis. sicut qn̄ aliquis volens ꝛ deliberās carnaliter peccare solli citat ꝛ requirit mulierē ꝟbis ꝛ illa consentiente ꝓceditur ad actum carnis. Et sic iste tres spine pcti. scꝫ cordis oris ꝛ operis seinuicē cōplectunᵗ. ꝛ ita frequenter accidit etiā in alijs. Sed extrahitur spina. i. pctm̄ cordis ꝑ dolorem contritiōis: sed spina. i. pctm̄ oris extrahitur ꝑ pudorē confessiōis ꝛ spina. i. peccatū opis extrahiᵗ labore satisfactionis. Sed notandū ꝙ tam hō iust⁹ q̄ etiā pctōr eligit interdū potius mortem q̄ vitam. Sed pctōr facit hoc non ratione culpe: sed solū rōne pene. scꝫ vt pena quam viuens patitur per mortē finiaᵗ: ꝛ ſm̄ hoc dr̄ Hiere. viij. Eligēt magis mortē q̄ vitaꝫ oēs qui residui fuerint de cognatione hac pessima. Sed iustus taꝫ ratiōe pene q̄ culpe. Ratione quidem culpe: qr potius vult quācūq; penam q̄ cōmittere culpā. vnde Heb. xj. Magis eligens affligi cum pplo dei q̄ tpalis pctī habere iocunditatem: et ideo martyres potius voluerunt occidi q̄ cōtra fidē peccare. Itē etiā rōne pene quia multotiens eligunt potius mori q̄ videre vł experiri mala huius vite ꝑsentis. vnde Tob. iij. Expedit mihi mori magis q̄ viuere. Et. j. Macb. iij. Melius est nobis mori in bello q̄ videre mala gentis nostre ꝛc.

Quarto in aucte adducta ostēdiᵗ prerogatiua mortis viri fortis: puta martyris ex feruore patientie: quia vol. prei. ad sup. Ubi nota feruoreꝫ martyris. Primo ex electiōe: qr voluītarie nō coacte. Item ex preuentione: qr preibat. Et ex passione: qr ad suppliciū. Ita deberet hō peccator ire ad suppliciū pnīe. Primo scꝫ libēter qđ est voluītarie ire. Ista voluntas ostēdiᵗ ex duob⁹ Primo ex correctione pctī ꝑteriti. Scđo ex fuga ꝛ cautella futuri. Eccli. xx. Quā bonū est correctū manifestare pnīam. sic em̄ effugies voluntariū pctm̄. Scđo dʒ ire celeriᵗ qr dʒ ꝑire. i. ꝑuenire mortē vł infirmitateꝫ Luc. j. Preibis em̄ añ faciē dn̄i. s. confessione accelerādo. ps. xciij. Preoccupem⁹ faciē ei⁹ in ꝯfessiōe. s. vt nō appareāt turpitudines pctōꝝ ante faciē ei⁹. Item patiēter scꝫ suscipiēdo ꝛ tolerādo penā satisfactiōis: q̄ pōt itelligi ꝑ suppliciuꝫ inquātū esse dʒ afflictiua: qr si ħ suppliciuꝫ refugeret ad maius suppliciū iret. s. eternuꝫ de quo Mat. xxv. Ibunt hi in supplicium eternuꝫ. ¶

Secūdo in themate assumpto poniᵗ illud qđ est afflictionis icl̄usiū. s. vita amara.

Ubi aduertendū ꝙ duplex est amaritudo. Una est vita presentis: ꝛ hec diuersis remedijs pōt amoueri vel tēperari. Un̄ figurata est in aquis marath que per immissioneꝫ ligni dulcorate sunt: Exo. xv. Et iđ dr̄ Eccli. xxviij. Nonne a ligno dulcorata est aq̄ amara. Un̄ ꝛ scti viri ꝑ imissionē. i. cōsideratiōnē: ligni crucꝭ. idest penarū q̄s xp̄s pro nobis ꝑtulit i cruce dulcorauit sibi amaritudīes p̄ntis vite vel ꝑ aliquā considerationē sapīe q̄ ligno vite assimilaᵗ. Prouer. iij. Alia ꝟo est amaritudo vite sequentis. i. infernalis pene q̄ nec remoueri pōt nec etiā tpari. Et de hac exponi posset illud Job. iij. Quare misero data est lux: ꝛ vita his qui in amaritudine aīe sunt? Ubi aggrauatur ꝛ horrenda esse ostendiᵗ dānatoꝝ pena ex quattuor.

Primo ex ꝑuatiōe bōi: ꝛ ista notaᵗ i miso

Scđo ex ꝯgruitate mali ꝛ istā denotat lux

Tertio ex duratiōe supplicij: q̄ designatur in vita.

Quarto ex afflictiōe animi: que designatur in amaritudine anime.

Circa primū notāduꝫ est ꝙ multū miser pōt dici q̄libet dāmnatoꝝ in īferno cuꝫ sit oī bono priuat⁹. Est em̄ triplex bonū. s. supernū externū ꝛ internū. Bonū supnum ē bonuꝫ eternū. scꝫ celestia btitudo: qđ q̄dē illi q̄ sunt in celo iā possident in re: fideles autē q̄ viuūt in mūdo habēt illud in spe. Sed miseri dānati nec in re ipm habent nec in spe hr̄e pn̄t. Un̄ etiā spe ipsi⁹ eterni boni priuati sunt ex toto: qđ tn̄ bonū cōsecuti fuissent si non fuisse ex culpa sua. Bonum autē externū est oē bonū tpale huius mūdi quo scꝫ nos iuuamur: q̄ bono carent

dãnati: qꝛ vidẽt se p̄uatos oĩ iutorio ⁊ vti
litate oĩm creaturorum sine oĩ refrigerio.
Aliud est bonũ internũ.s.grã ⁊ v̄tutes et
dona sp̄ũsscti: quib⁹ etiã carẽt dãnati ⁊ ha
bẽt postea malos habit⁹ viciorũ q̄ eos cru-
ciãt ad modũ vermiuz: vñ cuilibꝫ dãnato
pōt dici illud Apoc.iij. Tu es miser ⁊ mise
rabilis ⁊ paup̄. Miser ꝑpter carentiaꝫ bo
ni eterni: miserabilis ꝑpt̄ defectũ boni in
terni: sꝫ paup̄ ꝑpter expoliotioneꝫ oĩs bo-
ni externi. vñ ⁊ infernalis regio d̄r terra mi
serie ⁊ tenebrarũ. Job.x. Scd̄o aggrauat̄
pena dãnatorũ ex cognitiõe mali: qꝛ scꝫ op
time agnoscũt mala q̄ patiũtur. Sed q̄re
dota est lux talis cognitiõis misero dãna-
torũ: certe in penã suã. Nã quãto pl⁹ cogno-
scit hõ malũ suũ: tanto plus affligit̄ ⁊ do-
let qꝛ dolor non est lesio sed lesionis perce-
ptio: ⁊ iõ ignorãtia mali diminuit de pena.
Licꝫ autẽ dãnati sint obscurati corporaliter
tñ ad maiorẽ penã suã habẽt lumen itelle-
ctus: quo cognoscũt ⁊ bona q̄ amiserũt et
mala q̄ patiunt̄. Job.xij. Producit ĩ lucem
vmbrã mortis. Tertio aggrauat̄ eorũ pena
ex duratione supplicij: qꝛ scꝫ data est mise
ro dãnato vita.s.indeficiẽs. Vñ vt nunq̄
careant miseria nunq̄ poterũt carere vita.
libẽter enĩ vellẽt mori ⁊ nõ esse vt tali pe-
na carerẽt. Licꝫ enĩ nõ esse per se non sit op
petibile: tñ inquantũ esset ablatiuũ tanti
mali hẽre rõneꝫ boni: ⁊ sic est appetibile.
vñ Apocal.ix. Desiderabunt mori ⁊ fugiet
mors ab eis. p̄s.xlviij. Laborabit ĩ eternũ
⁊ viuet adhuc in finẽ. Quarto aggrauatur
eorũ pena et amaritudine interiori: quia ĩ
amaritudine aĩe sunt. Tria enĩ pctã sunt
q̄ p̄cipue cõsueuerũt in aĩa amaritudineꝫ
generare.s.odium: inuidia: ⁊ ira: ⁊ ista tria
maxie sunt in eis. Habẽt enĩ damnati sum
mũ odiũ inter se ⁊ ad deum ⁊ sctõs: immo
etiã p̄res ad filios ⁊ ecõuerso. Cruciantur
etiã de inuidia quã habent ad btõs viden
tes eos eẽ in glĩa inestimabili. Cruciantur
insup̄ de ira quã habẽt contra deũ ⁊ sctõs
⁊ etiã ad seipsos: ⁊ semper sunt in maxima
amaritudine oĩe. Eccle.xxiij. Amara erit
potio bibentib⁹ illam. Ezech.xxvij. Plora
bunt in amaritudine anime. D

Tertio in themate as-

sumpto ponit̄ illud qd̄ est afflictionis exclu
siuũ.s.requies eterna. Quãdiu enĩ aliq̄d est
in motu ⁊ labore nõ quiescit nec requiem hꝫ.
Vñ qꝛ in mundo isto hõ semp̄ est in motu:
qꝛ nunq̄ ĩ eodẽ statu p̄manet: ⁊ etiã ĩ labo
re: qꝛ hõ ad laborẽ nascit̄: iõ non hꝫ hic re-
quiẽ. vñ Michee.ij. Surgite ⁊ ite: qꝛ non
habetiꝫ hic requiẽ. Sꝫ terminato oĩ motu
⁊ labore vt ĩ celesti beatitudine: tũc erit p̄
fecta requies. Apoc.xiiij. Amodo iam dic̄ spi
rit⁹ vt re.a lo.suis. Oĩs eĩ laboriosus mo-
tus videt̄ fieri ꝑpt̄ aliquã indigentiã vel
fugiẽdi malũ vel adipiscendi bonũ. Sꝫ in
celo nõ erit aliq̄ talis indigẽtia vbi aberit
oẽ malũ ⁊ aderit oẽ bonum. vñ cessabit la
boriosus mot⁹ ⁊ erit hõ in opulẽta requie.
s̄m illud. Esa.xxxij. Sedebit p̄plus me⁹ in
pulchritudine pacꝭ ⁊ ĩ tabernacul' fiducie:
⁊ in reqe opulẽta. Vñ ⁊ celũ empyreũ qd̄
est btitudis loc⁹ vt sit ꝯforme q̄eti btõrũ d̄r
non moueri. p̄s.cxxxj. Hec requies mea ĩ sclm̄
sclĩ hic hitabo ⁊c. ¶ Quarto notat̄ ĩ the
mate assumpto illud qd̄ ẽ afflictionis cõti
nuatiuũ.s.languor p̄seuerãs.i. diuturna ĩfir
mitas: qꝛ sic̄ illa grauat medicũ corporaleꝫ:
ita p̄seuerãtia ⁊ diuturnitas pctĩ offendit
medicũ celestem. Eccli.x. Languor prolixior
grauat medicũ. Naꝫ sicut dic̄ Hiero. Hũa-
nũ est peccare sꝫ diabolicũ est p̄seuerare.
Et sicut lãguor breuis facil'r sanat̄. Eccli.
x. Breuẽ lãguorẽ p̄cidit medic⁹: inueterati
aũt difficulter. Sic a pctõ cito resurgens
facil'r purgat̄: sed pctm̄ p̄ cõsuetudinẽ in-
ueteratum difficil'r expiat̄ vel corrigit̄. Et rõ
est. qꝛ ꝯsuetudo est altera natura: ⁊ iõ p̄ cõ-
suetudineꝫ efficit̄ q̄si innatũ. Et sicut dicit
Sen. Qd̄ innatũ est vel infixũ nõ tollit̄ sꝫ
linit̄. Sꝫ q̄uis p̄ medicũ corporalẽ non pos-
sit sanari oĩs languor corporalis: tñ oĩs lan-
guor pctĩ sanari pōt p̄ medicũ celestẽ. scꝫ
deũ. Deut̄.vij. Auferet dñs a te oẽꝫ lãguo
rem. sꝫ opꝫ p̄mo adhibere medicinã pnĩe.
Eccli.xviij. Ante lãguorem adhibe medici-
naꝫ: qꝛ per pnĩam acquirit̄ sanitas gratie
et glorie. Ad quã nos perducat. ⁊c.

¶ In funere viuus robusti qui statim mo
ritur. Sermo.xliij.

Ste moritur ro

bustus ⁊ sanus. Job.xxi.
Frequẽter videm⁹ q̄ illud
qd̄ videt̄ robusti⁹ ⁊ fortius
cuius deficit q̄ illud qd̄ vi
detur debilius ⁊ infirmius. Sicut leo est
fortior ⁊ robustior ceruo ⁊ tamẽ minus vi
uit ⁊ citius moritur morte naturali q̄ͣ cer-

bus et fortior ē falco q̄ coturnicula. Et lignū castanearū videt̄ fortius q̄ lignum palme. Ita aliqui q̄ videntur languidi diutius viuūt q̄ illi q̄ videntur sani et robusti. vñ aliquādo absq̄ aliqua apparēte infirmitate tales q̄ videntur sani et robusti subito moriunt̄: ita vt de sua sanitate vel fortitudine nullus cōfidere possit. Sic accidit etiam modo de isto nostro defuncto. vñ dicitur in verbis propositis. Iste moritur robustus et sanus. ❡ In quibus quidem verbis tripliciter describitur huiusmodi defunctus.

Et primo ex corruptiōe imminēti: q̄r moritur

Scdo ex fortitudine pcedēti: q̄r robustus

Tertio ex valitudine apparenti. quia sanus: saltem erat apparenter licet forte non existenter.

Circa primū aduertēdū

q̄ repentina mala periculosiora sunt q̄ premisso q̄r incula puisa minus seruiunt: sicut Greg. dicit. Et idcirco subitonea mors est valde periculosa: q̄r in eo statu in quo hō inuenit moriēs in eo iudicat et semp manet Et hoc dī figurate. Eccl's. xj. Si lignū ceciderit ad austrū vel ad aq̄lonē ibi erit. Et exponit̄ a Hiero. et a Grego. Si lignū. i. hō ceciderit p mortē in austrum. i. in grā finali. vel ec. austrū cadit qñ p mortē ad glīam vadit vel ad aq̄lonē. i. in frigore malitie et pcti vel ad aq̄lonē cadit qñ p mortē ad eternū supplicium ducit̄. Et seq̄t. ibi erit. s. immutabilit̄ Hiero. Ubicunq̄ locū tibi pparaueris futuráq̄ sedē siue ad austrū siue ad aq̄lonem: ibi cū mortuus fueris pmanebis. Sed nota q̄ ille dī mori subito q̄ mortē suam non puidet cogitādo: etiā si quantum ad tps tarde moriat̄. Et sm hoc multi pctōres subito moriunt̄ et male: q̄r finē suū puidere neglexerūt. et de talibus dī Job. xxxiiij. Subito morient̄ et media nocte curuabunt̄ ppli et pertransibūt. In quibus quidem verbis de malorum morte quottuor describit.

Primo eius velocitatem quia subito morientur.

Scdo eius obscuritatē q̄r media nocte

Tertio eius humilitatem: quia curuabuntur populi.

Quarto eius mutabilitatem: q̄r ptrāsibūt

Primo ergo mali et pctōres dicunt̄ mori subito: q̄r. s. impiauisi et ipreparati moriuntur. Et ratio est quia totū sollicitant̄ et curant de his que ptinent ad vitam q̄ negligunt cogitare vel puidere ea que spectant ad mortē: et ideo subito. i. qñ nō expectant neq̄ cogitāt ex diuina snīo superuenit eis mors: sicut aui quiescenti super arborem ea non perpendēte superuenit pcussio sagitte. Figura huius hr. j. Reg. xxv. de nabal qui interpretatur stultus vel insipiens: q̄r dicitur ibi q̄ percussit dñs nabal et mortuus est scz subito. Esa. xxx. Subito dum nō sperat̄ veniet contritio eius. Et ideo bene consulitur Eccli. v. Ne tardes conuerti ad dñm et ne differas de die in diem. subito eñi veniet ira illius et c. Et hoc faciendum est q̄r post mortē remedium nō est. vnde Prouer. vj. Subito cōteret̄ et nec habebit vltra medicinā. Scdo describit beatus Job in auctoritate adducta mortis obscuritatem quia media nocte. i. i obscuritate cordis: sicut beatus Gregorius exponit. q̄r non habuerunt lucē consideratiōis et preuisionis ipsius mortis. Et notandum q̄ obscuritas ipsius noctis est ex interpositione terre inter nos et solem. Et sic est obscuritas in corde vsurariorum et aliorum auarorum ex interpositiōe cupiditatis terrene inter animā ipsorum et deum. Et ideo Chrysostomus dicit q̄ tenebra anime est diuitiorum cupido et in tali tenebra moriunt̄ impenitētes. Uñ dictū est illi diuiti Luce. xij. Stulte hac nocte. i. in hac obscuritate aīam tuam repetēt a te: q̄r dum in temporalibus gaudere cogitabat ceca aīa eius rapta est ad ea que ignorabat. Contra quod dicebat aplus. j. Tessalo. v. his q̄ iam terrena cōtempserant et ad eterna bona per mortis preuisionem se preparabāt: Iam non estis noctis neq̄ tenebrarum vt vos dies illa tanq̄ fur cōprehendat. Dies eñi illa scz mortis. illos tanq̄ fur comprehendit quos improuisos et impreparatos inuadit et ad eterna supplicia rapit. Tertio describit beatus Job mortis humilitatē: q̄r curuabunt̄ populi. Qui eñi viuentes curuari. i. humiliari ad penīam noluerunt voluntarij. humiliati per mortem diuine sententie curuātur inuiti. sicut taurus indomitus qui refugit collum subdere iugo humano studio subdit̄ et nolens. Et talis sic curuatus et humiliatus potest dicere illud ps. xxxvij. Miser factus sum et curuatus sum vsq̄ in finem. Quarto describit beatus Job i auctoritate adducta mortis mutabilitatem. quia pertransibunt. Secundū Gregorium. aliud est transire. aliud per-

transire: qꝛ transimus viuēdo: sed pertransimus moriendo. Ipsa eñ vita nostra continue transit ad mortē. Sap. ij. Umbre transitus est tp̄s nostrū. Primus eñ homo sic conditus fuit vt staret: et ideo ipse stabat tēpore transeunte. sed postq̄ ipse peccauit et deū offendit. fact⁹ est transiēs cum tp̄e. Et sic etiā nos de eius vitiosa radice ꝓpagati sic transim⁹ cū tp̄e. scꝫ de infantia ad adolescentiā: et inde ad iuuentutē. et de iuuentute ad senectutē: et inde ad mortem. Sap. ij. Transiet vita nostra tanq̄ vestigiū nubis. Sed in morte dicimur pertransire. ps. cij. Spiritus pertransibit in illo et nō subsistet. Ipsa etiam mors dr̄ pertransisse. Ro. v. In oēs hoīes mors pertrāsijt. s. ab adam. B

Secūdo ī themate as

sumpto describiꝛ hō defunct⁹ ex fortitudine precedenti: qꝛ robustus. Ubi aduertendū q̄ aliquis pōt dici robustus vel a robore corporis. vel a robore mētis. Robur aūt corporis non est virtus lꝫ possit esse instrumentum virtutis si aliquis bene vtatur eo scꝫ ad actū virtutū. Sed aliqñ ꝯtingit q̄ q̄ plus habet de robore corporis magis deficit in virtutibus anime. Unde sanson qui non vincebatur ab hoste vincebatur tñ a meretrice ⁊ voluptate carnis. Uñ tale robur scꝫ corporis tñ non sufficit ad salutem anime immo aliquando impedit eam. vt cum hō vtitur eo ad malum. vñ dr̄ Amos ij. Robustus nō saluabit aīam suam. Quis etiam exponaꝛ de aīa. i. de vita corporali que ab aīa est: quā etiā robust⁹ saluare non pōt qꝛ quantumcunq̄ robustus non pōt finaliter resistere morti. Scđo pōt dici aliquis robustus a robore mentis: quod differt a robore corporis. qꝛ frequenter illi q̄ sunt imbecilles corpore sunt robusti corde ⁊ mēte et ad hoc robur multū valet sapientia ⁊ doctrina: quia vir sapiēs et doctus videt vbi timendū est vel nō. et ideo nō timet vbi nō est timendum. Propterea dicitur Prouer. xxiiij. Uir sapiēs fortis est. ⁊ vir doctus robustus: et validus. In quibus quidem verbis tangitur triplex virtus hoīs sapientis.

Nā primo quidē vir sapiens habet virtutē ꝯtēnendi ꝓspera. et iō dicit q̄ fortis est. Et ratio est: quia sapientia illuminans intellectū facit virtutes ⁊ bona spūalia apparere amabilia et appetibilia: sed voluptates ⁊ ꝓspera huius mundi facit apparere contemptibilia et mortifera. Et ideo facit animum fortem ad contemnendū ea. Quādiu eñ ferrum manet frigidum est forte et non potest faciliter plicari: sed qñ in igne calescit emollitur et plicatur. ⁊ saxum quia durū ⁊ forte est non emollitur aqua. Sic q̄diu cor nō incalescit igne auaritie est forte ad contemnendum terrena. Anim⁹ etiā qñ facit sapere spiritualia facit despicere carnalia. q̄ gustato spiritu desipit omnis caro. et faciendo etiam percipere eterna facit contemnere temporalia: quia vilescunt temporalia cum considerantur eterna. Et ita facit animum fortem ad contemnendū talia. Job. ix. Si sapiens corde est et fortis robore. Sapiēs ad discernendū noxia ⁊ fortis ad contēnendū ea: qꝛ frequenter appetitus ad talia vehementissime inclinaꝛ: qꝛ sicut dicit Aug. Aliqñ etiam si noceat prodesse creditur qd̄ delectat. et ideo requiriꝛ fortitudo animi ad vincendū talē appetitum. s. delectationū carnis vel mūdi. Secūdo vir sapiēs ostenditur habere virtutem tolerandi aduersa: cū dr̄ vir doctus. scꝫ a dño robustus est. s. ad tolerandū aduersa. Et bene dicit doctus patiēter. Uerbo quidē cū dixit Mat. v. Beati q̄ persecutionem patiunꝛ ꝓpter iustitiam: qm̄ ipsoꝝ ⁊c. Exēplo cum dixit Jo. xv. Non est seruus maior dño suo. si me persecuti sunt et vos ꝑsequētur. ps. xvij. Qui docet man⁹ meas ad prelium et digitos meos ad bellū. sicut ille q̄ docet ascremire. hoc bellū p̄ patientiā ⁊ bona opa vinciꝛ. Et ideo sicut dicit Aug. Perfectio christianitatis est bona facere et mala pati. et talis est fortitudo et robur quo peruenimus ad vitam eternā. In cuius figuram dixit Moyses Josue. Deut. xxxi. Confortare et esto robust⁹. Tu eñ introduces pplm istū in terrā quā daturū se patrib⁹ eoꝝ iurauit dñs. que terra vitam eternā figurabat. Robustus aūt pugnat miles q̄ expectat de victoria ditari sic dꝫ homo robustus contra aduersa pugnare p̄ patientiā vt acquirat eternas diuitias. Uñ Prouerb. xi. Robusti habebunt diuitias. Robusti scꝫ in virtutibus habebunt in futuro diuitias eternas q̄ sole hec diuites faciūt. Prouer. xxj. Cogitationes robusti semper in abundantia. Tertio quoq̄ sapiens ostenditur habere virtutē vincendi tentationū certamina. ⁊ ideo dicitur validus: quasi valens contra oīm tentationū genera. Terra que

est bñ garnita ⁊ de victualib⁹ puisa interi⁹ ⁊ bñ murata exteri⁹ est valida ad resistendū hostib⁹. Sic aīa q̄ est plena interi⁹ diuitijs xtutū ⁊ est clausa bñ exteri⁹ bona ⁊ diligenti custodia sensuū: est valida ad resistendū oīb⁹ tētatiōib⁹. vñ Prouer. xviij. Substātia diuitis vrbs roboris eius: ⁊ q̄si murus validus circūdās eā. Itē p sensus non ingrediunt ad aīam nisi imagines rerū. i. fantasmata ⁊ spēs siue silitudines earū: q̄ quasi valide cōteruntur qñ male tētationes bene repellūtur. iiij. Reg. xi. Imagines. s. baal. i. diaboli contriuerūt vallide he imagines sunt tentationes ⁊ illusiones diaboli qui conteruntur. E

Tertio in themate assumpto

describit defunct⁹ ex valitudie apparēti: qr san⁹. s. videbat appenter qñ mortu⁹ est: vel existenter erat si occisus fuit ab aliq̄. Unō sanitas corpis subito pōt pdi siue ex vulnere seu pcussione hoīs siue ex pcussiōe dei ex aliq̄ infirmitate subito imissa. vñ Hierem. xiiij. Precussisti nos ita vt nulla sit vltra sanitas: vñ magis dz hō curare de sanitate aīe: quā tñ hō hre nō pōt nisi expellat egritudo pctī p medicinaz pnīe ⁊ purgationē pfessiōis. Sz sicut nō valet mortuo medicina corpalis sz solū viuenti: sic nec medicina pnīe valet post mortem. Et ideo dr Eccli. xvij. Uiuus ⁊ sanus cōfiteberis. In q̄bus xbis tanguntur tria.

